Nº 1
25-149
27
18

CENTVM MODI AR-
GVMENTANDI.

# Topicorum, ſeu LOCORVM LEGALIUM

LOCORVM LEGA-
lium Centuria ex accuratiſsima
veterum ſcriptorum le-
ctione ingenioſiſ-
ſimè conſcri-
pta.

*Cum duobus Indicibus, quorum prior, qui locos Legales, operi præfigitur: alter uerò, qui non paucas alphabetica ſerie ſelectas ſentẽtias mirè complectitur, in calce ponitur.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 2º. C. 29. N. 14

LVGDVNI APVD GVILIEL-
MVM DE MILLIS,
M. D. XLV.

# CENTVM MODI ARGVMENTANDI.

# Topicorum, ſeu LOCORVM LEGAlium Centuria ex accuratiſsima veterum ſcriptorum lectione ingenioſiſsimè conſcripta.

*Cum duobus Indicibus, quorum prior, qui locos Legales, operi præfigitur: alter uerò, qui non paucas alphabetica ſerie ſelectas ſentẽtias mirè complectitur, in [illegible] r.*


DE LA LIBRERIA

DEL REAL COLEGIO MAYOR Reunido de Santa Cruz, y Santa Catalina.

Æ. 2º. C. 29. N. 14



LVGDVNI APVD GVILIELMVM DE MILLIS,

M. D. XLV.

# IOANNES MVNTERIVS

Gandauus omnibus iuris ſtu=
dioſis ſalutem.

*Relinquit ecce lectores candidi expertiſſimus ille iuris utriuſq; antiſtes hæreditatem ampliſſimam: pluris profectò faciendã, quàm gemmas, aurum, multaq; ſeſtertiorum millia. Quam quidem non in duodecim, ſed in ſeſquimille diuiſit uncias: ut ſinguli ex æquo ſint hæredes: ne'ue huic minus ſit quàm illi. uos itaq; ſumma ope, atq; alacri ſtudio (iubente diuo* Iuſtiniano*) hos locos accipite: & uoſmetipſos ſic eruditos oſtendite, ut ſpes uos pulcherrima foueat: hoc eſt his alijſq; grauiter perlectis toti reipublicæ parentibus, imò & uobiſipſis emolumento ſitis atq; honori. Sed & tabulam ſubſequentem: ceu inuentarium quoddam, à nobis conſcribi uoluit: quæ ſententias quaſq; ſelectiſſimas, ueluti ſtellulas micantes, indicaret.*

## EIVSDEM IOANNIS MVN=

*terij epigramma in hanc locorum
Centuriam.*

*Ecce locos centum iuris ſtudioſa iuuentus,*
*Quos fretus diа dat Mediburgus ope.*
*Hic cuius toto præſtans eſt nomen in orbe,*
*Quem Burgunda colit gens, ueneratur, amat.*
*Quem ueneratur, amat colit, & Burgundica tellus,*
*Qui patriæ ac iuris, ſpeſq;, decuſq; manet.*
*Hos eme, diſce locos, tibi præmia certa manebunt*
*Gloria, laus, quæſtus, fama, triumphus, honor.*

# LOCI LEGALES DE

quibus in hoc libro vſq; ad centum numero ſequuntur
per ordinem.


| | | |
|---|---|---|
| 1 | Ab ordine | Pagina 23 |
| 2 | A' generalitate | 35 |
| 3 | Ab exceptione ad regulam | 42 |
| 4 | A' contrario ſenſu | 58 |
| 5 | A' ueriſimili | 88 |
| 6 | Ab etymologia uocabuli | 97 |
| 7 | Ab opinione uulgi, ſeu uulgari modo loquendi. | 107 |
| 8 | Ab abſurdo | 114 |
| 9 | Ab effectu | 121 |
| 10 | A' ſimili | 125 |
| 11 | A' coniunctione, ſeu combinatione duarum legum | 136 |
| 12 | A' feudo ad emphyteoſim, & econtra | 138 |
| 13 | Ab emphyteoſi ad cenſum, & econtra | 152 |
| 14 | A' commodato ad precarium, & econtra | 158 |
| 15 | A' legatis ad fideicommiſſa, & econtra | 162 |
| 16 | A' falcidia ad trebellianicam | 167 |
| 17 | A' contractibus ad ultimas uoluntates, & ecõtra | 170 |
| 18 | A' contractibus ad quaſi contractus | 172 |
| 19 | A' contractu ad diſtractum | 174 |
| 20 | A' contractibus ad delicta, & econtra | 178 |
| 21 | Ab ultima uoluntate ad iudicia, & econtra | 180 |
| 22 | A' milite armatæ militiæ ad militẽ cœleſtis militiæ | 181 |
| 23 | A' libertate ad piam cauſam | 185 |
| 24 | Ab alimentis ad piam cauſam, & econtra | 184 |
| 25 | A' dote ad piam cauſam | 199 |

26 À fiſco ad eccleſiam uel piam cauſam 201
27 À milite ad eccleſiam uel piam cauſam 208
28 À pupillo ad rempublicam, & econtra 212
29 Ab alimentis ad dotem, & econtra 215
30 À minoribus ad furioſos, mẽte captos, uel demẽtes 222
31 À minoribus ad eccleſiam uel piam cauſam 222
32 Ab eccleſia ad pia loca 227
33 À matrimonio carnali ad ſpirituale, & econtra 228
34 À Ratione legis ſtricta, ſeu limitata ad reſtrictionem ipſius legis 237
35 À ratione legis larga, ampla, ſeu generali ad extenſionem ipſius legis 251
36 Ab effectu eorum quæ ſimul requiruntur ad eſſe 303
37 À perſona ad tempus, & econtra 307
38 À perſona ad res, & econtra 309
39 À re ad tempus, & econtra 310
40 À tempore ad locum, & econtra 312
41 À perſona ad locum, & econtra 314
42 À tempore ad tempus 316
43 À pari 329
44 À diffinitione ad diffinitum 330
45 À rubro ad nigrum 331
46 À ſubiecta materia 339
47 À ratione caſus conuerſiua 347
48 Ab auctoritate ſeu exemplo maiorum 350
49 À natura alternatiuorum 355
50 À natura copulæ 375
51 À partium enumeratione 382
52 À lege ad teſtatorem 384
53 À defectu formæ 386

À nu



54 À numero 390
55 Ab æquipollentibus 397
56 À communiter accidentibus 408
57 Ab ordinatione 413
58 À ſeruo ad monachum 416
59 À liberto ad uaſallum 421
60 À priuatione ad habitum 425
61 À poſitione ſpeciei 430
62 À remotione generis 432
63 Ab uſitato, ſeu à ſolitis uel conſuetis fieri 433
64 À lege ceſſante 441
65 À minori, ſeu à fortiori 446
66 À maiori 449
67 À primo ad ultimum 450
68 À ſpeciali 453
69 À natura 458
70 À natura dictionum taxatiuarũ quales ſunt tantũ 459
71 À ſententia ad teſtamentum, & econtra 464
72 À tributo ad decimam 466
73 À diſpoſitione ultimarum uoluntatum ad reſcriptum motu proprio conceſſum 468
74 À proportione, ſeu à proportionalibus 470
75 À contrarijs, ſeu oppoſitis 473
76 À correlatiuis 479
77 À ciuilibus ad criminalia 485
78 Ab impoßibili 487
79 De tanquam 489
80 À toto ad partem 506
81 À nomine officij, dignitatis uel appellatiuo 514
82 À natura dictionis implicatiuæ 520

 À tra

## Loci legales.


83 A` tractatu, ſeu à perplexitate Pagina 522
84 Ab extremis 523
85 A` ceſſatione rationis 525
86 A præſumptione eiuſdem facti 527
87 A` diuerſitate temporum 529
88 A` ui comparatiui 533
89 A` pacto ad legem, ſtatutum uel conſuetudinem 535
90 A` ſententia ad libellum, & econtra 537
91 A` Locutionis geminatione, ſeu actus multiplicata reiteratione 539
92 A` toleratione inconuenientis 547
93 A` ſurrogatione 549
94 A conceßione antecedentis 555
95 A` conceßione conſequentis 560
96 A` destructione antecedentis 565
97 A` destructione conſequentis 566
98 A` fictione 571
99 A` plenitudine poteſtatis 579
100 A` uirtute finis. 586


F I N I S.



# NICOLAI EVERARDI DE MIDELburgo Louanienſis Academiæ iuris vtriuſq; docto. ac ſacratiſsimi Romani Imperatoris Caroli Conſularis Præſidis Topicorum, ſeu locorum Legalium Centuria.

## PROOEMIVM.

QVONIAM *argumentandi uis tam Canoniſtis quàm Legiſtis pro propoſito oſtendendo ſummè eſt utilis: cum diſputando & arguendo ueritas occultata eluceſcat, & ſæpius exagitata magis ſplendeſcat in lucem, ut pulchrè habetur in c. Graue.xxxv.q.ix.& in l.Munerum.§.Mixta. ff.de muneri. & hono.& in l.Diui fratres.ff.de iure patro.per diſputationem enim rem in medio poſitã uelut oculi plures undiq; ſpeculantur, ut in ea nihil ſit quod ſubterfugere, nihil quod latere, nihil quod omnium fruſtrari queat intuitum: & per eam dubia in iure clareſcũt per exercitiũ, & multiplicationem magiſtrorum, ut pulchrè inquit Panor.in c. De multa.in princip. de præben. quod enim à pluribus ſapientibus quæritur, facilius inuenitur. c.fi.xx.diſtinct.& quaſi ferro uiam aperit qui per contraria tranſit: ut pulchrè inquit*

Bal.in l.Precibus.in viij.col.C.de impub.& alijs ſubſti. &
Sali.in repetitione l.Quod te.ff.ſi cer. peta.oppoſitaq; iu=
xta ſe poſita (Philoſopho teſte) magis eluceſcunt: & plus
uident oculi, quàm oculus: integrumq; eſt iudicium quod
plurimorum ſententijs confirmatur. c. Prudentiam. poſt
princ.de offic.deleg.& c. Extra conſcientiam.lxiiij.diſtin.
maioriq; auctoritate roborantur quæ plurium autoritate
fiunt.l.Humanũ.C.de legi.& l.Dubiũ non eſt. C.de repud.
per quæ iura Bal.in d.l.Humanũ.in iij.no.ſingul.dicit, quòd
decreta ſacrorum conciliorum ſunt maioris auctoritatis,
quàm conſtitutiones ſummorum pontificum, adeò quòd eis
non cenſetur derogatum per illam generalem clauſulã non
obſtantibus quibuſcunq; conſtitutionibus apoſtolicis, &c.
quæ poni conſueuit in bullis apoſtolicis: ſed requiritur ſpe
cialis derogatio & mentio concilij. Idcirco ego Nicolaus
Euerardi de Midelburgo Zelandus inter doctores floren=
tiſſimæ academiæ Louanienſis omnium minimus conſide=
rans, quòd nemo ſibi ſoli, ſed patriæ, parentibus & amicis
naſcitur: ut pulchrè inquit Cicero in officijs. & eſt textus
cum glo.in l.j.§.Et generaliter.ff.de uentre in poſſeſ. mit=
tendo.& in l.Veluti.ff.de iuſt.& iur.& in l.Minime. ff.de
relig.& ſumpt.funerum. ac perpendens quòd ſtulta eſt cle
mentia cùm aliquid ocij ſupereſt perituræ parcere chartæ,
licet (ut inquit Perſius) Nec fonte labra proluerim cabal=
lino, nec in bicipiti ſomniauerim Parnaſo: ſed citra montes
uitam moresq; inſtituerim, ad utilitatem iuuenum iuris u=
triuſq; zelatorum: ſæpe per eos rogatus & interpellatus:
quibus negare nequeo quicquid iniungunt: nimia eorum
uictus dilectione affectu infantium & more balbutientiũ,
qui quæcunq; audierint fari geſtiunt, cùm necdum poſſint





ad plenum uerba formare: locos legales memoratu dignos
ac iuuenibus neceſſarios, utiles & quotidianos ſub corre=
ctione omnium rectius ſanius & profundius ſentientium
aliquantulum plenè: iuxta monita Pauli iuriſconſulti in l.
Legaui.in princip.ff.de libe. lega. ibi plenius rogo quæ ad
hæc ſpectant attingas, quotidiana enim ſunt &c. breuius
tamen & ſuccinctius quo potero, in unum uolumen cum
Dei adiutorio tradere ac explanare conabor: experiarq; qđ
ferre ualeant humeri, ingenijq; uires, ſuggendo lac de pe=
tra, oleumq; de ſaxo duriſſimo, colligendoq; pauca ex mul=
tis, & breuiſſima ex ampliſſimis, roſas & lilia inter ſpinas:
& ut ita dixerim, reliquias fragmentorum ſeu ſpicas poſt
terga metentium ex dictis illuſtrium doctorum diffuſè &
ſparſim alibi poſitis: prout memoriæ occurrerint illa ordi
natè & diſtinctè ponendo: ut eorum inueſtigatio & perce
ptio facilior reddatur, utq; documenta ſumere uolentibus
longæ inquiſitionis labor abſit. Addendo interdum aliqua
in practica utilia pro modulo mei ingenij, ubi expediẽs uel
oportunum uiſum fuerit, prout ſancti ſpiritus gratia mini=
ſtrabit: utq; experientia habita præbuit, & lectio diuturna
dedit: per quæ ſupplebitur Commentum domini Bald. in l.
Conuenticulam.C.de epiſc.& cleri.& elucidabuntur ſcri=
pta per Alber.de Roſa.in dictionario ſuo ſuper uerbo, ar=
gumentum.& no.per Specu.in tit.de diſputa. & allega. in
§.Poſt hoc.& ſcripta per fratrem Arnoldum de Rotero=
damis in ſuo remiſſorio: in quibus locis plures in iure argu
mentandi formæ ponuntur, ſed ut ex infrà dicendis patebit
minus perfectè. Et licèt ea quæ dicturus ſum uideantur ge=
neralia, & plerunq; ſint: tamen quia ſunt iuuenibus ut plu=
rimũ incognita, & tamen ſummè neceſſaria, propter quo=

rum ignorantiā in uarios ſæpe labuntur errores: interdum autem adeò dubia & brocardica, ut difficile ſit (illuſtribus doctoribus diſcordātibus) ueritatē inuenire: idcirco eiuſdē miſerendū & per hunc tractatulum ſuccurrendū duxi. Vt autē iuuenes quæ dicturus ſum melius percipiāt: teſtimonia & exēpla clara & uaria (ubi opus fuerit) adducā, & planè loquar: nec tacebo eos à quibus uoce mortua didici atq; uiua: tum quia uulgari prouerbio honor eſt in honorante, non in honorato. l. Digna uox. & ibi Pau. de Caſt. not. C. de legi. tum etiā, quia occultator laudis alienæ furi par eſt l. hæreditatū. §. fi. ff. ad l. falc. quā legem ad hoc ponderat Bal. in præludijs feudorum. in ij. colum. & Iaſon in fin. tit. inſti. de actio. Tum tertio, quia teſte Plinio ſecundo in præfatione operis ſui ad Titum Veſpaſianum, de quo commemorat Ioā. And. in proœmio ſexti in nouella, & Iaſon, ubi ſuprà, benignum & plenum ingenui pudoris eſt fateri per quos profeceris, obnoxij uerò animi & infelicis ingenij eſt deprehendi in furto malle, quàm mutuū reddere. Et quamuis non dubitem in pluribus me fore defectuoſum, aut minus uerè, aut minus plenè materiam explicando: attamē ob hoc deſiſtendum non putaui: cum philoſopho teſte etiam ex falſis ſcriptis quis, ſit commēdandus ex quo per illa ueritatis inueſtigandæ materia alijs præparatur: nec eſſe poteſt quòd in aliquibus non errent multa ſcribentes, ut eleganter inquit Hieronymus in prologo Iob, & refert Ioan. And. in dicto proœmio ſexti in nouella. & Panor. in c. Ex parte Ade. in principio de teſti. & Horatio teſte. Quandoq; bonus dormitat Homerus. & ſi non poßis oculo quantū contendere Linceus, Non tamē idcirco contēnas lippus inungi. Vnde parcendū mihi erit, qui obtuli quod habui, & talentū

mihi



mihi creditum non abſcondi. omnium enim habere memoriā, & in nullo deficere diuinitatis magis eſt quàm humanitatis: cum in humanis rebus nihil ſit perfectum: licet diuinæ res perfectißimæ ſint. l. ij. C. de ueteri iure enucleā. Nec poteſt aliquid tam plenè tamq; accuratè dici uel excogitari, quin aliquid poſſet ſuperaddi: Inueniendis enim inuenta non obſtant: multumq; ad huc reſtat operis, multumq; reſtabit, nec ulli nato poſt mille ſecula præcludetur occaſio aliquid ad hæc adijciēdi, ut pulchrè inquit Seneca in epiſtola, lxv. ad Lucilium. & habetur eleganter in proœmio Clemētinarum, & in auctentica quibus modis natura efficiun. legit. in principio. colla. vi. & in l. Neq; leges. & in l. Non poſſunt. ff. de legi. uidemus enim et experimur in rebus quæ naturaliter generātur, quòd in eis paulatim de imperfecto ad perfectū uenitur, & tantomagis meritò excuſabor, quia magna res eſt tractare de eo quod per totum corpus iuris eſt effuſum. l. Vnica. in principio. & ibi Cy. C. de rei uxo. actio. difficileq; & periculoſum eſt intrare materias Brocardicas, in quibus non reperitur fundus ſecundū Io. Fab. in §. Fuerat. in fine. inſtit. de actio. & quæ plenæ ſunt ſenſibus ſecundū Cy. in l. Inuitus. C. de procura. & in quibus nō poteſt dari certa regula uel doctrina ſecundū Hoſti. Io. An. & doc. in c. Dudū. primo de elec. Excuſabilis etiam ero ex alio, quia diuerſis et uarijs tā publicis quàm priuatis implicitus occupationibus ad plenum circa hæc uacare nequiui, quinimo uix ualui meditata dictare nedū cōcipere meditāda. Sub hoc igitur excuſationis clipeo cōfiſus de ineffabili clementia & beneuolētia diuina, quæ dat de omnibus affluenter & non improperat, firmam ſpem fiduciāq; habens quòd nemo adeò temerarius erit, qui antequam legerit & ſcrutetur reprehen

prehen

prehendere tentabit,iuxta conſiliũ Salomonis Prouerbiorum xviij.Eccleſiaſtici xj. & tranſſumptiuè xj.quæſtione iij.c.Eorum.hoc opus aggredior.

## PRAEAMBVLA.

ANTEQVAM tamen propoſitum proſequar, decreui aliqua euidentialia præmittere:ne rem tam arduam, laborioſam,periculoſam, & ſubtilẽ in qua caligat ſcrutinium,nec ſufficit ingenium tam ardua rimari, illotis (ut ita dixerim) manibus aggredi uidear contra doctrinam Iuriſconſulti in l.j.ff.de orig.iur.ubi ſuadet euidentialia ſeu præfationes ſemper præmitti propter duos effectus.Primo quia auditores auidos reddũt & attentos.Secundo quia dicendorum euidentiorem præſtant intellectum, ubi eleganter habetur. ¶ Primò ergo præmitto,quòd omnis bona ratio poteſt dici argumentũ: quia argumentum eſt ratio rei dubiæ de qua quæritur fidem faciens:ut uolunt dialectici:& probatur in l.Si duo patroni. §.Marcellus.ff.de iureiur. & ſentit gloſ.ordi.in rubr.C.de proba.& ibi Bald.Salic.Pau.de Caſt.& doct.not.& idem Bal.in d.l.Conuenticulam.in fine j.col.quicquid ergo de re dubia facit fidem poteſt dici argumẽtum.¶ Secundò præmitto,quòd inter locum & argumentum hæc eſt differentia,quòd locus eſt ſedes argumenti, ex quo ueluti è ſede argumentum promitur,Ariſtotele & Cicerone teſtibus.Argumentum autẽ eſt ratio quæ rei dubiæ facit fidem,ut prædixi:unde arguere idem eſt quòd probando uincere: uel argutè probare: dicitur enim argumentum quaſi argutè & ſubtiliter inuentum:tex.eſt not.in.c.Forus. extra de uerbo.

ſigni.



ſigni.Facit tex.iuncta glo.in l.De tutela. C.de in integ. reſti.& tex.cum glo.in l.Si uoluntate.in princip.C.de reſcinden.uendi.& tex.iuncta gloſ. in l.deſiderium.C.depoſi. & tex.iuncta gl.in l.Ad inuidiã.C.de his quæ ui metus'ue cauſa geſta ſunt.Et hinc eſt quòd tex.aliquando allegantur in argumentũ & aliquando ſimpliciter.In argumentũ quando lex allegata uel canon non expreſſè decidit caſum ad quẽ allegatur,ſed induci uel adaptari poteſt per locum à minori,à ſpeciali,à ſimili, à partium enumeratione, aut per aliquem alium ex his de quibus infrà. Virtus enim legis conſtitit in inductione adaptatione ſeu applicatione.tex.eſt ſingularis in l.Non ſolum.in.§. Qui primipilum.& ibi Bald. notat.ff.de excuſa.tuto. & uult idem Bald. in repetitione l. Petens.in x.col.C.de pac.& idem Bal.in l. Athletas.§.Ait prætor.ff.de his qui notan.infa. & Ludo.de Roma in ſuis ſingularibus, ſingulari dcxlj. & facit l. Scire leges. ff. de legibus.& c.Marchion & Baſilides. j. q. j.& l.Nominis, & rei. §. Verbum ex legibus. ubi eſt text. notabilis iuncta gloſ.ff.de uerbo.ſignifi.Hinc uidemus quòd gloſ. ordinaria frequenter utitur his uerbis argumento l. & c. uel his uerbis facit l. & c. uel his uerbis ad hoc inducitur, & c. ubi uerò lex allegata uel canon expreſſè decidit caſum, de quo eſt quæſtio, allegari debet ſimpliciter & non in argumentum. Ita magiſtraliter dicit Panormi.in c.Cauſamq;. in fine.de offic.delega.& uolunt Ioan.And. & Panor. in c.j.de pact.& Ioan.And.in addi.ad Specul.in princip. in vj.col. in additione quæ incipit, Non eget argumento. Et audiui millies à præceptoribus meis dominis Arnoldo de Becha, & Petro de Thenis utriuſq; cenſuræ peritiſſimis, conſummatiſſimis,ac profundiſſimis monarchis:pro qua theorica

adduco

adduco tex.pulcherrimum per eos non allegatum in l.Non omnes.in.§.A` barbaris.ff.de re milita.ubi eſt tex. quòd argumentis probatur id,quod liquidè cõſtare non poteſt. Ad idem etiam allego text.in l.Sin autem.§.Si homo.ibi,idq́; ex ſenatuſconſulto colligi poteſt. ff.de rei uendica. & text. in l.Arboribus.§.De illo.in uerſi.idẽ tractat. ibi, colligi poſſe.ff.de uſufru.& tex.in l.j.§.Illud ſciendum eſt ibi, aptari. ff.uſufruc.quemadmo. cauea. ad hoc etiam facit. l. Si cui.in fine.ff.de ſeruitu.ti.generali.& l.Si ædes meæ.ff.de ſeruitu. urba.prædio.& l.ij. circa fi.ibi, pro ſententia Iuliani facit. ff. ſi ſeruitus uendice. & l. Cum quædam. ibi, tam optimo exemplo argumentati,&c. C. de adminiſtra. tuto.pro iſto etiam benefacit.c.Ad apoſtolice.circa mediũ.ibi,euidẽtibus argumentis de re iudica.lib.vj.cum ibi not. per Archid. & Ioã.And. in nouella & c.Pro humani.circa finem.ibi probabilibus argumentis de homici. lib.vj. & l. Qui filium.in fi.ff.ad Trebel.& l.Si uſusfructus. in principio. ff. quando dies lega.cedit.cum infinitis ſimilibis quæ enumerare magis eſſet laborioſũ quàm ſubtile. Et ratio præmiſſorũ eſt,quia in incertis nõ in certis locus eſt cõiecturis,ut elegãter dicit tex.in l.Cõtinuus.§.cũ ita.in fine.ff.de uer.obli. Et iſtud eſt utile ad probandũ crimina occulta, quæ liquidò probari nõ poſſunt,ut eſt furtum,adulteriũ,cõſpiratio,& ſimilia:ſufficiunt enim in talibus indicia probabilia & præſumptiones uiolentæ:ut uult Hoſtien.in ſumma in tit.de filijs preſbyterorum.§.j.circa mediũ. per d.§.à barbaris.& c.Afferte. de præſumpt.cum alijs iuribus per eum allegatis. & idem uolunt Alberi. de Roſa.& frater Arnoldus in paſsibus ſuprà allegatis.& eſt de mente Bal. in l. Quicunq;.in penul. colum.C.de ſeruis fugit. ubi per illum tex. & quædam alia

iura



iura dicit,quòd in ſecretis,delictis,tractatibus,& conſilijs propter probationis difficultatem peruenitur ad torturã, & quandoque ad condemnationem & abſolutionem ex ſolis indicijs ſi ſint ita certa ꝙ uix denegare ſufficiat:quod tene menti.Hinc etiam ſingul.dicit Sali.in l.ij.in fi.C.de cuſto. reo.& eſt de mente Bar.in l.Vnius.§.j. ff. de quæſtio. quòd quando indicia ſunt urgentia etiam ſi non ſuperueniant noua indicia,ſemel tortus poterit iteratò torqueri.ſecus ſi indicia ſint leuia & non multùm urgentia,& dicit ita obſeruari in practica, quod perpetuò tene menti, pro excuſatione iudicum : quia uidi ſæpius practicari. Hinc etiam eſt quòd in talibus delictis ſecretis quæ ex uarijs apparatibus ſeu præparamentis eſſentiam capiunt,& nõ in uno momẽto uel loco : ut eſt conſpiratio,coniuratio,tractatus,& ſimilia teſtes ſingulares probãt:& ſingularitas hoc caſu non uiciat.ita uidetur eſſe de mente glo. & doctorum in ſimilibus caſibus notatis.xvj.quæſtione iiij.uolumus.in glo.ſuper uerbo mõſtrauerint.& iij.q.ix.nihilominus.in glo. ſuper uerbo ſimul,& habetur per Innocentium,Hoſtien. Io. And.& alios in c.qualiter & quando.ij.de accuſat.& per gloſſam in l.Ob carmen.ff.de teſti.& per Specu.in titu. de teſte.§. Iam de interrogatorijs. uerſi. item de tempore. & in uerſi. quid ſi unus. & in pluribus alijs uerſiculis ibidem. & pulchrè per dominum Petrum de Ancha.in conſilio ſuo quadringenteſimo triceſimo nono,incipiẽ.in Chriſti nomine,&c.Ex prædicta facti narratione, &c. in quarta colũ. quod tene menti,ſi autem plenè uis inſtrui quando ſingularitas in teſtibus toleratur, nec uiciat eorum dictum, & quando non, uide pleniſsimè per doct. Canoniſtas & præcipuè per Feli.in c.Licet ex quadam.de teſti. ubi recurre.

Ter

¶ Tertiò præmitto quòd quatuor ſunt ſpecies argumenti, ſcilicet ſyllogiſmus, inductio, enthymema, & exemplum. Eſt autem ſyllogiſmus oratio, in qua quibuſdam poſitis & conceßis neceſſe eſt aliud accidere per ea quæ poſita ſunt & conceſſa, & conſiſtit ex maiori, minori, & concluſione. De quo uide exemplum in aucten. Ingreßi. cum ibi notatis per Baldum & doctores. C. de ſacroſanct. eccl. & per gloſ. in l. Vnica. §. j. in tertia lectura. ff. ſi quis ius dicenti non obtempera. Inductio autem eſt à ſingularibus ſeu particularibus ſufficienter enumeratis, ad uniuerſale progreſſio, ut Sortes currit, Plato currit, & ſic de alijs, ergo omnis homo currit: & hac ſpecie argumenti ſæpe utuntur Legiſtæ, & uocatur apud eos argumentum à diuiſione, ſeu à partium enumeratione. De quo uide quod dicam latius infrà in loco à partium enumeratione. Enthymema autem eſt oratio, in qua non omnibus præmißis antepoſitis feſtinata infertur concluſio, & ex uniuerſali concluditur particulariter ſeu minus uniuerſaliter, diciturq; ſyllogiſmus imperfectus: ut omne animal currit, ergo omnis homo currit. In hac enim argumentatione omittitur hæc propoſitio, omnis homo eſt animal, quæ ſi poneretur, eſſet perfectus ſyllogiſmus, & hac ſpecie argumenti etiam ſæpe utuntur Legiſtæ, & de ea uide exemplum in l. Si quis in conſcribendo. C. de epiſc. & cleri. & per gloſ. in d. l. Cum quædam. C. de adminiſtra. tuto. & bonum text. cum gloſ. in l. Omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in fraudem credito. ubi ſingulariter probatur, quòd libellus procedit omiſſo medio, quando alias ſubauditur & præſumitur à iure: ſic etiam uidemus econtra, quòd interdum omittitur maior propoſitio, & ſolum ponitur minor & concluſio: ut eſt textus in l. j.



in l. j. & ibi Bar. notat. ff. ſi cer. peta. Exemplum autem eſt quando de uno particulari concluditur ad aliud particulare, propter aliquod ſimile repertum in ipſis, & hac ſpecie argumenti Iuriſta magis utitur, licet omnia perſcrutetur. l. De quibus. & l. Non poſſunt. ff. de legi. & l. Diui fratres. ff. de iure patro. & præal. l. Si uſusfructus, cum alijs iuribus ſuprà allegatis. De quo uide latius infrà in loco à ſimili, & in loco à feudo ad emphiteoſim, & in pluribus alijs ſequentibus.

¶ Quarto præmitto quòd ſicut grammaticus inquirit de congruo uel incõgruo, & logicus de uero uel falſo, ita Iuriſta de iuſto uel iniuſto. Hinc eſt quòd ſemper quæritur quid iuris, & id quod Iuriſta de iure uerum eſſe dicit probare debet, quia erubeſcimus ſine lege loqui. §. Conſideremus. in auctent. de triente & ſemiſſe coll. tertia, cum ſimilibus. neq; enim in arguendo uel proponẽdo, neq; in ſoluendo creditur aſſerenti, uel fides adhibetur niſi alleget text. expreſſum, uel inducat text. in argumentum per aliquẽ ex locis, de quibus infrà, ut dixi ſuprà, de quo uide quod dicã latius infrà in loco à lege ceſſante, & in loco à ſimili.

¶ Quinto præmitto quòd in iure arguitur tripliciter, ſcilicet lege, ratione, & exemplo: & de hoc habes text. peculiarem in ca. Nouit. & ibi Ioan. And. & docto. notant de iudi. & bonum tex. in c. Venerabilẽ. & ibi Ioã. And. & Io. de Imo. tangunt de ele. Lege autẽ arguitur dupliciter affirmatiue & negatiue. Affirmatiue cum pro caſu de quo eſt queſtio adducitur lex expreſſa. Negatiue à diſpoſitione legis ceſſante, de quo uide quod dicam infrà in loco à lege ceſſante. Ratione arguitur cum deficit lex, ratio tamẽ naturalis aliquid dictat. l. Fluminum. §. Adijcitur. uerſi. Vicium.

ff. de damno infecto. & l. Liberorum. circa finem, ibi, natura nos docet. ff. de uerbo. ſig. & l. Nam hoc natura. ff. de condi. indebiti. & l. Cum ratio. in principio. ff. de bonis damnatorum. & c. Secundo requiris. & ibi Panormi. de appella. & bona gloſ. in c. Conſuetudo. prima diſtinct. & tex. not. in l. Scire oportet. §. Sufficit ibi, ex ipſa naturali iuſtitia. & ibi Bal. notat. ff. de excuſa. tuto. nec mirũ ſi ratio eſt tantæ uirtutis: quia ratio, ueritas, & deus, æquiparãtur. c. Fruſtra. viij. diſt. circa quod uide quod dicã infrà in loco à lege ceſſante. Exemplo autẽ arguitur ab autoritate: quod procedit etiã in exẽplis Paganorũ, nedũ Chriſtianorum: ut eſt tex. pulcher in c. Sacerdotibus. & ibi Dominicus notat xj. q. j. de quo uide quod dicam infrà latiſsime in loco ab autoritate, & ad aliquẽ iſtorum trium modorum reduci poterunt omnes modi arguendi: de quibus in progreſſu & diſcurſu huius tractatus ſum dicturus, prout diligens lector per ſe uidere poterit.

¶ Sexto præmitto, quòd non eſt neceſſariũ reſumere argumentum in propria forma, ſed ſufficit quòd reſumatur quo ad ſenſum, mentem, intellectum, ſententiam, ſeu effectũ, hoc probatur in c. Relatum. iuncto c. præcedenti. de cler. non reſid. & uult expreſſe Panor. in d. c. Relatum. & idem Panor. in c. Abbate. in fin. de uerb. ſigni. pro quo facit d. l. Scire leges. cum alijs concordantijs ſuprà in ſecundo euidentiali adductis.

¶ Septimo præmitto quòd ualidius argumentum & magis urgens in fine reſeruandũ eſt. text. eſt not. in c. ij. ibi, ad hanc autem ſuam ſententiã aſtruendam illud potiſsimũ inducit; & c. de ſumma trin. & fide cath. & ibi hoc not. Ioã. de Imo. quod enim ultimo dicitur magis cordibus hominũ infigitur & melius memoriæ cõmendatur: ita dicit tex. pulcher in c. Liquido. & ibi eſt bona glo. de conſec. diſtinc. ij. & commemorat Specul. in titu. de diſputa. & allega. in §. Poſt hoc. in fine.



¶ Octauo præmitto quòd optimus & efficaciſsimus modus conuincendi aliquem eſt per retorquutionem & legem propriam, dum ſcilicet id quod aduerſarius allegat pro ſe, retorquetur contra eum, ita probat tex. in c. In omni negocio. & ibi hoc notant Hoſti. Ioan. Andr. Ioan. de Imo. Panormi. & doct. de teſti. & eſt bonus tex. in c. Qui ſyncera. xlv. diſtin. & tex. pulcher in l. Sed an ultro. poſt medium. ff. de nego. geſt. & faciunt notata in l. j. ij. iij. & per totum. ff. quod quiſq; iuris in alium ſtatuit. &c.

¶ Nono præmitto pro iuuenibus q; omnia argumenta facile poſſunt ſolui ſi attendatur ad ea quæ his uerſibus continentur.

Cauſa, locus, tempus, perſona, rigor, nouitasq;  
Antiquum, bonitas, ueto, conſulo, præcipioq;.  
His ſi iungatur permiſsio ius uariatur.

Quos uerſus declara, ut bene declarat Specul. in d. §. Poſt hoc. in vj. col. in uerſi. Et generaliter. ubi etiam dicit & declarat quòd ferè omnia argumẽta in iure ſoluũtur, aut per fallaciam æquiuocationis, aut per fallaciam accidentis, aut per fallaciam à dicto ſecundum quid ad dictũ ſimpliciter, ad quem recurre, quia ponit diuerſos modos ſoluendi argumenta in iure: uide etiam omnino Odofr. & Bal. in proœmio digeſtorum, in princ. & Odofr. in l. Vnica. C. de nouo codi. componendo. qui mira quadam dexteritate inſtruunt omnem argumentandi uim altero de tribus modis poſſe repelli & declinari, ſcilicet per aliter & aliter, per aliud & aliud,

aliud, & per ſecundũ quid nõ ſimpliciter, quod ut ſcias explicare & practicæ adaptare, uide eos belliſsimè loquẽtes, ubi ſuprà, ad quos breuitatis gratia te remitto. Non enim ſunt omnia argumenta unica ſolutione tollenda, ut faciunt imperiti chirurgici, qui unico collyrio omnium oculos uolunt curare. Ita probat text. in c. fin. iuncta ſua uulgari & familiari gloſ. xxix. diſtin. Sed ex cauſa, ex perſona, ex tempore, ex loco, & ex alijs ſuprà commemoratis ſingula ſunt conſideranda. c. Sciendum. & ſequen. eadem diſtin. & c. fi. cum ibi pulchre notatis per gloſ. de tranſact. & l. aut facta, ubi eſt text. notab. ff. de pœnis. unde uulgariter dicitur, diſtingue tempora & concordabis ſcripturas. l. Apud antiquos. poſt medium, & ibi gloſ. C. de furt. & c. Si peccauerit. ij. q. j. cum ſimil. Hinc etiam uulgariter dicitur, quòd uerba debent intelligi ſecundum materiam ſubiectam, & quòd debet conſiderari in omni oratione perſona loquentis, & perſona ad quam ſermo dirigitur. l. Si uno. in princ. ff. locati. & l. Plenum. §. Equitij. ff. de uſu & habi. & cap. Solitæ. poſt princip. de maio. & obed. qui text. ſunt notab. ad hoc, de quo uide quod plenius dicam infrà in loco à ſubiecta materia, ubi reperies ſatis plene.

¶ Decimo præmitto quòd ſcholaſticus præcipuè debet conſiderare, an argumentũ peccet penes aliquam fallaciã, puta penes fallaciã æquiuocationis, amphibologiæ, accidentis, conſequentis, cõpoſitionis, diuiſionis, figuræ, dictionis, à dicto ſecundum quid ad dictũ ſimpliciter, aut aliam quãcunq;, de quibus fallacijs habetur aliquid per gloſ. & doct. in l. Quoties in ſtipulationibus. ff. de uerbo. obliga. & per Specul. ubi ſuprà. Turpe enim & ignominioſum eſt decipi per aliquam fallaciam, & hoc non perpendere. Vnde ut circa



circa hoc aliqualiter inſtruaris & de cætero cautior redaris uolo te ſcire, quòd id quod apud dialecticos uocatur fallacia, apud Legiſtas uocatur cauillatio, & deſcribitur hoc modo. Cauillatio eſt ab euidenter ueris per breuiſsimas mutationes ad ea quæ ſunt euidẽter falſa diſputationis productio, ut dicit text. in l. Ea eſt natura cauillationis. ff. de reg. iur. & in l. Natura cauillationis. ff. de uerb. ſigni. Alibi autẽ glo. uocat fallaciã, deceptionẽ, ut Inſti. de obli. in prin. & in l. Cũ hi. §. Si prætor. ff. de tranſa. & quia iſta mutatio fit multipliciter, aliqñ in dictione penes ſignificatũ, aliqñ in oratione penes ſignificatũ, aliqñ penes accidẽs, aliqñ ex minus ſufficiẽti partiũ inductione & cõuertibilitate, aliqñ à diuiſis ad cõiuncta, uel ecõtra, aliqñ à quid in quale, aliqñ à tali ſecundum quid ad ſimpliciter tale, idcirco alia & alia committitur fallacia. Nam qñ fit mutatio in dictione penes ſignificatũ, cõmittitur fallacia æquiuocationis, ut in illo ſophiſmate, omnis canis eſt latrabilis, ſydus cœleſte eſt canis, ergo ſydus cœleſte eſt latrabile, de quo per glo. in d. l. Quoties in ſtipulationibus, & in illo ſophiſmate quicquid currit habet pedes, Sequana currit, ergo Sequana habet pedes, de quo per gloſ. in l. ij. ff. de offic. proconſul. & lega. & in ſimilibus. Quãdo autẽ fit mutatio in oratione penes ſignificatum cõmittitur fallacia amphibologiæ, ut in illo ſophiſmate, quicquid eſt Nicolai poſsidetur à Nicolao, iſte liber eſt Nicolai, ergo poſsidetur à Nicolao, de quo per gloſ. in d. l. Quoties in ſtipulationibus. Et in illo ſophiſmate, uerũ eſt panem comedere canẽ. de quo per gloſ. in l. Fundum cuius. ff. de euict. & per gloſ. in l. Liberorum. §. penult. ff. de lega. iij. & per gloſ. in l. Si ſub conditione. ff. de acceptil. & de iſta fallacia amphibologiæ commemorat etiã glo. in

 l. Cum

l. Cum filium. C. de inoffic. teſta. & gloſ. in l. Et ſi ex modica. ff. de bonis libert. & habet locum iſta fallacia amphibologiæ quandocunq; propoſitio aliqua eſt duplex multipliciter intelligibilis, ſiue hoc ueniat ex diuerſo modo punctuandi ſiue alias. exemplum primi, ut in l. Nemo iudæorũ. & ibi Alberi. de Roſa. notat. C. de iudæis. & in c. j. iuncta ſua ſingulari gloſ. ſuper uerbo, Clericum. & ibi Dominic. & alij docto. notant de temp. ordin. lib. vj. & patet in illo uerſu. Porta patens eſto nulli claudaris honeſto, punctuando ante uel poſt dictionẽ nulli, & ibi, interficere reginam bonum eſt timere nolite, punctuando ante uel poſt uerbũ timere, & ibi: ibis redibis non ſubijcieris, punctuando ante uel poſt dictionẽ non, quod fertur à ſpiritu quodã fuiſſe dictum domino Florentiæ, qui in hoc confidens iuit ad bellum & ſuccubuit. Exemplum ſecundi, ut in l. Vxoris. in fine iuncta gloſ. ff. de his qui notan. infa. & in d. l. Cum filium. iuncta gloſ. cum alijs iuribus ſuprà allegatis. Et iſta fallacia multum utuntur dæmoniaci ſpiritus, ut dent fallacia reſponſa. unde refert Albe. de Roſa. in d. l. Nemo iudæorum. quòd quidam ſpiritus domino Alberto Scoto, domino ciuitatis Placentiæ inquirenti ab eo de ſtatu ſuo, reſpondit, domine ſis ſecurus: inimici tui ſuauiter intrabunt terrã & ſubijcientur domui tuæ, qui inſtar Innocentis, qui credit omni uerbo. c. Innocens. xxij. q. iiij. intellexit uerba ut iacent: ſpiritus autem ſic intelligebat. Domine ſis ſecurus, inimici tui ſuauiter, id eſt, tribus uicibus intrabunt terrã, & ſubijcientur, id eſt, ignem domui tuæ, & ita factum fuit ſecundũ eum, ſic etiam diuerſimode intelligi poteſt illud reſponſum Apollinis. Crœſus perdet Halym tranſgreſſus maxima regna, capiendo uerbũ perdet, pro deſtruet uel pro amittet,



tet, & ſic de facto accidit ſecundùm Hiſtoriographos, ipſe autem intellexerat primo modo & male, & idem uidemus in reſpõſo illo ambiguo: Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe, de quo facit mentionem glo. in l. Veteribus. ff. de pac. & in l. In ambiguo. ff. de rebus dub. & ergo fatui ſunt qui credunt talibus reſponſis. Quando autem fit mutatio penes accidẽs, ut quia ex duobus accidentibus diuiſim ſumptis, infertur aliquid coniunctim ſecundum accidens: tunc committitur fallacia accidentis, ut in hoc exemplo, iſta aſina eſt mater, quia habet pullum: & eſt tua quæ etiã eſt uera, quia tu es dominus, ergo eſt mater tua. et in hoc exemplo, Titius eſt albus & eſt monachus, ergo eſt albus monachus, licet enim aliqua prædicare diuiſim quæ non licet coniungere, ut bene declarat Ioan. And. per plura quotidiana exempla in regula ſine culpa in xj. colum. de regu. iuris. lib. vj. in Mercurial. & per Pau. de Caſt. in l. Poſsideri. §. j. ff. de acquir. poſſ. Quando autem fit mutatio ex minus ſufficienti inductione uel conuertibilitate, tunc committitur fallacia conſequentis: de qua tangam infrà in loco à partium enumeratione, & in loco à cõmuniter accidentibus, & in loco à remotione generis, ubi recurre. Quando autẽ fit mutatio à diuiſis ad cõiuncta, uel ecõtra: tunc cõmittitur fallacia cõpoſitionis uel diuiſionis, ſecundũ q; oratio aliqua cõpoſita eſt uera, & diuiſa falſa uel ecõtra, ſi enim compoſita eſt uera, & diuiſa falſa, tunc eſt fallacia diuiſionis, ſi uerò in ſenſu diuiſo eſt uera, & in ſenſu cõpoſito falſa, tunc eſt fallacia cõpoſitionis, de qua per glo. in d. l. Quoties in ſtipulationibus. & ibi aliquid per Io. de Imo. & aliquid per Panor. in c. Ad apoſtolicã. ff. de reg. & per glo. in l. Manumiſsiones. ff. de inſti. & per glo. in l. ij. ff. de condit. inſti. & per glo.

Inſti.de liberti.in prin.& per glo.in l.Vbi fideiuſſor.ff. de ſoluti.& per Bal.& Salice.in l.In exercendis.C.de fide inſtru.ubi referũt argumentum quod faciebat filius patri de ouis cõmittendo fallaciã diuiſionis.Quando autem fit mutatio à quid in quale, tunc committitur fallacia figuræ dictionis ſecũdũ logicos,ut in illo ſophiſmate,quicquid heri emiſti hodie comediſti,carnes crudas heri emiſti,ergo hodie comediſti carnes crudas, & habes aliud exemplum in l.j.iuncta glo.ff.de reg.cato.& idem uidere poteris in pluribus alijs exemplis de quibus per glo.in l.Quæ de tota. §. Incerte.& in l.Vendicatio.ff.de rei uendica.& in l. Debitor.§.fi.ff.de lega.ij.licet glo.in d.l.Poßideri.§.j. & Bar. Pau de Caſt.& Alex.de Imo.ibidem & glo.in d.l.Quæ de tota.§.Incerte.& in d.l.Vẽdicatio.& Io. de Imo.in præal. l.Debitor.§.fi.inaduertenter dicãt;quòd ibi cõmittitur fallacia accidentis,quia fit mutatio à quid in quale ſecundum eos,ſed malè dicunt meo iudicio: nam quando fit mutatio à quid in quale,ut in exẽplis poſitis per gloſ. & doct.in paſſibus ſuprà alleg.tunc committitur fallacia figuræ dictionis ſecundùm logicos:ut ſuprà dixi,& non fallacia accidentis:& ita etiam reperio ſentire Iaco.de Raue.& Alber.de Roſa.in præalleg.§.Incerte.& ita teneas, quia ſic ſe habet ueritas.Quando autem fit mutatio à tali ſecundum quid ad ſimpliciter tale,tunc cõmittitur fallacia à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter:ut in hoc ſophiſmate.Homerus uiuit ut poëta,ergo Homerus uiuit:de qua fallacia habetur in l.Si dictum.§.In ſtipulatione.ff.de euict. & de ea ponuntur plura exempla in l.pen.in.j.gloſ.& ibi Ange.ff.de iuſt. & iur.& per Odofr.& Bal.in procemio digeſtorum,ubi recurre.Hinc etiam non ualet hæc argumẽtatio ſeu conſequentia:

quentia:



quentia:delegatus eſt maior ordinario in cauſa ſibi cõmiſſa.c.Sane.ij.de offic.deleg.cum ſimi.ergo delegatus eſt maior ordinario, imò committitur fallacia à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter, ſecundum Andr.Sicul.in rubri. de offic.deleg.in iij.& iiij.col.& faciunt not. per glo.ord. in c.Conſtitutionem.de regula.lib.vj.& not.in regu.quæ à iure.de reg.iur.eo.lib.& hæc gratia exempli pro iuuenibus qui non audiuerunt logicã dicta ſufficiant de his octo fallacijs communioribus & frequentioribus.

¶ Vndecimo præmitto q; ſcholaris debet eſſe cautus in diſputationibus, ut ſi uideat aduerſarium extra propoſitum uagari,ad aliud ſe diuertere uel euaſiones quærere,illud ſibi curialiter obijciat & dicat. Amice nihil de hoc ad Rombum.prout dicit gloſ.in.§.fi.in ti.de inueſtitu.de re alie.facta in uſi.feu. pro quo faciunt iura uulgaria,uolentia articulos impertinẽtes non eſſe admittendos.l.Non hoc.C.unde cogna.& l.Neq; natalis.C.de proba.& c.In præſentia. eo.ti.cum ſi. & maxime caueat diſputans, ne iracundia uel ſtomachatione incaleſcat:quia ex hoc faciliter induci poſſet ad confitendũ uel negandũ,quod confitendũ uel negandum non erat. Nam ira impedit animum ne poßit cernere uerum,& plerumq; hominẽ in perniciem trahit: ut uidemus in iudice qui per iracundiã innocentẽ uel quem punire non debuerat condemnauit:nam capite plecti iubetur uel in inſulã deportari:ut eſt tex.ſingularis in l. Lege Iulia,in fi. ff.ad legem Iuliam repetũ.& hinc recte dicit tex.in l.ij.C. de custo.reo. q; iudicibus immodice ſæuiẽtibus fræni tẽperies eſt adhibenda. Iratus enim inſtar furioſi, prodigi, uel mente capti nihil bene agit.§.Furioſus.Inſti. de inutili ſtipula. iuncta. l.j.ff.de curato.furioſi.cum ſimilibus.

 ¶ Duod

¶ Duodecimo & ultimo præmitto quòd ſcholaſticus debet eſſe Humilis c.humilis.de ma.& obed.& nõ debet præſumere iudicare de lege,niſi tota lege perſpecta. l.In ciuile. ff. de legi. ne aßimiletur Petro Baliardi: qui ſe iactauit ex omni lege uelle trahere ſanũ intellectum, & cum ſibi data eſſet ad manus lex quinq; pedũ.C.finium regun.xj.dũtaxat uerba habens confuſus dixit, neſcio, ut ibi dicunt gloſſ.& Odofre.Tunc enim primo cognoſcit quis efficaciter ſe nihil ſcire in iure,cum totum corpus iuris percurrit & calamum ad ſcribẽdum in iure arripuit,teſte Seneca: qui dicit ſe priuſquã ſcriberet ſuã ignorantiam ignoraſſe:ut refert Io. An.in ſalutatione Grego.in nouella,& hinc Mar. Ant.(referente Valerio Max. li.vij.c.iij. incipiente, Vafre dicta aut facta) orationẽ nullam compoſuit.& Pe.de Bel. Pert.Burgundus ſubtiliſsimus doc. (referẽte Pau. de Caſt. in l.Meuio.in prin.ff.de leg.ij.) dixit ſe octies legiſſe infortiatum,& nunquã intellexiſſe illã l.Meuio.niſi cum nouiſſimè eã legeret, cuius etiã nouißimũ intellectũ Bar.Bal.& omnes poſteriores approbant,reiectis omnibus lectu. glo. & Bar.in l.In actionibus.in fi. ff.de in litẽ iurã.dicit ſe nunquã intellexiſſe materiã illius l.Niſi cũ nouißimè eam legeret: & Philip.de Regio antiquus & maximus legum doc. (referẽte eo.Paul.de Caſt.in l.Pater ſeuerinã.in prin.ff.de condi.& demon.)ob nimiã arrogantiã.quia pollicitus fuit ſe uelle reſpondere ad quodlibet quæſitũ in materia ultimarum uoluntatũ,inſtãte & arguẽte Bal.confuſionẽ maximã paſſus eſt. Debet ergo ſcholaſticus in iu. proficere uolens eſſe humilis & nõ arrogãs,ac longo tẽpore diſcere & indeſinenter ſtudere, ſtudiumq; ſuũ cõtinuare,& ſibi uel ingenio ſuo non cõfidere: ne ſit miles antequã tyro,& prius magiſt



magiſter quàm diſcipulus.c.Sic uiue.& c.Si clericatus.xv. q.j.c.Officij.& c.Cum in magiſtrũ.de elect.& c.Relatũ. xxxvij.diſt.cum ſi. Qualis enim erit ædificatio diſcipulis ſi magiſtro ſe intelligat eſſe maiorem? certe nulla. viij. q.j. c. qualis. nec debet de l.iudicare ut dixi:niſi ea tota ꝑſpecta d. l.In ciuile. quia forte cauda ſeu finis reſtringit ſeu limitat, ampliat,uel extẽdit, uel aliàs declarat principiũ.Poſteriora enim declarãt præcedẽtia & ecõtra l.Qui filialibus. in prin.iuncta l. Si ſeruus pluriũ.§.fi.cum ibi not.per glo. & doc.ff.de lega.j.& l.Quiſquis.in principio,cum glo.ff. de leg.tertio.& l.Si cum fundũ.cum glo.ſua magiſtrali.ff.de uerb.ſignifi.& l. Sed & poſteriores. ff.de legi. cum ſi.& ſemper ſibi perſuadere debet quòd legis cõdendæ autoritas ſibi data non eſt: ſed quod ſua autoritas etiã ſi gradum doctoratus adeptus ſit duntaxat,probabilis eſt nõ neceſſaria: iuxta nota. per glo. ordinariã iuris canonici in c. j. de poſtula.præla. & per glo.iuris ciuilis in l.fi.de interpretatione.ff.de legi.& per gloſ.Odofre.& doc. in l. j. C. de legi. cum uulga. & præcipue caueat ne proprie innitatur prudentiæ,contra conſilium Salomonis prouerbiorũ iij.c. & tranſumptiue in c.Ne innitaris.de cõſti.Sed beatũ Bernardum inſequẽdo ſemper minus ſenſui ſuo quàm alterius credat.Item maxime abſtineat à facili reprehenſione aliorum. iuxta conſilium Salomonis prouerbiorum xviij. & Eccleſiaſtici.xj.tranſumptiue in c.Eorum.xj.q.iij.hinc Io.Fabr. in procemio Inſtit. ſcholaſticum exhortatur,ne ſit nouarũ opinionũ inuentor,nec aliorum facilis reprehenſor:de quo uide eleganter per Hoſti. in principio ſuæ aureæ ſummæ, ubi ponit decẽ temerariæ reprehenſionis modos,& omnino caueat ne uocẽ propriam ignoret : & præſertim ſit diligens

ligens ſcholaris in uidendo & diligenter ponderando allegationes quas: dabo nec credat mihi uel cuicũq; alteri quicquam dicenti, ſed uideat ſuper quo fundetur dictum: ſi uelit huius mei libelli aliquẽ fructum cõſequi. Intelligentia enim dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi, ut eleganter dicit tex. in ca. Intelligentia. de uerb. ſig. & dictum doctoris debet intelligi ſecundum legem quam allegat: ut uult Bar. in l. Non ſolũ. §. Si liberationis uerba. ff. de libera. lega. unde lege uel canone non probante id ad quod allegatur, remanet nuda autoritas allegantis, & uerificatur illud uulgare prouerbiũ: Collapſa ruũt ſubductis tecta colũnis. Et illud, concuſſis columnis corruit ædificium. c. Qualiter & quando. ij. de accuſa. & illud, erubeſcimus cum ſine lege loquimur d. §. Cõſideremus. ex hoc autem quod allegationes, & remiſſiones ſtudioſus diligenter uidebit & ponderabit, triplicẽ conſequetur fructũ. Primo enim certiorabitur de ueritate allegationis. Secũdo melius & profundius intelliget quod dicitur. Et tertio id melius memoriæ commẽdabit: ſicut in ſimili, diuiſio uel partitio triplicem operatur effectum. Primo enim animum legentis incitat. Secundo mentem intelligentis præparat. Et tertio memoriam artificioſe reformat; ut dicit gloſ. ordinaria ſingularis in. §. Igitur. in procemio Inſtitutionum.

¶ Quibus præmiſſis uenio ad communes & uſitatos locos legales, ſeu modos arguendi in iure, & quia magna eſt uirtus ordinis: ut ex infrà dicendis patebit, teſteq; Ambroſio, quem refert Bal. in principio cõſtitutionis digeſtorum. Scire quid facias neſcire autem quo ordine facias non eſt perfectæ cognitionis. Idcirco primo dicam de loco ab ordine, & poſtea ſigillatim & diſtincte de alijs.





## LOCVS AB ORDINE PRIMVS.

PRIMO ergo habemus in iure locum ab ordine, à quo ſumptum argumentum eſt notabile in materia libellorum, in contractibus & in teſtamẽtis ſecundum Bal. in l. Conuenticulã. C. de epi. & cler. quinimo argumentum ab ordine interdum eſt neceſſarium, ualidum, & efficax: adeo quòd peruerſio uel præpoſteratio ordinis reddit, actum nullum: ut puta ubicunq; conſtat ordinem eſſe ſubſtantialem uel datum pro forma, ut in mandatis exequẽdis, & alijs caſibus, de quibus infrà ſecundum Archidia. in c. Sit rector. xliij. diſt. & probatur in c. Venerabili. de offi. delega. & in c. Piſanis. de reſti. ſpolia. & in c. Cum dilecta. de reſcrip. qui ſunt tex. ad hoc notabiles. Et de iſto arguendi modo ultra paſſus ſuprà commemoratos, habetur per glo. & Archidia. in c. Metropolitano. lxiij. diſt. & per gloſ. in c. Vt euidẽter. j. q. j. & in c. Alienis. xxiiij. q. j. & in c. Si quis iuſto. de elect. lib. vj. & in c. Mandato. de præb. eo. lib. & in c. j. xx. diſt. & in pluribus alijs paſſibus, quos cõmemorare magis eſſet laborioſum quàm ſubtile. Et formatur multipliciter ad multiplicem effectum. Vno modo ſic, non attẽto ordine uerborum talis ordo præſumitur, qualis debet eſſe. l. Talem. in prin. ff. de here. inſti. & c. Cauſam quæ, & ibi habetur per Henricũ Boic. & Canoniſtas de reſcrip. Nomina enim & uerba tranſpoſita idem ſignificant l. Quidam. & ibi gloſ. ff. de pecul. lega. & l. Ambiguitates. & l. Præpoſteri. & ibi Cy. Salic. & doct. C. de teſta. quod facit ad multa, & gratia exempli pro inſtructione iuuenũ per iſtud in primis ſuſtinetur libellus, in quo con-

cluditur & petitur Titium cogi & condemnari ad ſoluendum decem, licet enim primo uideatur peti executio quàm condemnatio: quod fieri non debet, quia ab executione non eſt inchoandum in l.j.C.de execu.rei iud. tamen ſi bene conſideretur, hic eſt præpoſteratio uerborũ magis quàm præpoſteratio intellectus. Primo enim uidetur petitum condẽnari quàm cogi, quia ſic ſe habet ordo rationis ſecundùm Bal. in d.l. Conuenticulam. & uolunt Bar. Ang. Alexan. & doct. in l.ij.§. Prius. ff. de uulga. & pupill. & idem Bart. in l. Si cum nulla. ff. de re iudic. & idem Bar. & Bal. in d.l.j.C. de execu. rei iudic. & Bart. in d.l. Quidam. ff. de pecul. lega. & Bald. in. §. Quibus. in prima conſtitutione Codicis: & idem Bal. in l. Aedita. in repetitione Paduana in xxiij. colũ. C. de eden. & Ang. in l. Gallus. §.j. in prin. ff. de lib. & poſthu. & idem Ange. & Ioan. de Imo. in l. Nec enim. ff. de ſolutio. & Panor. in c.j. in xiiij. colũ. de litis conteſt. & idem Panor. in c. Olim cauſam. per illum text. de cenſi. quod tene menti: & uide quod dicam latius infrà, in loco à conceſsione conſequẽtis. Hinc etiam eſt quòd quando plures perſonæ adinuicem ſubordinantur per copulam: ut quia priuilegium datur alicui & ſucceſſoribus ſuis, talis copula non cõiungit eas ut concurrant & ſimul uocentur, licet hoc uideat de natura copulæ: ſed ut ueniant ordine ſucceſsiuo ſiue ordine ſanguinis: tex. eſt notab. in d.l. Gallus. §. Quidam recte. ubi de hoc uide latius per Bar. Bald. Ang. & Io. de Imo. & docto. & eſt bonus text. & ibi Ioan. de Platea notat in l.j.C. de priuileg. eo. qui in ſacro palatio militant lib. xij. & pulcher tex. in. §. Quinimo. & ibi Bal. & Aluarotus notãt in tit. Epiſcopum uel Abbatem in uſibus feudorum: & bonus tex. in c. j. in. §. Filia uero. & ibi etiam Bald. de ſucceſs. feud. Hinc etiam eſt quòd in actione hypothecaria precedit libellus nõ præmiſſa excuſsione: niſi opponatur de præpoſteratione ordinis ante litis conteſtationem ſecundùm Bal. in d.l. Conuenticulam. quod eſt notabile pro intelligentia auctenticæ, hoc ſi debitor. C. de pigno. quæ uult non poſſe agi hodie actione hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, niſi prius excuſſo principali debitore: ut hoc procedat ſi excipiatur ante litis conteſtationem, alias ualet proceſſus, & idem eadem ratione dicendum puto in beneficio ordinis competente fideiuſſori, autentica præſente. C. de fideiuſſ. ut niſi ante litem conteſtatã proponatur ualeat proceſſus habitus contra fideiuſſorem, qui illud non oppoſuit. Et ratio eſt: quia iſtæ ſunt exceptiones dilatoriæ, quæ ante litem conteſtatam debent proponi. c. Paſtoralis. de excep. & l. penul. C. eo. tit. cum ſimil. & ita reperio uelle Bar. in l. iij. ff. de excep. & Petr. & Cyn. in l. Exceptionem. in viij. q. C. de proba. & Bar. Ange. & Salic. in d. aucten. Hoc ſi debitor. & Paul. de caſt. in l. fin. ff. ſi cert. peta. & iſta eſt ueritas: quicquid ſentiat gloſ. in d.l. iij. circa finem. ff. de excep. quæ cõmuniter reprobatur, quod tene menti, quia eſt quotidianum in practica. Hinc etiam eſt quòd ubi in inſtrumento reperitur plures actus ſucceſsiue fuiſſe celebratos: ſemper fingitur ille actus præceſsiſſe qui reddit actum ualidum, & ergo ſi in inſtrumento reperitur primo loco ſcriptum donationem fuiſſe factam à patre filio: deinde in eodem inſtrumento contineatur filium fuiſſe emancipatum: debemus conuertere ordinem ſcripturæ, ut teneat diſpoſitio: quia donatio facta filio in poteſtate regulariter non ualet à principio, ſed indiget confirmatione per mortem: & ſic poteſt à patre reuocari. l. ij. C. de

de inoſſi.dona.cum ſimili. Ita ſingulariter uolunt Cy.Bald. Angel.& Ioan.de Imol.in l.Cum in teſtamento.§.j.per illum tex.ff.de hæredi.inſtitu.& ſequitur Alexand. de Imo. in d.l.ij.§.Prius.& idem Alexan.in l. Diuortio.in prin.in ij.colum.ff.ſolu.matri.& Iaſon in l. fi.circa fin.C.de edic. diui Adria.toll.quod tene menti. Hinc etiam eſt quod licet ante omnia debeat opponi exceptio declinatoria fori l. fi. C.de excep.& c.Inter monaſterium.& ibi habetur pulchre per Panor.& docto.Canoniſtas,de re iud.tamen ſi in eadem ſcriptura primo quis opponit contra actorem,puta quòd ſit excommunicatus maiori excommunicatione,& ſic non admittendus ad agendum,c.Intelleximus.de iud.& c. Pia,de excep. lib.vj.& ſecundo opponat contra iudicem & eius iuriſdictionẽ:uidetur exceptio contra iudicem,primo oppoſita ſecundum ordinem intellectus. Ita ſingulariter dicit Bar.in l.Quidam conſulebant.circa finem.ff.de re iudic.& ſequitur Bal.in præalle.l.Exceptionem. in iij.col. C. de proba.& idem Bal.in d.§. Quibus.& Ioan. de Imo. in l.Si ita ſcriptum.in princ.ff.de lega.j.& Alexan. in d.l. ij.§.Prius. cautius tamen eſt iſtam exceptionem declinatoriã fori primo & per ſe opponere, quod tene menti: quia poteſt frequenter contingere in practica.¶ Secundo iſtud argumentum poteſt formari cõtrario modo ſic,ponderandus & ſeruandus eſt ordo eorum quæ in lege uel Canone ponuntur:alias corruit actus,tex.eſt notab.in l. Prolatam. cum ibi notatis per glo.& doc.C.de ſentẽ.& interlo. om. iud.& pulcher tex.in d.l.ij.§.Prius. in prin.& tex.notab. in c.fi.& ibi nota.per glo.& per docto.de appell.& pulcher text. in præalle.c. Cum dilecta.& in præalleg. c.Piſanis. & in d. cap. Venerabili. & in cap. Quia propter.





de elect.& bonus tex.in l.Hac conſultiſſima.in prin.C.qui teſta.face.poſſ.& eſt tex.notab.ponẽs caſum quotidianum & ſingularem in l.A diuo Pio.§.In uenditione.ff. de re iudica. ſecundum unum intellectum approbatum ibidem per Ioan.de Imo.& Alex.poſt Ioan.gloſatorẽ antiquũ,& per Feli.in c.Quod ad conſultationem. de re iudica. qui omnes uolunt executionem ſententiæ eſſe nullã,ſi non ſeruetur ordo traditus in d.§.In uenditione.& credo eos uerum dicere.licet Bar.& plures alij in d.§.In uenditione.teneant cõtrarium:quod tene mẽti, quia eſt quotidianum in practica. Nec mirari debes, quòd peruerſio uel præpoſteratio ordinis uiciat actum in caſibus dictarum legum & canonum, quia ordo eſt figura ſubſtantiæ uniuſcuiuſq; rei:ut eleganter dicit Bal.in diuino ſuo conſilio ſchiſmatis poſito in rubrica C.ſi quis aliquem teſta.prohibue.& ubi non eſt ordo ibi eſt confuſio,quam lex & natura abhorrent l.fi.C.de legit.tuto.iuncto c. Peruenit. xj.q.j.& hinc eleganter dicit Titus Liuius libro tertio Decadis primæ circa finem,quòd diſcordia ordinũ uenenum eſt reipublicæ: patet ergo quòd magni momenti eſt ordo,cum eius peruerſio ſeu præpoſteratio reddat actum nullum,iuribus præallegatis, in quibus habẽtur plura quotidiana exempla,& patebit latius infra: quod tene mẽti. ¶ Tertio iſtud argumentũ poteſt formari ſic,ponderandus & ſeruandus eſt ordo eorum,quæ in lege uel canone aut diſpoſitione alicuius diſponentis inter uiuos uel in ultima uoluntate ponuntur, quia ex ordine præſumitur & colligitur uoluntas diſponentis.l.Quoties. in prin. ubi eſt tex.notab.ponẽs caſum quotidianum. ff.de uſufruc. & l.Generaliter.§.Quid ergo. ff.de fideicõmiſ.liber.Hinc dicunt Dy.Ang.Bal.& Ioan.de Imo.in præal.l.Si ita ſcri-

ptum.ff.de lega.j.& Bar.in l.Qui duos.eo.ti.quòd ſi miles habens duos equos legauerit unum eorum fratribus prædicatoribus,& alium fratribus minoribus:& unus eorum ſit lõge precioſior altero: quòd ſine dubio fratres prædicatores tanquam primo nominati eligent: quod tene menti. Ex ordine enim uerborum præſumitur uoluntas diſponentis, & ordo intellectus, iuribus præallegatis, & de conſecra. diſtin.ij.c.In Chriſto pater.& l. Hæredes mei. §. ſi.ubi eſt text.ſingularis.ff.ad Trebell.& aucten. Hoc amplius.C.de fideicom.& quod prius eſt in uoce, præſumitur prius eſſe in ſenſu l.Si communis ſeruus.ita in fine,ubi tex. notab.ff.de ſtipula.ſeruo.& c.Quonia͂ abbas.cum ibi notatis per glo. & doc.Canoniſtas de offic. delega.& quòd prius eſt ſcriptum, præſumitur prius eſſe factum d. §. Quibus.Ex quo ſequitur primo quòd ſi in regiſtro oppidi reperiatur,quod Titius eadem die rem ſuam obligauit tibi & etiam mihi, ſi tua obligatio eſt prius ſcripta præſumitur prius facta: & ſic tu debes mihi præferri per regulam.Qui prior eſt tempore.de reg.iur.lib.vj.Ita ſingulariter uolunt Bal. & Pau. de Ca.in d.§.Quibus.per illum text.& Bal.in l.De rebus. C.de dona.ante nup.& Ioa͂.de Platea in l.j. C.de iure fiſci. lib.x.quod tene menti.Item ex iſto ſequitur ſecundo,quod ſi in eodem uolumine ſtatutorum reperiantur ſtatuta cõtraria, quæ non poſſunt cum diſtinctione ad concordiam reduci: & iudex ſiue poteſtas iurauit ſeruare ſtatuta: quod debet ſeruare ultimum tanquam ultimo loco factum,& ſic corrigens primum. Ita ſingulariter uult Alber.de Roſa.in prima parte ſtatutorum.q.xix.poſt Dy.per eum relatum: & idem uult Cy.in l.ij.C.de teſta.tute. Hoc etiam expreſſe firmat Pet.de Anchar.in repetitione. c. Canonum ſtatuta.





de conſtitu.in.xiiij.q.principali,& Bart. in repetitione l. Omnes populi.in.iij.q.principali.in fin. ff.de iuſti.& iure. & Pau.de Caſt. in præall.§.Quibus.quod tene menti.Item ex iſto ſequitur tertio, quod leges trium ultimorum librorum Codicis corrigunt leges Codicis cõtrarias,ſi non poſſint cum diſtinctione ad concordiam reduci,& non corriguntur ab eis cum ſint poſteriores in ordine:& ſic præſumuntur ultimo factæ: & ita reperio expreſſe uelle Ioan.de Platea in l.Litibus.in fine.C.de agric.& cenſi. lib.xj. quod tene menti.Hoc tamen uolo te ſingulariter notare,quòd dicta theorica quod prius eſt ſcriptum præſumit prius eſſe factum, debet limitari niſi ſic interpretando actus principalis præcedens in ordine redderetur inualidus, qui ſi fingatur ſequi erit ualidus & uterq; actus ſortietur ſuum effectum,tunc enim debemus cõuertere ordinem ſcripturæ, ut ualeat diſpoſitio in utroq; caſu,ut dixi ſuprà, caſum habes & exemplum in d.l.Cum in teſtamento.§.j. iunctis ibidem notatis per Cy.Bal.Ange.Ioan.de Imo.& docto.quod tene menti.Item ex iſto poteſt inferri quarto, quod in deſponſatione primo debet interrogari ſponſus. Et deinde ſponſa: ita dicit gloſ.ordinaria in l.ij.in princi. ff.de adopt. Et hoc probatur in c.Licet.de ſponſa.duorum.& in c. penult.de ſponſal. ex ordine uerborum illorum text. & hoc notant Ioan.Andr.& Panormi.in d.cap.penul.Et ita communiter ſeruatur apud nos:dicit tamen Panormi.in d. cap.penul.in ſecundo notab.quòd forte expedientius eſſet ſponſam primo interrogari propter inſtabilitatem & inconſtantiam mulieru͂,& ita ſeruatur Paduæ: ut ibi refert Io.And.ſed nõ eſt uis in hoc quomodo ſeruetur: quia iſtud nõ eſt de ſubſta͂tia matrimonij ſecu͂du͂ Panor.et bene in d.c.pe. & ergo

præpoſteratio ordinis non uitiat actum, ut infrà dicam: quod tene mēti. ¶ Quarto iſtud argumētū poteſt formari ſic: ponderādus & ſeruādus eſt ordo ubi qualitas eſt cauſa exaggerandæ executionis: nam tunc ante ſententiam debet conſtare & liquere de qualitate, nec ſufficeret de ea cōſtare poſtea: tex. eſt nota. & menti tenēdus in l. In delictis. §. Si detracta. ff. de noxa. actio. & facit l. Non ignorat. & ibi Bal. in prin. C. qui accuſa. non poſ. quod tene menti: quia facit ad multa, ut uidere poteris ex his quæ dicam infrà in loco ab effectu eorum quæ ſimul requiruntur adeſſe. ubi recurre. Sed quia iſti tres ultimi modi arguendi cōtrariantur his quæ dicta ſunt ſuprà in principio. Ideo pro intelligentia huius materiæ & concordia præmiſſorum iurium, uolo te ſcire duo pulchra. ¶ Primū eſt quod ſi conſtat ordinem eſſe ſubſtantialem uel datum pro forma: omiſsio uel præpoſteratio ordinis uitiat actum: & ſic procedit ſecundus modus arguendi: & d. l. Prolatam. & d. l. ij. §. Prius. & d. c. fi. & d. c. Cum dilecta. & præalle. c. Piſanis. & d. c. Venerabili. & præal. c. Quia propter: & d. l. A' diuo pio. §. In uenditione. & præall. l. Hac conſultiſsima. & l. Vt debitum. C. de actio. heredita. quarum legum & canonum caſus tene menti: quia ſunt ſingulares & quotidiani, & iſtud eſt adeo uerum, quod etiam ſi interueniat conſenſus partiū non ualidatnr actus: quia pactis priuatorum iuri publico non derogatur l. Ius publicum. ff. de pac. ita dicit glo. ordina. notab. in c. De cauſis. de offi. delega. approbata per doc. limita tamen ut ſuprà dixi: & prout limitatur per glo. & doc. in l. ij. C. cōmunia utriuſq; iud. quas limitationes tene menti quia faciunt ad multa. Si autē cōſtat ordinem non eſſe ſubſtantialem, tunc non curatur ordo: & ſic procedit primus modus arguendi & iura in principio allegata. Hanc theoricam ponit glo. ordinaria in c. penul. de purga. cano. & ſequitur Io. de Imo. in d. l. ij. §. Prius. & Bal. in ti. quid præcedere debeat, an inueſtitura an fidelitas in uſibus feudo. Et in dubio illud non cenſetur eſſe de ordine ſubſtantiali quod omiſſum parat leue præiudiciū: ſecus ſi paret graue præiudicium. tex. eſt notab. in l. j. in fi. ff. de uentre inſpicien. & per hoc dicit Bar. in d. l. ij. §. Prius. quòd omiſsio ſigni crucis non uiciat inuentarium, licet ius illud requirat. l. fi. C. de iure deliber. de quo uide plenius per Ioan. de Imo. Alex. & doc. in d. l. ij. §. Prius. & per Bar. & Iaſo. in l. Cum hi. §. Si prætor. ff. de tranſac. ¶ Secundum quod uolo te ſcire eſt quòd ubi conſtat de intentione legiſlatoris uel alterius diſponentis nō curamus de ordine d. l. Nec enim. & eſt caſus pulcherrimus in c. Auctoritate Martini. de cōceſſ. præben. li. vj. & in c. penul. de præben. eo. li. Sed ubi de intentione diſponentis non cōſtat: tunc ex ordine præſumimus affectionem eius & mentē: & ergo inſpicimus ordinem d. l. Quoties. in princ. & præal. l. Generaliter. §. Quid ergo. cum ſimil. ita dicunt Dy. Ange. & Io. de Imo. in d. l. Nec enim. & Odofre. in prima conſtitutione digeſtorum, & idem Odofre. in l. Vnica. C. de nouo. C. componen. Et ita procedit tertius modus arguendi, & iura illic allegata, & multo fortius ponderandus eſt ordo quando agitur de exaggeratione executionis ſeu impoſitione pœnæ. Et ita procedit quartus modus arguendi, & iura illic allegata: quod tene menti pro concordia multorum iurium diuerſimode loquentium. Quia tamen materia iſta eſt multum longa & brocardica, uidere poteris de ea latius per Cy. & Salice. in d. l. Præpoſteri C. de teſta. & per Bar. in d. l. ij. §. Prius. ubi iſtam ma-

teriam melius tractat quàm alibi: & plene per glo. Io. An. Antho. de Butrio, Ioan. de Imo. Henricum Boic, Feli. & Canoniſtas in d. c. Cum dilecta. & per eundem Henricũ Boic in d. c. Cauſam quæ. & in c. Ad audiẽtiam. infrà de reſcrip. & plene per Bal. in l. Si duas. in princ. ff. de excuſa. tuto. & per eundem Bal. in d. l. Ambiguitates. C. de teſtamen. & pulchre per eundẽ Bal. in. §. Sed ſi inſtituto. Inſti. de uulg. ſubſti. Et per Ioan. de platea in l. Vnica. C. ut digni. ordo ſerue. li. xij. qui inter alia dicunt quòd triplex eſt ordo, ſcilicet unius rei ad ſeipſam in eſſe producendam temporis, & ſcripturæ: & bene declarant. uide etiam per Ang. in. §. Inordinatum. in uerſi. Etenim. in auctẽ. de hæredib. & falcid. colum. j. & per Io. de Imo. in d. l. Si cõmunis ſeruus. & per Io. Fab. in. §. ante hæredis inſtitutionem. Inſt. de lega. In quibus locis reperies ad ſatietatem quando ſeruandus eſt ordo & quãdo nõ, & quãdo præpoſteratio ordinis uitiat actũ & quando non: ubi recurre. ¶ Quinto iſtud argumentum formatur aliter ſic. Ex ordine aguitur prærogatiua: ita arguit glo. ordinaria notab. in c. Quorundã. ſuper uerb. Prædicatorum. de elec. li. vj. & ibi Dominc. & Philip. Franc. dicentes quòd illi religioſi ſunt præferendi in proceßionibus, in ſeßionibus, & in alijs qui primo fuerũt approbati & confirmati per eccleſiã arguendo ab ordine literæ prædlle. c. Quorundam. ut ibi arguit gloſ. & illam glo. ad hoc notat Panor. in c. Nicolao. in princ. de appella. & idem Panor. in c. ſedes. de reſcrip. & idem Panor. in c. Auariciæ. de præben. In quibus locis multum commendat dictam gloſ. & facit text. cum ibi notatis per Panor. in c. Nimis praua. de exceß. præla. & eſt ſimilis glo. in c. fi. ſuper uerbo Prædicatores. de pac. li. vj. & bona glo. in c. Bene quidẽ. ſuper



ſuper uerbo Mediolanẽ. xcvj. diſt. & bona glo. in l. Si fundum ſub conditione. §. His uerbis. ff. de lega. j. quam ad hoc ponderat Alberi. de Roſate in prima parte ſtatutorum. q. clxxij. in pulchra quæſt. Et iſto modo arguendi utitur Cy. & poſt eum Pau. de Caſt. in l. iij. C. de ſumma tri. & fide cath. ubi dicit ex ordine dictæ literæ quòd dignitas clericatus eſt maior quàm dignitas militaris. de quo uide pulchre per Panor. in præal. c. Nicolao. & per omnes doctores in c. ſolitæ. de maio. & obed. ubi pulcher tex. Iſto argu. etiam utitur Bal. in l. unica. C. de Iuſtiniano Co. confir. ubi ex ordine dictæ literæ dicit, ꝙ milites ſunt præferẽdi doctoribus: de quo tamen uide latius ibi per Pau. de Caſt. et doc. & pulchre per Angel. Io. Fab. & doc. in proœmio Inſti. Iſto modo arguendi utitur etiam Bal. & Salice. in conſtitutione habita. C. ne filius pro patre. ubi ex ordine dictæ literæ dicunt, quòd prius obediendum eſt Deo quàm Cæſari: & ergo ſi Cæſar mandat id quod eſt contra conſcientiam non eſt obtemperandum ei: neque in pace: neq; in bello ſecundum eos ibidem, de quo uide pulchre per canoniſtas in c. Sicut. infrà de iureiur. & in c. Qui reſiſtit xj. q. iij. & in c. Quid culpatur. xxiij. q. j. & in c. Domino guerram. in ti. hic finitur lex. deinde conſuetudines regni incipiunt in uſi feudo. Hinc etiam dici poteſt quod in capitaneo eligendo potius inſpicienda eſt fides, & induſtria, literataq; militia, quàm probitas & ſtrenuitas: ita probat text. in l. Proximos. ij. in principio arguendo ab ordine literæ. C. de proxi. ſacro. ſcri. lib. xij. & ita reperio uelle Barth. Cepol. in ſuo notab. tractatu de imper. mili. eligend. poſt medium, quod tene menti. Illud tamen quod ſuprà dixi, ſcilicet ꝙ ex ordine arguitur prærogatiua debet limitari dupliciter. ¶ Primo ut hoc

 proce

procedat quãdo duo narrantur per ordinẽ in aliqua conſtitutione circa honeſta & laudabilia ſeu circa actus uirtuoſos: tunc enim ex ordine arguitur prærogatiua ut dictum eſt: nam dignius cenſetur præponi: ſecus autem ubi duo enumerantur circa turpia, uel ubi aliqui notantur de aliquo uitio: tunc enim à uilioribus & magis infectis eſt incipiendum. Hoc probatur in preall. c. Auaritiæ. iuncta ſupraſcriptione: & ibi hoc notat Panor. & doct. & idem Panor. in d. c. Sedes. & Feli. in d. c. Cum dilecta. ¶ Secũdo iſtud limitatur uerũ: niſi ordo ſit poſitus gratia exempli: nam tunc non curatur ordo, tex. eſt in c. Decernimus. de iud. ubi præmittitur Abbas Epiſcopo: & Epiſcopus Archiepiſcopo: & ibi Cardi. & Io. de Imo. hoc notant, & Feli. in d. c. Cum dilecta. quem omnino uide quia magiſtraliter loquitur & multa bona dicit. Si autem ultra ea quæ dicta ſunt uidere libeat plura pulchra in materia prælationis ſeu præceßionis: uide Alexan. de Imo. & nouißimos in l. Cum quid. ff. ſi cert. peta. & Dominic. in c. Epiſcopos. xvij. diſtin. & Feli. in rubri. de maio. & obed. ubi plene inuenies: ad quos breuitatis gratia te remitto, quia non intendo extra propoſitum uagari, ne mihi dicatur illud Horatij:

Delphinum ſyluis appingit, fluctibus aprum.

Et hæc de argumento ab ordine literæ dicta ſufficiant. De argumento autem ab ordine rubricarum uide quod plene dicam infrà in loco à rubro ad nigrum: quæ omnia tene menti: tanquam pulchra, utilia, ſingularia, & quotidiana.





## LOCVS À GENERALITATE II.

PRæterea habemus in iure locum à generalitate, à quo ſumptum argumentum eſt forte utile & multum frequens. Et formatur multipliciter ad multiplicem effectum. Vno modo ſic: ubicunq; generalitas propter medium habile uerificatur in qualibet ſua ſpecie, tunc generalitas indiſtincte operatur l. Emptor. §. Lucius. iuncta glo. ff. de pact. Quando autem medium non eſt habile non operatur niſi inquantũ poteſt, tex. eſt notabilis in l. Si de certa. C. de trãſac. quod eſt notabile ſecundum. Bal. in l. Conuenticulam. C. de epiſ. & cleri. pro refutationibus ſeu quitantijs generalibus. Nam uerba generalia operãtur generaliter in pacto propter mediũ habile d. l. Emptor. §. Lucius. iuncta ſua glo. quam reputat ſingularem Ioan. de Imo. in c. j. de trãſac. Sed uerba generalia tranſactionis non operãtur niſi in litibus, de quibus erat quæſtio propter medium inhabile, preal. l. Si de certa. ſecundum eum, quod an ſit uerum ſub iudice lis eſt, ut uidere poteris per doc. in locis ſuprà alle. ¶ Secundo iſtud argumentum à generalitate formatur aliter ſic. Verba generalia debẽt generaliter intelligi. l. fi. in fine. C. de dotis promiſſ. & l. j. §. Generaliter. ff. de lega. præſtan. cum ſi. Et hinc eſt quòd nemo poteſt compelli facere quitantias, uel liberationes generales: quia ſunt captioſæ. ita ſingulariter dicit Bar. in l. Cum aquiliana. per illum tex. ff. de tranſac. & pro hoc dicto eſt tex. ſingula. in l. iij. §. Per contrarium. & ibi Bal. notat. ff. de contra. iudi. tute. & idem uult Bal. in l. Pactum. in. xvj. q. C. de coll. & Salic. in l. Sicut datam. in fine. C. de libera. cauſa. & Iaſon in dicta. l. Si de certa. quod eſt menti tenendum quia quotidianum. ¶ Tertio

iſtud argumentum à generalitate formatur aliter ſic, clauſula generalis ſequẽs reſtringitur ad rem & cauſam prius ſpecificatam, uel ad idem ſic, ſpecies præcedens reſtringit genus ſequens: de iſto ſunt plures tex. notabiles & familiares. Et primo de iſto eſt text. notab. ponens caſum quotidianum in d. l. Si de certa. Secundo de iſto eſt text. pulcher ponens etiam caſum quotidianum in l. fi. §. Cui dulcia. ij. reſponſo. ff. de uino tritico oleoq; legato. Tertio de iſto eſt tex. notabilis ponens caſum quotidianum frequenter occurrentem inter mercatores in d. l. Emptor. §. Lucius. ſecundũ uerum & cõmunem intellectum. Quarto de iſto eſt text. notab. in l. Legatorum. §. j. & ibi Bar. Bal. & Pau. de Caſt. notant. ff. de lega. ij. Quinto de iſto eſt tex. pulcher & notab. in c. Sedes apoſtolica. de reſcrip. & ibi Panor. Ioan. de Imo. Feli. & doc. notant. Sexto de iſto eſt tex. ualde ſingularis in Cle. j. §. j. de præben. & hinc ſingulariter dicit Innocen. in c. Ex literis. de iu. patr. quòd ſi dono alicui uillam & omnia iura quæ in ea habeo, non ueniunt iura ſpiritualia quia nõ ſunt æqualia expreßis: ſed illa generalitas debet reſtringi ad temporalia propter ſpeciẽ temporalitatis præcedentem. de quo dicto facit feſtum Panor. in d. c. Sedes. in j. colum. ad quod etiam facit quòd talia ſunt ſubiecta qualia prædicata demonſtrant, de quo latißime dicam infrà in loco à nomine officij dignitatis uel appellatiuo quod tene menti. Et per dicta iura dixi alias in quæſtione facti cum eſſet diſpenſatum cum quodam ut quæcunq; quodcunq; & qualiacũq; præſtimonia ſeu præſtimoniales portiones aut ſimplicia beneficia etiam pontificalia aut limitationes nuncupata ſeu nuncupatas in ciuitatibus & diœceſibus regnorum Caſtellæ & Legionis conſiſtentia & quamprimũ in.

xx.



xx. ſuæ etatis anno conſtitutus fuerit unum beneficium curatum & cum in ætate legitima conſtitutus fuerit duo beneficia curata quæcunq; ſeu alias inuicem incompatibilia obtinere poſſet quòd uigore dictæ diſpenſationis non potuit obtinere beneficiũ curatum conſiſtens extra dicta regna Caſtellæ et Legionis. nã dicta uerba generalia quæcũq; debebãt reſtringi per præcedentia iuribus ſuprà allegatis, ut ſit ſenſus quod quàmprimum in xx. ſuæ ætatis anno cõſtitutus fuerit obtinere poſſet unum beneficium curatum, & cum in ætate legitima conſtitutus fuerit obtinere poſſet duo beneficia curata quæcunque conſiſtentia ſcilicet in ciuitatibus & diœceſibus dictorum regnorũ propter præcedentia & prius ſpecificata. quæ qualificant & reſtringunt ſequentia iuribus ſuprà allegatis, & quia hoc patitur ratio recti ſermonis, & quia materia impetrationis beneficiorum & diſpenſationis cõtra ius, eſt odioſa, ambitioſa & reſtringenda. c. Quãuis. de præben. li. vj. & c. Quod dilectio. & ibi Innoc. Panor. & doc. de conſang. & affi. & quia dicta gratia ſeu diſpenſatio poteſt operari ſuum effectum in ciuitatibus & diœceſibus dictorum regnorum, & quia ſi Papa uoluiſſet ſecum diſpenſare ut poßit obtinere beneficia curata extra dicta. ij. regna potuiſſet adijcere hæc pauca uerbula, ubicunq; cõſiſtentia, ſicut adiecit plura alia per quæ uoluit ipſum admitti ad beneficia curata ſiue eſſent curata: quia parochiales eccleſiæ uel quia perpetuæ uicariæ uel quia dignitates quibus immineret cura animarum etiam ſi eſſent electiuæ, &c. Quod quia non fecit non præſumitur hoc uoluiſſe c. Ad audientiam. de deci. cum ſimil. & ita fuit iudicatũ per dominum Officialem Cameracen. in fauorem ſanctæ eccleſiæ S. Gudile Bruxellẽ. quod tene mẽti: quia

eſt

eſt pulchrum & ſubtile. Sed quia iſte theoricæ uidētur ſibi inuicem contrariæ, idcirco pro concordia: ut quælibet earum ſaluetur: dicas hoc modo, quòd regulare eſt quòd in omni diſpoſitione generalitas reſtringitur ad intellectum iuris communis. ut patet in l. Quæro. §. Inter locatorem. ff. locati. & in l. Vt gradatim. §. j. ff. de muneri. & honorib. & in l. ij. C. de noxa. actio. & in c. Super eo. de offi. delega. & in c. Paſtoralis. in princ. de appel. & in c. Cum dilectus. & in c. Ad audientiam. de cle. non reſi. qui ſunt tex. ad hoc notabiles: & faciunt nota. per glo. ordinariam ſingularem in l. fi. §. In computatione. in fi. C. de iure deliberan. & nota. per Bar. in l. j. ff. quod ui aut clam. & ſimiliter reſtringitur generalitas ne ſequatur abſurdum uel abſonus intellectus: ut patet in c. Solitæ. de maio. & obedien. de quo dicam latius infrà in loco ab abſurdo, & in loco à ratione legis ſtricta ſeu limitata ad reſtrictionem ipſius legis ubi recurre. Item ſimiliter reſtringitur generalitas ad prius ſpecificata d. l. Si de certa. cum alijs iuribus ſuprà allega. Sed iſta regula patitur plures notabiles fallentias. ¶ Primo enim fallit qñ illud de quo quæritur cohæret ut connexū diſpoſitioni præambulæ: tunc enim uerba generalia extenduntur ut illud cōprehendant, gloſ. eſt ſingul. in c. Accuſatus. in uerbo, Iudicari. de hære. li. vj. quam ſequuntur Pau. de Caſt. Alexan. Iaſon & doc. in d. l. Si de certa. & Ange. & Io. de Imo. in l. Qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerbo. obliga. & Feli. in præall. c. Sedes. & Iaſon in l. j. C. de tranſac. quem omnino uide. ¶ Secundo dicta regula fallit quādo illud de quo quæritur eſt acceſſorium illius rei ut ſunt fructus uel pœna. l. ij. in prin. ff. ſi quis cautionibus. & l. fi. in fi. ff. de eo quod certo loco. tunc enim uerba generalia extenduntur ut illud acceſſorium comprehendant. ita notabiliter uult Bartol. in l. Aurelio. §. Gayus. circa fin. ff. de libe. lega. & Sali. Paul. de Caſt. Alex. Iaſon & doct. in d. l. Si de certa. ¶ Tertio fallit dicta regula quando illud de quo quæritur eſt appendititiū, quia ad illud uerba generalia extenduntur: text. eſt notab. ſecundum uerum intellectum in l. Si cum tibi. iuncta gloſ. fi. ad fin. & ibi Bart. & Pau. de Caſt. C. de iudic. & uolunt Pau. de Caſt. Alexan. de Imo. & Iaſon in. d. l. Si de certa. & idem Alex. in l. Licet. C. de iudi. ¶ Quarto fallit dicta regula: quando generalitas non poteſt reſtringi ſalua ratione recti ſermonis, ut quia uerba ſunt nimis generalia & ampla, & generaliter intelligēdo uerba nulla ſequitur abſurditas, nec reperitur ſpecialis diſpoſitio in contrarium uel præcedens reſtrictionem ſuadens: tunc enim habent locum iura ſuprà allegata dicentia, generaliter dictum debere generaliter intelligi. ubi autem poteſt fieri reſtrictio ſalua ratione recti ſermonis, uel ubi concurrit aliquod de præmiſſis; tunc fienda eſt reſtrictio iuribus ſuprà allegatis iuncta. l. Plaucius. in fine. ff. de auro & argen. lega. & hoc modo debent concordari prædictæ theoricæ, quæ prima facie uidentur multum inter ſe repugnare. Hoc tamen uolo te ſcire, quòd etiam quando uerba non poſſunt reſtringi ſalua ratione recti ſermonis quia ſunt nimis ampla et generalia, tamen in quatuor notabilibus & quotidianis caſibus non intelliguntur generaliter, ut iacent nec extenduntur ſecundum corticem uerborum, ſed reſtringuntur propter æquitatem quæ ſubeſt. ¶ Primus caſus eſt quando arguitur dolus alterius, uerba enim generalia non extendūtur ad occultata dolo alterius partis. tex. eſt notab. ponens caſum quotidianum in l. Tres fratres. ff. de pact. ¶ Secundus caſus eſt quan

quando allegatur & deducitur ignorantia, uerba enim ge-
neralia non extenduntur ad ignorata tam in genere quàm
in ſpecie licet ceſſet dolus partis aduerſæ: ut eſt tex. notab.
in l. Qui cum tutoribus. uerſi. Ei qui. ff. de tranſact. & in l.
Mater decedens. ff. de inoffic. teſta. & dixi notanter tam in
genere quàm in ſpecie, quia ad incogitata in ſpecie cogita-
ta tamen in genere bene extenderentur, ut eſt caſus ſecundũ
uerum intellectum in l. Sub prætextu. ij. C. de tranſa. & ibi
Pau. de Caſt. & doct. & idem Paul. de Caſt. in d. §. Lucius.
¶ Tertio uerba generalia non extenduntur ad ſuperuenien
tia de nouo: ut eſt tex. in d. l. Qui cum tutoribus. in fi. quod
procedit etiam ſi iuramentum interuenit: text. eſt pulcher
& elegans in c. Cum inter P. & ibi gloſ. & Canoniſtæ de
renun. quod eſt uerum etiam ſi diceretur in inſtrumento,
quòd talis renunciat omni iuri quod habet uel habere ſpe-
rat: nam illa uerba habere ſperat, debent intelligi ſcilicet ex
cauſa de præſenti. ita ſingulariter dicunt Bar. Ange. Pau. de
Caſtr. Iaſon & docto. in d. l. Qui cum tutoribus. & idem
Bart. & alij in d. l. Qui Romæ. §. Duo fratres. quod tene
menti quia eſt ualde ſingulare. ¶ Quarto uerba generalia
non extenduntur in dubio ad ea quæ dependẽt ex teſtamen-
to, quia ſuper iure competenti ex teſtamento non ualet pa-
ctum nec tranſactio quantuncunq; generalis niſi uiſis, co-
gnitisq; uerbis teſtamenti, ut eſt tex. ſingularis & familia-
ris in l. De his. ff. de tranſact. & uult notabiliter Ioan. de
Imo. in d. cap. j. de tranſact. & tractatur pleniſſime de hoc
per Alexand. de Imo. in conſilio xj. ij. uoluminis incipien.
In Chriſti, &c. Viſo ac ut oportet conſiderato, &c. de qua
materia pulchra ſubtili & quotidiana ſi plenius uis inſtrui
recurre ad Bartol. in l. Quæſitum. §. fina. ff. de fundo in-
ſtruct.



ſtruct. & Iaſonem & nouiſſimos in d. l. Si de certa. & de
ea uide per Panormi. Ioan. de Imol. & Canoniſtas in d. c. j.
de tranſac. & per Panor. Feli. & alios nouiſſimos in præ-
alleg. c. Sedes, & aliquid per Bar. Pau. de Caſt. Iaſ. & alios
in d. l. Sub Prætextu. ij. C. de tranſac. & aliquid per doct. in
d. l. Tres fratres. & per doct. canoniſtas in d. c. Cũ inter P.
& in præalle. clemen. j. de præben. in quibus locis reperies
ad ſatietatem. Et uide omnino ea quæ dicam infrà in loco à
ratione legis ſtricta ſeu limitata ad reſtrictionem ipſius le-
gis ubi plene declarabo an & quando ex ui rationis debeat
& poſſit reſtringi lex uel canon, & quomodo intelligetur
dicta regula, generaliter dictum generaliter debet intelli-
gi ubi recurre. Vide etiam tex. cum ſua notabili gloſ. in l. Si
ſeruitus. ff. de ſeruitu. urba. præd. & text. cum gloſ. in l. Si
cum fundum. ff. de uerbo. ſigni. ubi reperies quòd interdum
ſequentia reſtringunt præcedentia, & quòd econtra præce
dentia interdum reſtringunt ſequentia, & quod interdum
etiam præcedentia augent ſequentia, uide etiam tex. glo. &
Bar. in l. Quiſquis. ff. de lega. iij. & eundem Bar. in l. Auia.
in princip. ff. de condi. & demon. ubi reperies quod præce
dens clauſula eſt maioris efficaciæ ad determinationem ſe-
quentium quàm ſequẽs ad determinationem præcedentiũ:
quod tene menti. Vide etiam ad propoſitum quinquaginta
modos, quibus arctatur ſeu reſtringitur generalitas magi-
ſtraliter collectos per Ioan. Monach. & Philippum Fran
cum in regula in generali. de regu. iur. libro ſexto. ad quos
breuitatis gratia te remitto quia ab omnibus habentur.
Poſtremo uolo te ſcire & memoriæ commendare quod
non ſufficit aliquid exprimere uel proponere in genere
quando quælibet ſpecies contenta ſub genere non operatur
illum

illum effectum ad quem exprimitur uel proponitur. Ita eleganter uult glo. ordinaria notabilis iuncto tex. in c. Pia. ſuper uerbo ſpeciem de excep. lib. vj. & eſt pulcher tex. in c. In præſentia. & ibi Panor. notat. de proba. & uult ſingulariter Bar. in conſilio ſuo. lxv. incipien. Factum tale eſt Petrus Nicole. & Angel. in. §. Fuerat. in. xij. colum. inſti. de actio. ubi de hoc facit magnum feſtũ, quæ omnia tene menti tanquam pulchra, ſingularia, utilia, & quotidiana.

## LOCVS AB EXCEPTIONE AD REGVLAM. III.

PRæterea habemus in iure locum ab exceptione ad regulam à quo ſumptum argumentum eſt fortè utile & multum frequens & formatur tripliciter ad triplicẽ effectum, uno modo ſic. Exceptio in caſibus exceptis uitiat regulam, & in caſibus non exceptis exceptio firmat regulã. De primo eſt tex. in l. j. ff. de regu. iuris. & in l. In his. ff. de leg. cum utrobiq; not. per glo. & doc. & de ſecundo eſt text. notabilis in l. Nam quod liquidæ. §. fi. primo reſponſo. ff. de penu lega. ubi eſt caſus quòd ſi lego penum præter uinum, uenit omnis penus excepto uino, quia illa exceptio firmat regulã: & eſt pulcher text. in l. Quæſitũ. §. Deniq;. in fine. & ibi Bar. notat. ff. de fundo inſtructo. & optimus tex. iuncta glo. in. §. Vt autem. in aucten. de non alienan. uel permutan. rebus eccle. coll. ſecunda. & eſt tex. cum glo. in c. Dominus. xxxij. q. vij. & in c. ij. de coniugio leproſo. cum ſimil. Hinc dicit Bald. in l. j. §. Sed excipiuntur. in fine. ff. de ferijs. quòd ſi ſtatutum inducat ferias meßiũ uel uindemiarum & procedat ulterius faciendo quaſdam exceptiones: quòd nullæ aliæ exceptiones inuẽtæ à iure admittentur, ſed





ſtabimus præciſe ſtatuto, quia exceptio in quibuſdam uidetur firmare regulam in cæteris iuribus ſuprà allegatis. & facit l. Tribunus. §. fi. ff. de teſta. mili. Hinc etiam dicit idem Bal. in l. Ita nobis pudor. C. ad legẽ Iul. de adult. quòd ſi ſtatutum mandat exequi inſtrumentum nulla exceptione obſtante niſi ſolutionis, quòd nullæ aliæ exceptiones poterint opponi: quia exceptio firmat regulam: de quo uide ibi per eum: & plene per Bar. in l. j. ff. quod ui aut clam. & per canoniſtas in c. Ex parte. de offi. deleg. & pulchre per Sali. in d. l. Ita nobis pudor. & plenißime per Ioan. de Imo. in l. fin. ff. à quibus appel. non licet. quam omnino uide. Hinc etiam dicit Ludo. de Roma in conſil. ſuo cclxxj. incip. Vis tota. quod in uenditione terræ ſancti Lucidi facta per Ladislaũ regem Vngariæ ueniunt gabellæ & iura exituræ quæ ſunt Regalia ex quo in uenditione quædam regalia ſunt ſpecificata & poſtea quædã excepta: quæ exceptio firmat regulam in non exceptis iuribus ſuprà allegatis, quòd tene menti. Iſta tamen theorica exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis: limitatur tribus modis. ¶ Primo ut procedat in caſibus non exceptis ſub regula comprehenſis, alias ſecus: quia licet exceptio firmet regulam in caſibus non exceptis ſub regula comprehenſis: non tamen eam dilatat nec nec ampliat ut faciat ſub ea comprehendi, quæ de ſui natura non comprehenderentur exceptione non facta: tex. habes & exemplum in l. Generali. in. §. Vxori. & ibi Bar. declarat. ff. de uſufruc. leg. ubi ſi teſtator legat uxori uſumfructum omnium quæ ſunt in domo excepto argento: iſta exceptio non facit quòd uideatur reliquiſſe uenalia quæ ſunt in domo, unde non uenit frumentum quod eſt in domo cauſa uendẽdi, uel alia uenalia, quia talia non uidẽtur eſſe in domo

nec comprehenderentur exceptione non facta, quod tene menti, quia habui in facto: & pro hoc eſt etiam alius text. notab. in l. Lucius. §. Pluribus. & ibi Bart. Ang. & Ioan. de Imo. notant. ff. ad trebel. de hoc etiam eſt pulcher text. in c. In noſtra. & ibi Panor. notat de ſepul. eſt etiam bonus tex. in l. Paulus reſpondit. ff. de uſuris. ſi ſubtiliter ponderetur, & iſtud ſentit Bar. in d. §. Deniq;. & idem Bart. in præall. l. j. in fine. ff. de regu. iur. & Philip. Francus in rubri. de regulis iuris. lib. vj. & Alberi. de Roſa. in prima parte ſtatutorum. q. lxviij. ubi per hoc decidit pulchram quæſtionem. & Feli. in c. ij. de reſcrip. & idem Feli. in c. Quoniam frequenter. in princip. ut lite non conteſt. quem omnino uide, quia plura bona & quotidiana exempla adducit, licet inordinate procedat meo exiguo iudicio, ad quem breuitatis gratia te remitto. Iſtud etiam uult Ioan. de Imo. in c. Ad audientiam. de cleri. non reſiden. & habetur pulchre de hoc per Alexan. de Imo. in conſil. xxviij. primi uoluminis incip. Redemptoris & c. uiſis & accuratè ponderatis in ſecundo dubio, ubi per hoc ſingulariter dicit quòd conductor qui ſuſcepit in ſe periculum caſuum fortuitorũ aliquibus expreſſis & duobus caſibus fortuitis duntaxat exceptis ſcilicet guerræ & peſtis generalis non tenetur de caſu ſiccitatis extraordinariæ & inſolitæ, quæ communi opinione hominum nunquam uiſa fuit: etiam ſi interuenit iuramentum, quia licet exceptio dictorum duorum caſuum fortuitorum firmet regulam in caſibus non exceptis ſub regula comprehenſis: non tamen ampliat regulam ut faciat ſub ea cõprehendi quod alias exceptione non facta de ſui natura ſub regula non comprehenderetur, ſed ſic eſt quòd ſub generali renuntiatione caſuum fortuitorum non comprehendeba-





tur caſus ſiccitatis inſolitæ extraordinariæ & nunquã uiſæ: ut eſt tex. notab. & mẽti tenendus in l. Fiſtulas. §. Frumẽta. ff. de contrahen. emp. & nota. per Bar. in l. iiij. §. Quæſitum. ff. ſi quis cautio. & per eundẽ in l. Seio. §. Medico. ff. de annuis lega. ergo exceptio illorum duorum caſuũ non ampliauit illam uniuerſalem renunciationem: de quo uide ibi latius per eum quia magiſtraliter loquitur, & idem repetit ipſe in conſil. xxxj. ij. uolu. quod tene menti, quia eſt ſingulare & quotidianum. Ne tamen erres uolo te ſcire, quòd tunc uerum eſt exceptionem non ampliare regulam, quando eſt de comprehenſis ſub regula & quando operatur in ipſo excepto ut in caſu. d. §. Vxori. & aliorum iurium ſuprà allegatorum. ſecus autem eſt quando exceptio non eſt de comprehenſis ſub regula, & niſi ampliaret regulã redderetur inutilis & nihil operaretur, tunc enim bene ampliat regulam. Exemplum in caſu quotidiano, conſtituo te procuratorem meum ad omnia negocia, quæ ego gerere poſſem ſi præſens eſſem præterquàm ad tranſigendũ: & ſic excipio caſum requirentem ſpeciale mandatum qui caſus requirens ſpeciale mandatum non erat cõprehenſus ſub regula, ſeu ſub mandato generali. c. Qui ad agendũ. in fine. de procur. li. vj. per hanc exceptionẽ uideor tibi dediſſe mandatũ ad omnes alios caſus, requirentes ſpeciale mandatum excepto caſu tranſactionis. Et ratio eſt quia exceptio aliter non eſſet de regula, prout eſſe debet, ut dicã infrà, & quod fortius eſt, iſta exceptio aliâs redderetur inutilis & nihil operaretur. Semper autẽ debet fieri interpretatio ut actus ualeat & uerba aliqd operentur l. Quoties. ff. de uer. obliga. & l. Si quando. in princ. ff. de lega. j. ita ſingulariter uolunt Lapus, Dominicus & docto. in præalleg. c. Qui

ad agendū.§.j.& ſequuntur Alex. de Imo. & Iaſon in l.fi. ff.quod quiſq; iuris in alte. ſtatuit. & eſt de mente domini Io.de Imo.in præall.l.fi.in vij. colum. ff. à quibus appella. non licet.quod tene mēti.Hinc etiam ſingulariter dicit Bal. in c. j. in ij.colum. per quos fiat inueſti. in uſi. feudo.quòd licet regula ſit quòd princeps confirmando generaliter priuilegia non cenſeatur confirmare priuilegia quæ ſunt contra ius, tamen ſi princeps confirmaret generaliter priuilegia & exciperet unum quod eſt contra ius: talis exceptio facit ut princeps intelligatur confirmaſſe omnia alia priuilegia quæ ſunt contra ius ad hoc ut exceptio ſit bona.d.l. Tribunus.§.fi.quod tene mēti: nec te moueat auctoritas domini Petri de ancha.tenentis contrarium in rubri. de regu. iur.lib.vj.in.iiij. quæſt.quia ad eius motiua patet ſolutio ex ſuprà dictis,& ex notatis per Alex.de Imo.& Iaſo. in d.l. fi.Et intelligo præmiſſa quando exceptio non comprehenſa ſub regulá non eſt notorie inepta ſed de intentione diſponentis & conſtituentis regulā dubitatur propter adiectam exceptionem:& uerſimiliter creditur large locutus & omnia comprehēdiſſe propter exceptionem ut in exēplis ſuprà recitatis,& in alio exemplo poſito per Dominicum in d.c.Qui ad agendum. §.j. & in exemplo poſito per Io.de Imo. in præall. l. fi. & in exemplo quotidiano poſito per Philip.Corn.in conſi.ſuo.lvij.primi uolu.quem omnino uide. ſecus autem credo quando exceptio eſſet notorie inepta nec eſſet coniecturæ locus:quia tunc uera & incommutabilis eſt dicta theorica quòd exceptio non ampliat regulam nec mutat uim regulæ: & ita intelligo procedere dictum Bal.in præalle.l.In his.ubi dicit ꝙ ſi ſtatuto caueatur quòd de omni maleficio ſine ſanguine poſſet fieri concordia, excepta



cepta percuſſione quadrelli cum ſanguine,ſi fiat concordia de percuſſione ligni cum ſanguine non ualebit:quia licet exceptio firmet regulam non tamen eam ampliat:unde cum regula nihil diſponat de percuſſione ſanguinolenta, iſte caſus cenſetur relictus diſpoſitioni iuris communis,& ſic cōcordia non ualebit in præiudicium fiſci, nec mirum:quia hoc caſu exceptio non comprehenſa ſub regula eſt notorie inepta.Ita etiā intelligo procedere notata Pau. de Caſt. in. præall.l.In his.ubi dicit quòd ſi ſtatutum diſponat quòd de omni inſtrumento continente ſummam centum librarum ſoluatur gabella, & regiſtretur aliâs non ualeat: excepto inſtrumento procurationis,ualebit nihilominus inſtrumētum legitimationis non ſoluta gabella ſecundum eum. nec mirum,quia ſtatutum non poteſt uerificari niſi in materia reducibili ad certam ſummam, & ſic exceptio non comprehenſa ſub regula eſt notorie inepta, quare non eſt mirum quod non ampliat regulam ut faciat eam extendi ultra terminos eius:ita etiam intelligo procedere notata per dominum Ioā. Baptiſtam de ſancto Seuerino in repetitione l. Omnes populi.circa colum.cxx. ff. de iuſti. & iu. ubi dicit ſe reſpondiſſe de facto in quodā caſu dictante ſtatuto quòd habentes pacem ab occiſo ſint ſecuri per. x. annos: quibus elapſis ſoluant omni anno duos ſolidos pro qualibet libra ſuæ condemnationis:exceptis furibus,homicidis, & aſſaſinis:quidam condemnatus ad pœnam capitis propter inciſam uineam habuit pacem:dubitabatur an debebat gaudere beneficio dicti ſtatuti.& dicit ſe reſpōdiſſe,quòd non,quia regula dicti ſtatuti loquitur in condēnatis in pecunia uel in materia reducibili ad ſummam:illa aūtem condemnatio capitis non eſt talis,ergo &c. nec debet obſtare illa exceptio

 ſtatuti

ſtatuti cum ſit notorie inepta quod tene mẽti: quia eſt ſubtile & quotidianum, & poſſes faciliter decipi ſi non perpenderes: nam doctores nedum intricate, ſed uarie loquuntur, ut uidere poteris in paßibus ſuprà commemoratis. ¶ Secundo dicta theorica, exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis limitatur ut procedat niſi alius ſit caſus ab eadem regula alibi exceptus, quia quo ad illum conſimilem caſum alibi exceptum exceptio non firmat regulam, tex. eſt nota. in Cle. exiui de paradiſo. §. Deinde. & ibi Card. notat de uerbo. ſigni. & eſt pulcher tex. cum ſua notabili glo. in l. Ob æs. C. de prædijs mino. & ſimilis tex. cum glo. in d. l. Ita nobis pudor. in quibus iuribus probatur hoc procedere, etiam quando in lege uel canone exceptiue loquente habetur dictio taxatiua, de cuius natura ſi uis plene inſtrui, uide quod dicã infrà in loco à natura dictionum taxatiuarum. Hinc eſt quòd licet plures tex. dicant quòd coniux auctoritate eccleſiæ non poteſt dimitti niſi duntaxat propter fornicationem in c. ij. de coniug. leproſo. & præalle. c. Dominus. xxxij. q. vij. & c. Porro. & c. Significaſti. de diuor. cum ſi. tamen per hoc non eſt negandum quin poſſet fieri ſeparatio quo ad thorum propter aliũ caſum expreſſum in iure, puta nimiam ſæuitiam uiri contra quam mulieri idoneæ caueri non poteſt: de quo eſt tex. ſingularis in c. Literas. & ibi Panor. & doc. notant de reſtitu. ſpolia. & idẽ Panor. in c. j. de diuor. quod nota quia eſt quotidianum in practica, & ſæpius habui de facto cum erã officialis recolendæ memoriæ domini Henrici de Bergis epiſcopi Cameracenſis dignißimi. ¶ Tertio dicta theorica exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, limitatur, ut procedat in caſibus non ſimilibus exceptis, in caſibus autem ſi-





milibus exceptis, licet etiam non reperiantur ſpecifice alibi excepti à iure exceptio non firmat regulam: tex. eſt notab. in c. Cum dilecta. & ibi hoc notat Panor. de confir. uti. uel inutili. & eſt glo. ordinaria in l. j. C. de cõdit. indebi. & glo. notab. in l. fi. ſuper uerbo, Voluerit. C. de reuocan. dona. & hoc uult Bar. & alij doc. in l. j. ff. de offi. eius cui manda. eſt iuriſdic. cum loquuntur de impedimento infirmitatis, & Alex. de Imo. in l. Certi cõditio. §. Si nummos. ff. ſi cer. pe. et Ange. Io. de Imo. & doc. in l. j. §. Si is qui quadraginta. ff. ad trebell. de quo uide quod plene dicam infrà in loco à ratione legis larga ampla ſeu generali ad extenſionem ipſius legis in ſecundo articulo ſeu caſu principali, imò quod fortius eſt caſus exceptus à iure extenditur ad cõſimilẽ caſum propter identitatem rationis ut dixi, ita etiam caſus exceptus à ſtatuto quando ſtatutum diſponit in materia iuris. tex. eſt nota. in d. c. Ad audientiã. & ibi hoc notant Panor. & Io. de Imo. & idem uult Panor. in c. Inter alia. de immuni. eccle. ubi per d. c. Ad audientiam. dicit, quòd quandocũq; noua cõſtitutio loquitur in materia iuris communis & aliquos caſus excipit non per hoc firmat regulam in non numeratis contra ius cõmune antiquum, imò in caſibus nõ exceptis ſuppletur à iure communi: quod tene menti quia facit ad multa. Nã in primis per iſtud defendi poteſt opinio dñi Pet. de Anch. in d. c. Inter alia. qui tenet ꝙ ius ciuile nouißimũ uolẽs homicidas et adulteros poße extrahi de eccleſia. §. Sed neq; in auten. de man. prin. coll. iij. nõ eſt correctũ per d. c. Inter alia. quod excipit ſolũ duos caſus, quia ex quo d. c. Inter alia. expreſſe non corrigit, debet unũ ius ſuppleri per aliud, ſecundũ eum: de quo uide ibi late per Panor. qui fauorabiliter loquitur pro eccleſia. Itẽ per iſtud uidi ſemel

decidi unam arduam quæſtionem ortum ſumentem ex tra=
ctatu pacis inito inter ſereniſsimum & glorioſiſsimũ Im=
peratorem Maximilianum ex una, & illos de Flãdria cum
ſuis adhærentibus ex altera: in quo excipiebantur nomina=
tim aliqui qui non debebant contribuere in emenda Impe=
ratori, ſoluenda ex eo quòd tenuerunt partẽ Imperatoris,
& cum fieret executio cõtra quoſdam Flandrenſes ſpecia
liter non exceptos: qui etiam tenuerunt partem Imperato=
ris: ipſi ſe oppoſuerunt ſuſtinẽtes ſe non teneri ex eo quòd
tenuerunt partem Imperatoris: obijciebatur autem contra
eoſdem quòd erant Flandrenſes, & ſic comprehẽſi ſub re=
gula, nec erant excepti: ſed ipſi replicabãt & dicebãt quòd
eadẽ ratio uigebat in eis quæ in exceptis & maior, cum te=
nuerint partẽ Imperatoris ut excepti & plura ſuſtinuerũt
damna quàm alij excepti, & quòd illa fuit mens diſponen=
tis, & quòd aliter intelligendo ſequeretur abſurdum, & di
cebant quòd exceptio firmat regulam in caſibus diſsimili=
bus exceptis, ſed nõ in caſibus ſimilibus exceptis: & ita fuit
iudicatum in magno conſilio principis me præſente, quod
tene menti. ¶ Item tertio iſtud poteſt induci ad hoc ꝙ licet
arbitri iuris non eligantur niſi in caſibus in iure expreſsis:
ut uult Ioan. And. in c. Pia. de excep. lib. vj. in nouella, & ſe
quitur Panor. in c. Paſtoralis. in prin. de reſcrip. qui ſecun
dum eum ſunt tres. Quorum primus eſt quando iudex dele
gatus allegatur ſuſpectus, ut in c. Suſpitionis. de offi. deleg.
& in c. Cum ſpeciali. de appel. & in c. Legitima. eo. ti. lib.
vj. & in l. Cum ſpecialis. C. de iudic. Secundus quando eſt
quæſtio de reuocatione reſcriptorũ: ut in d. c. Paſtoralis.
in prin. Et tertius quando epiſcopus habet cauſam contra
ſubditum. c. Clericus. xj. q. j. tamen idem erit in caſu ſimili
prout



prout eſt caſus quem notat gloſ. ordin. ſing. in c. Statutum.
in prin. ſuper uerb. Copia. de reſcrip. lib. vj. puta quãdo eſt
contẽtio inter partes litigantes coram iudice delegato ſu=
per hoc an locus ſit inſignis uel non. Et poteſt addi alius
caſus quotidianus inductus per ſtatuta multorum locorum
quibus cauetur quòd cauſæ inter conſanguineos debeãt cõ=
promitti: in quibus caſibus uolo tenere pro regula, quòd à
ſententia talium arbitrorum iuris poteſt appellari. c. Ab ar
bitris. de offic. deleg. lib. vj. & præalleg. l. Cum ſpeciales. li=
cet à ſententia arbitri cõpromiſſarij qui ex uoluntate par=
tium aſſumitur non poſsit appellari. l. j. & ibi Pau. de Caſt.
C. de arbi. quod tene menti, quia eſt quottidianũ. ¶ Quar=
to iſtud poteſt induci ad hoc quod licet à iure ſint expreſsi
tres caſus in quibus neceſſario ſunt uocandi abſentes cano=
nici, quos enumerat gloſ. ordin. ſingularis omnibus not. in
c. ij. ſuper uerb. Ipſorum. de teſti. lib. vj. tamen debẽt uocari
etiam in alijs caſibus ubi eſt ſimilis ratio, maxime quando
agitur de arduis negocijs, ut uult Innoc. in c. ij. de noui ope.
nuncia. & ſequitur Panor. in c. Cum omnes. de conſtitu.
¶ Item quinto iſtud poteſt induci ad hoc quòd licet in iu=
re ſint ſpecificatæ duntaxat quatuordecim cauſæ ex quibus
pater poteſt exhæredare filium, qui ponuntur in. §. Cauſas.
in auctent. Vt cum de appel. cog. coll. viij. & eas enumerat
glo. ordi. in c. Quintauallis. de iureiur. tamen idem erit in
alijs cauſis ſimilibus uel grauioribus. Ita not. dicit Panor. in
d. c. Quintauallis. & ſequuntur alij doct. & iſtud in ſpecie
uult Aluarotus & poſt eum Præpoſitus in. §. Prædictis. in
tit. quæ fuit prima cauſa benefi. amitten. in uſib. feud. ubi eſt
bonus tex. & Alexan. de Imo. in l. Si quis id quod. in iiij. col.
ff. de iuriſdict. omn. iudic. & idem Alex. in conſil. ſuo. cciij.
d 5 ij. uolu.

ij.uolu.incipien.Super themate & dubijs,& pleniſsime de hoc per Iaſonem in auctẽn.Non licet. C.de liber.præte.ubi concludit quòd filius proditor patriæ poteſt per patrem ex eo capite exhæredari, ad quem recurre. ¶ Item ſexto iſtud poteſt induci ad hoc quòd licet in iure exprimantur certæ cauſæ ſuſpitionis propter quas poßit recuſari iudex quas enumerat Ioan.And.in d.c.Legitima. in nouella: tamen idem erit in alijs ſimilibus cauſis: de quo uide pleniſsime per Præpoſitum & alios in c.Poſtremo.de appella.

¶ Item ſeptimo iſtud poteſt induci ad hoc quòd licet in iure enumerẽtur certæ cauſæ ingratitudinis propter quas dũtaxat poßit reuocari donatio perfecta inter uiuos,præalleg.l.fi.C.de reuoc.dona.ubi tex.dicit ex his tantummodo cauſis &c.& c.Propter.cum ibi notatis per glo.& doc. canoniſtas de dona.tamen idem erit in ſimilibus caſibus habentibus eandem uel maiorem rationem licet ibi non enumerentur,ut eſt gloſ.ordin.in præalleg.l.fina. ſuper uerbo uoluerint. quæ ſingulariter uult quòd ſi donator inops factus non alatur per donatarium poteſt reuocari donatio, & illam gloſ.Salic.ibi dicit eſſe ſingularem & eam ibi ſequitur Cy.quod tene mẽti, quia eſt quotidianum & habui de facto. ¶ Item octauo per iſtud poteſt ſaluari gloſ.ord. ſingularis in c. Omnes cauſationes.xxxij.q.vij.ſuper uerbo Sodomita.quæ uult quòd propter crimen ſodomiticum poteſt fieri ſeparatio matrimonij quo ad thorũ ſicut propter fornicationem.de quo tamen uide latius per Panor.& alios in cap.ij.de diuor.& per eundem in cap. Maritus. de adult. ¶ Item nono iſtud poteſt induci ad hoc ꝙ licet procuratio ſolum debeatur epiſcopo uel ſuperiori in caſibus à iure expreßis,ut uult Vincentius & doct. in cap.Cum ſit. de



de ſimonia. tamen idem erit in ſimilibus caſibus: ita notabiliter dicit.Panor.in d.c.Cum ſit.nõ enim poſſunt omnes iuris articuli lege complecti, ſed de ſimilibus ad ſimilia eſt procedendum.l.Non poſſunt.ff. de legi. & d.ca.Cum dilecta.quod tene mẽti. ¶ Secundo illud argumentũ formatur aliter ſic: exceptio debet eſſe de regula, glo. eſt ordinaria in præall.rubrica de regu.iuris li. vj. & ibidem etiam Dy. & Bar. in l.Si eum.§.Qui iniuriarum. ff. ſi quis cautionibus.aliâs non eſſet exceptio. Nam ſicut ſpecies detrahitur de genere,ita exceptio de regula, & ſic ſub illa continetur ſicut pars in toto: nihil enim ab alio excipitur niſi ſub illo contineatur. Quod eſt intelligendum uerum quo ad uim comprehenſiuam ſed non quo ad iuris determinationem d.l.In his.iuncta glo. & habetur plene per Philippum Francum in dicta rubrica.Licet enim exceptio de ſui natura comprehendatur ſub regula, tamen uiciat regulam in caſibus exceptis ut ſuprà dixi.& ſic non eſt eadem determinatio ſeu diſpoſitio in caſu excepto, & in regula iuribus ſuprà allegatis. Et iſto argumento utitur Panor. contra Antonium de Butrio in ſalutatione Gregoriana quarta colum. ad probandum quòd ſcholaris ex mora in ſtudio per decennium præſumitur ibi morari non cauſa ſtudij: ſed cauſa ſortiendi domicilium, inducendo l. ij. cum ibi notatis. C. de incolis. lib. x. ut ibi per eum, de quo articulo uide plene per Barto. in l. Lex Cornelia. §. Si tamen. ff. de iniurijs. Hoc argumento utitur etiam Panor. in rubrica de obſeruatione ieiu. ad probandum quòd tempore quadrageſimali ſolùm ſemel comedendum eſt in die inducendo cap.Quadrageſima.de conſecratio.diſtinct. v. ut ibi per eum quem omnino uide: quia pulchre loquitur. Iſto

Iſto argumento utitur etiam Ioan.de Imo.in c.ij. in j.colū. de fide inſtru.ad probandum quòd omnis ſcriptura publica eſt auctentica, ſed non econtra inducendo illum text. ut ibi per eum. Iſto argumento utuntur etiam Lapus, Dominicus & doct.in d.c. Qui ad agendum.§.j.& Io.de Imo.in præalleg.l.fi.ff.à quibus appell.non licet.& Alex. de Imo. & Iaſon in d.l. fi.ff. quod quiſq; iuris. ad illum notabilem effectum quòd exceptio ut ſit bona & aliquid operetur etiam ampliat regulam,de quo dixi ſatis ample ſuprà. Iſto argumento ad notabilem effectū utitur etiam Iaſ.in l. Cunctos populos in ij.lectura in.xviij. colum. C. de ſumma tri. & fi.catho.& Pau.de Caſt.in l.Cogi.in.ij. col. C. de peti. hæredi.& Io.Fabri in.§. Sic itaq;.in.iiij.colum. Inſti. de actio. & doc.in pluribus alijs paßibus quos commemorare magis eßet laborioſum quàm ſubtile.¶ Tertio iſtud argumentū formatur aliter ſic,exceptio declarat regulam adeò quòd locus exceptionis arctat locum regulæ.tex. habes & exemplum in d.l.Nam quòd liquidæ.§. fi.in fine.ff.de penu lega.ubi eſt caſus ſingularis quòd ſi lego alicui omnem pœnum excepto uino quod habeo Romæ, per hanc exceptionem uideor ſolum legare pœnum quam habeo Romæ & non quæ eſt in alijs locis,& ſic exceptio declarat et arctat regulam,& eſt hoc adeò uerum quòd, exceptio reſtringit regulam, ut non ſolum hoc procedat quandò legatum per hoc reſtringitur:ut in caſu d.l.Nam quòd liquidæ. § .fi. ſed etiam quando in totum annihilaretur,tex. eſt notabilis in l. Si ita legatum.in princ.& ibi Io. de Imo.notat. ff. de lega. j.& iſto argumento utitur Oldra.in conſil.ſuo.cxxxiij.in cip.Factum tale eſt,dominus Vticen. ubi poſt multa adducta per eum pro intellectu.d.l.Nam quod liquidæ,§.fi.ſingul



gulariter decidit quòd in recognitione facta per dominum Vticen.in fauorem epiſcopi Vticenſis per hæc uerba recognoſco tibi Vticenſi epiſcopo quicquid habeo in ciuitate Vticenſi exceptis domibus quæ ſunt in loco uulgariter nuncupato uiguaria: non comprehēditur iuriſdictio quam habet in hominibus habitantibus in ciuitate Vticen. nam huiuſmodi exceptio facta de domibus & ſic de rebus corporalibus reſtringit generalitatē recognitionis ad res corporales d. l. Nam quod liquidæ. §. fi. inducendo ut ibi per eum.Iſto argumēto etiam utitur Io.de Imol.in l.Filio præterito.in xx. col.ff. de iniuſto rupto irritóue teſta. ad probandum quòd auctenti.Ex cauſa.C.de libe.præteri.non habet locum in poſthumo præterito inducēdo ut ibi per eum. Iſto argumento etiam utitur Ludo.de Roma in repetitione auctenticæ ſimiliter in xix. ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uoluntates.C.ad legē falcid.ad probandum quòd filiusfa.de conſenſu patris poteſt teſtari ad pias cauſas de his bonis in quibus pater habet uſumfructum,ipſe autem proprietatem,inducendo ut ibi per eum,& eo utuntur doc. in pluribus alijs paßibus quos commemorare magis eſſet laborioſum quàm ſubtile: & procedit iſte modus arguendi in dubio & quando ueriſimiliter aliud non fuit de mente diſponentis,ubi autem ex tali reſtrictione ſequeretur aliqua abſurditas,uel conſtaret aliud fuiſſe de mente diſponentis, ut quia uerba regulæ ſunt multum ampla, & exceptio & regula ſeu qualitas exceptione adiecta non habent adinuicem conformitatem,tunc regula per exceptionem non reſtringitur,& per conſequens tunc dicta argumentatio non procederet.arg.l.Scire oportet.§.Aliud.ff.de excuſ.tut. Ita nota. dicit dominus Ioan. de Imol.in d.l. Filio præterito. in xxj. colum.

colum.& eſt de mente Philip. Cornei in conſil.ſuo ccxxv. iij.uol.ubi multum laborat circa intellectum d.l. Nō quod liquidæ.§.fin.ad quem breuitatis gratia te remitto: & hinc dicit Bald.in d.l.Omnes populi.in xij. col.quòd ſtante ſtatuto quòd omnes artifices poſſent eſſe priores uel ſcabini præter nobiles ciuitatis Peruſij: artifices comitatus poterunt eſſe priores ſeu ſcabini, quia quicquid non excipitur remanet ſub iudicio regulæ ſecundum eum, & allegat l. Titiæ textores.ff.de leg.j.& eum ſequitur ibi dominus Io. Baptiſta.& Feli.in d. c.Quoniam frequenter. & Petr.de Anchar.in d.rubri.de regu.iur.lib.vj.quod tene menti.Poſtremò circa præmiſſa uolo te notare & memoriæ commēdare quatuor pulchra & quotidiana dicta. ¶ Primum quòd potior eſt cauſa illius qui habet regulam pro ſe: habet enim aduerſarius neceſſariò oſtendere rationem quare in illo caſu regula non debeat ſubſiſtere, & ſic ſemper pronunciandum eſt pro illo qui habet regulam pro ſe niſi aduerſarius doceat apertè per caſum legis illud,de quo eſt quæſtio eſſe ſpecialiter exceptum à regula: ita uult notabiliter Bald.in c.j.in ij.colum.de alie.iudi.mutan.cauſa fac. & eſt gloſ.ordinaria in d.rubrica de regu. iur.lib.vj.circa finem.& ibi hoc uolunt Dy.& Philip.Francus: eſt etiam bona gloſ.in l. Omnis diffinitio. ff.de regulis iur. & iſtud apertè uult Salice.in l.Si fundum.in fine.C.qui potio.in pigno.habe.dicens quòd à regula non receditur niſi de contrario doceatur, & hinc eleganter dicit Bal.in l. Si tutor. in fine.C.de ſeruo pigno.dato manumiſ. quòd regulæ ſunt tenaciter cuſtodiendæ & ſeruandæ niſi in contrarium appareat diſpoſitio ſpecialis,& allegat d.l.Omnis diffinitio. & hoc idem uult Ludo. de Roma in repetitione præalleg. auctēn.



auctēn.ſimiliter in v.col.Hinc etiam eleganter dicit Innoc. in c.ij.de dila.& ſequitur Bart.in l.ij.in j.col.ff.ſi quis in ius uoc.non ierit.quòd quando generaliter non cōpetit iuriſdictio in aliquos, ſed ſolū in certis caſibus:illi caſus ſunt exprimēdi in citatorio, aliâs citatus non tenetur comparere,quòd eſt not.dignum:& facit ad præmiſſa tex. pulcher in c.Venerabilibus.§.Poteſt quoq;.de ſen.excom.lib.vj.& text.in l.Suus quoque.§.Puto. ff.de hæred.inſtiuen.in quibus iuribus probatur ſtandum eſſe regulæ. hinc etiam Sali. in repetitione l.Quod te.in pe.col.ff.ſi cer.pet.reprehēdit illos qui negligunt regulas & caput replent caſibus ſingularibus & peregrinis, & ſubdit ſingulariter quòd ignorare leges regulares & cōmunes eſt lata culpa,ſed non ignorare leges ſingulares & exorbitantes per gloſ. d.l.Quod te,& idem uult ipſe Sali.in repetitio.l.Quod nerua. in pe. col. ff. depo.quod tene mēti. ¶ Secūdo uolo te ſcire q̄ ſi in lege uel canone reperiatur dictio,plerūq; ex hoc denotatur quod lex uel canon ponit regulā,& quod regula ita ſe habet:ita dicit not.Bar.in l.j.per illum tex. ff.de tut.& ratio diſtrah.& Sali.in l.Iubemus.ij.in fi.C.de ſacroſan.eccl.& probatur in l.Iuriſgentium.§.Pactorum.in uerſi.Plerunq; enim.ff.de pac.& in l.Tutela.ff.de tute.& in l.Cum uirū. C.de fideicom.& in.§.fi.Inſti.de legit.patr.tute.& idē eſt quādo in lege uel canone ponitur dictio, ſemꝑ, quia dictio ſemper ex ſui natura denotat caſuū regularitatē,ut probatur in l.Qui duos.in fine.ff.de leg.iij. & in l.j. & ibi Salic. notat.C.quomodo & quando iudex.& eſt bonus text. in l. Semper in ſtipulationibus.ff.de regu.iu.cum ſimil.ubi autē in lege uel canone reperitur dictio, interdum,uel dictio aliquādo denotatur illud eſſe caſuale, & regulā eſſe in cōtrarium

rium:ita ſentit gloſ.ordi.in l.Legitima.ff.de pact.& probatur in l. Admonendi.ff.de iureiuran.& in l.Interdum.ff. de condi.indebi.cum ſimil. ¶ Tertio uolo te ſcire quòd magna eſt differētia inter uerbum generaliter,& uerbum regulariter,quia primum non recipit fallentiā, ſed ſecundū ſic:ut uult Panor.in d.c.Quoniam frequenter.in primo notab.& idem Panor.in c. Venerabilem. de elect.dicens hoc eſſe ualde notandum. & hinc eſt quòd non eſt propriè regula quæ non patitur exceptionem: imò ineptum eſt regulam non fallere ſi equitas ſubſit,ut uult glo. ordi.in auctẽ. ut ſine prohib.ma.debi.& cred.ſuper uerb.Aeſtimauimus. in prin.coll.vij. ¶ Quarto uolo te ſcire,quod ubi exceptio ponitur poſt plures caſus, & non poteſt de iure adaptari niſi ad alterum tantum: debet ſic intelligi ut excipiat ſolum ab illo caſu cui eſt adaptabilis: de hoc habes glo.ordin.notab.in c.j.in uerbo,Niſi.& ibi Dominic.& Philip.Francus eam ad hoc ponderant & ualde commendant de præſcrip.lib.vj.quæ omnia tene menti tanquam pulchra,utilia, ſingularia,& quotidiana.

## LOCVS A' CONTRARIO SENSV IIII.

PRæterea habemus in iure locum à contrario ſenſu à quo ſumptum argumentum eſt fortiſsimum procedēs regulariter in uerbis legis uel canonis: tex.eſt not.in l.j.§. Huius rei.ff.de offic.eius cui manda.eſt iuriſdic.& pulcher tex.in l.Qui teſtamēto.§.Mulier. ff.de teſta.& bonus tex. in c.Cum apoſtolica.in fin.de his quæ fiunt à præla. & in c.Cum uirum. de regul.cum infinitis ſimilibus, quæ enumerare magis eſſet laborioſum quàm ſubtile: quod eſt uerum

etiam



etiam ſi uerba canonis uel legis eſſent conditionalia:ut uolunt Pe.Cy.& Bal.in l.Conuenticulam.C.de epiſc.& cler. & Bal.& Paul.de Caſt.in d.l. Qui teſtamento.§.Mulier. & Alex.de Imo.in d.§.Huius rei.per illum tex.non uiolando eum,licet glo.ibidem aliud ſentiat & non bene.Nec mirum ſi argumentum à contrario ſenſu ſit fortiſsimum,quia dicitur mens tex.legis uel ſtatuti:ut eſt gloſ.ord.in d.l.Qui teſtamento. §.Mulier. quæ dicit ſenſum cōtrarium pro lege accipi: ita quòd iſtud quod uenit à cōtrario ſenſu habeatur perinde ac ſi eſſet expreſſum in lege,de qua gloſ.faciūt feſtum Bal.& Pau.de Caſt.in d.§.Mulier.& de ea commemorat Bal.in d.l.Conuenticulam.& idem Bal.in c.j.in iiij. col.de conſti.ubi dicit d.glo.non reperiri alibi. Et quòd argumentum à contrario ſenſu uenit ex mente legis uult Bar. in l.Omnes populi.in pen.colum. ff.de iuſti.& iur.& dominus Pet.de Anch.in conſil.ſuo.ccxiij.incip.Pro iſto patre inſtituto &c.& Idem Petr. de Anch. in repetitione.c. Canonum ſtatuta.in iiij.q.princ.de conſtit.& Andr.Sicul. in c.Nullus.de foro compe.ubi reperies ſatis plenè.Et quia dixi iſtud argumentum procedere in uerbis legis & canonis, ſequitur quòd etiam in regulis Cancellariæ apoſtolicæ locum habeat,cum huiuſmodi regulæ tempore Papæ qui eas condidit ius faciant ſecundum Feli.in c.ij.de reſcrip.& ſic idem iudicium de eis habendum eſt c. Inter cæteras. de reſcrip.cum concord.& ita reperio uelle gloſ. appoſitam dictis regulis ſuper regula nona. Et iſto argumento à contrario ſenſu utitur gl.ord.in l.ij. C.de re.alie.nō alie.& gl. ordi.in l.Multum intereſt. C.de commu.rer.alie.gloſ. ordi. in l.Ne caſu.C.de diſcuſſ.lib.x.& glo.ordin.in.§.Hinc nobis.in auctẽ.de hæred.& falci.colla.j.& Cy.in l.qui rem.

 C.loca.

C.loca.& Bal.in conſtitutione habita in vj. col.C.ne ſi lius pro patre.& Pau. de Caſt.in l.ij. C.de pericu. & commo. rei uend.& Ioan.And.Philip.Franc.& alij in c.Licet.§.j. de priui.lib. vj. & Ioan. de Plat.in l.j.C.de uet.numiſ. poteſt. lib.xj. in quibus locis reperies per hoc deciſas plures pulchras et quotidianas quæſtiones. Verùm quia circa hoc quando argumentum à contrario ſenſu procedit & quando non, multæ & diuerſæ traduntur doctrinæ. Recitabo principaliores,& poſtea pro concordia omniũ ponam regulã,& octo fallẽtias cum earũ declarationibus,& deinde annectam plures quæſtiones connexas & neceſſarias, ex quibus pleniſsime habebitur hæc materia. ¶ Primo enim aliqui dicunt quòd argumentum à contrario ſenſu regulariter procedit.ſed fallit ubicunq; reperitur quòd ſenſus cõtrarius eſſet contra legem uel canonem: nam tunc non habet locum argumentum à contrario ſenſu. Iſtam opinionẽ ponit Ioan.And.in c.Publicato.in iij. colum. de elect. Alij autem ut Pe.Cy.& Bal.in d.l.Conuenticulam. dicunt quòd argumentum à contrario ſenſu ſi ſumatur ut debet,ſemper tenet,& eſt neceſſarium,& debet ſumi ſecundum eos à defectu cauſæ finalis.exempli gratia lex dicit quòd ſi præſes prouinciæ abſentat ſe, poteſt committere cauſas meri imperij, ergo ſi non abſentet ſe non poteſt, nam abſentia eſt cauſa finalis qua deſtructa ut qa eſt præſens,deſtruitur & effectus, & ita loquitur d. l.j. §.Huius rei. Item pone aliud exemplũ,lex dicit: quòd ſi patronus coẽgerit libertam iurare ne nubat,perdit ius patronatus.ratio finalis eſt ut nubens filios habeat & ciuitatem repleat liberis hominibus, quod eſt utile reipublicæ.l.j.ff ſolu.matri pone modò quòd patronus coẽgit libertam ſterilem iurare ne nubat utrum perdat



perdat ius patronatus, & dicendum eſt quòd non à cõtrario ſenſu, cum ratio & cauſa prohibitionis deſtruatur & ceſſet in liberta ſterili. & ita loquitur.l.Adigere.§.Quamuis.ff.de iure patro.ubi autẽ argumentum à contrario ſenſu non ſumitur à defectu cauſæ fi.non ualet ſecundum eos ut in d.l.Conuenticulam.ubi locus non eſt cauſa fi.prohibitionis cõuenticulæ ſed turbatio fidei, ut patet ex l.ij.C.de ſum. trini. & fide catho. & ergo male ibi ſumitur argumentũ à contrario ſenſu:& idem quando ſumitur à defectu cauſæ impulſiuæ,quia tunc etiam non ualet ſecundum eos ibidem, & idem eſt de mente Salice.in præal.l.Conuenticulam. Alij autem ut Bal. Ange.& Pau.de Caſt.in d.l. Qui teſtamẽto. §.Mulier, dicunt quòd interdum argumentum à contrario ſenſu eſt probabile & neceſſarium, ut quando ſumitur à contrario ſenſu conditionis appoſitæ d. l.j.§. Huius rei. uel quando ſumitur per locum à ſpeciali,nam à contrario ſenſu ſequitur, quòd in contrarium eſt ius commune.ut in d.l. Qui teſtamento.§.Mulier. Quando autem iſtud argumentum eſt probabile:non neceſſarium,ut quando ſumitur à cõtraria exiſtẽtia cauſæ, uel rationis, hoc eſt,à defectu cauſæ final.ut in d.l.Adigere.§.Quãuis.et in l. Si is qui animo.ff. de acq.poſſ.& in l.fi.ff.de hæred.inſti.Interdũ autẽ nec eſt probabile,nec neceſſariũ,ut quando in contrarijs terminis eſt idẽ iuris uel hominis ſtatutũ: uel qñ reſultat abſurditas ut in d.l.Conuenticulã.& in l.ij.C.de condit.inſer. Et licet quælibet iſtarũ doctrinarum ſit in ſe uera & bona, tamen neutra earum(meo iudicio)eſt ex toto perfecta.Idcirco ut plenius,clarius,perfectius habeatur ueritas huius quotidiani articuli:dico breuiter q regula eſt q argumẽtũ à cõtrario ſenſu procedit ĩ uerbis legis,et canonis,et eſt fortiſsimũ ut in

ut in iuribus præallegatis. Sed iſta regula patitur octo notabiles fallentias. ¶ Primo enim non procedit, quando ex hoc reſultaret prauus, abſonus, uel abſurdus intellectus cõtra rationem naturalem. tex. habes & exemplũ in d.l.ij. C. de condit. inſer. & in d.l. Conuenticulã. prout ibi in tex. non habetur dictio etiam. ¶ Secundo dicta regula nõ procedit, quando ex hoc ſequeretur correctio iuris. de hoc ſunt plures glo. una in c. Vnico. de æta. & qualita. ordinan. lib. vj. Alia in c. Significaſti. de foro compe. Tertia in cle. j. ſuper uerbo, Obſeruare. de ſent. excommuni. ſed quia ridiculum eſt allegare glo. ubi tex. habetur, ut dicit glo. ordi. in l. Sed licet. in fi. ff. de offi. præſi. Idcirco allego tex. qui non ſolet ad hoc allegari in c. A nobis. ij. de ſen. excõ. & ibi originaliter eum ad hoc ponderat Panor. & ſequitur ibidem Feli. iſtud etiam probatur in l. fi. §. Filij autem familiâs. C. de bonis quæ liber. iuncta. l. penul. C. qui teſtamen. face. poſſ. ubi ad correctionem iuris non capitur argumentum à contrario ſenſu, quos text. ad hoc bene & ſubtiliter meo iudicio ponderat And. Siculus in præal. c. Nullus. in xj. col. & Ludoui. de Roma in repetitione auctenticæ ſimiliter. in xix. ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uoluntates. C. ad leg. falcidiam. Et confirmatur iſtud tali ratione: nam per repetitiones, ſubauditiones, uel tacitos intellectus non debet induci correctio iuris ut uult glo. ordi. ſingularis ab omnibus approbata in c. Cupientes. in. §. Quod ſi per xx. ſuper uerbo, Petere. de elect. li. vj. Sed argumentum à contrario ſenſu eſt tacitus & ſubauditus intellectus: ut eſt glo. ordi. in d.l. ij. C. de condi. inſer. & ibi doc. uenit enim ex coniectura: ut eſt tex. cum glo. in l. Apud antiquos. C. de furt. & bonus tex. in d.c. Cum apoſtolica. ibi per quod indirectè datur intelligi.





ergo &c. Sed iſtud limitatur dupliciter. ¶ Primo ut procedat quando lex noua poteſt aliquid operari in ſenſu directo, aliâs autem licitum eſt arguere à contrario ſenſu, quanquã ex hoc reſultaret correctio iuris antiqui: ut probatur in aucten. diaconiſſam. iuncta. l. Nullus. cum ſua glo. C. de epiſ. & cler. quam glo. ad hoc reputat ſingularẽ And. Siculus in d.c. Nullus. in xj. col. Illam etiam reputãt ſingularem Lud. de Roma & Alex. de Imo. in l. Si cum dotem. in prin. ff. ſol. mat. & per hoc uerificatur illa notabilis deciſio Cy. Bal. Pau. de Caſt. & doc. in d.l. Conuẽticulã. qua dicunt ſtante ſtatuto quòd non extantibus maſculis filia fœmina ſuccedat, ſumi poſſe argumentũ à cõtrario ſenſu, quòd extante maſculo filia excludatur ne ſtatutum ſit inane & ſuperfluum: cum in ſenſu directo nihil operetur, licet ſumendo argumentũ à contrario ſenſu dicti ſtatuti, per illud ſtatutum corrigatur ius cõmune. puta l. Maximum uitium. C. de libe. præter. quæ uult fœminã ſimul cum maſculo admitti, & hoc etiã eſt de mẽte Bal. in l. Obſeruare. §. Proficiſci. in fine. iij. quæſt. ff. de offi. proconſu. & lega. & uolunt expreſſe Bal. Io. de Imo. Alexan. & doc. in d.l. Si cum dotem. & Panor. in d.c. Cum apoſtolica: & Pau. de Caſt. in cõſil. ſuo cccxxxviij. incip. Præſens caſus modicam dubitationem habere uidetur in antiquis. & idem uult dominus Pet. de Ancha. in dicto conſilio ſuo ccxiij. ubi conſulendo concludit quòd ſtante ſtatuto quòd mulier non habẽs filios poßit teſtari de ſua dote, licitè arguitur à contrario ſenſu, quòd ſi habet filios nõ poßit teſtari de ſua dote, licet hoc ſit cõtra ius cõmune, quod ideo tolerant ſecundum eum ne ſtatutum ſit inane. & idẽ uult Feli. in d.c. Significaſti. in ultima col. & plures alij in diuerſis locis, quos referre magis eſſet la-

borioſum quàm ſubtile, quod tene menti, quia eſt quotidianum & ſeruit ad multa. ¶ Secundo iſtud limitatur ut procedat quando ex argumento à contrario ſenſu ſequeretur correctio iuris communis in ſpecie: tunc enim locum non habet argumentum à contrario ſenſu. ut ſuprà dixi. Secus ſi ſolum ſequeretur correctio iuris cõmunis in genere, exẽpli gratia, legatus de latere poteſt prouidere in genere de omnibus beneficijs infra limites ſuæ legationis uacantibus c.j.de offic.leg.lib.vj.& beneficia uacatura ſuæ diſpoſitioni & collationi reſeruare. c.Præſenti.& ſequen.eo.tit.& lib.nullibi tamen in ſpecie cauetur quòd poteſt conferre uel ſuæ diſpoſitioni reſeruare hoſpitalia: ſuperuenit poſtea Clemen.per literas.de præben. quæ dicit quòd in literis apoſtolicis uel legati emanantis ſuper prouiſione clericorum non includuntur hoſpitalia & loca ſimilia niſi id in literis apoſtolicis caueatur expreſſe, ex quibus ultimis uerbis licite ſumitur argumentum à contrario ſenſu etiam ad correctionẽ iuris generaliter diſponentis. de quo in d.c.j.& in præalle. c.Præſenti & ſeq.hoc modo in literis prouiſionis apoſtolicis includuntur hoſpitalia ſi hoc in eis caueatur expreſſe: ut patet in d.clemen.per literas. in fin.ergo in literis legati non includuntur etiam ſi hoc in eis caueatur expreſſe, quia de legatis quo ad hoc ibi mẽtio non fit, & tamen iura generaliter diſponunt quòd legati de latere poſſunt omnia beneficia infra limites ſuæ legationis uacantia conferre, & uacatura ſuæ diſpoſitioni reſeruare, & ſic ad correctionem iuris in genere diſponentis licitè ſumitur argumentum à contrario ſenſu d.clemen.per literas.iuncta ſua notab.glo. in uerbo, Apoſtolicis.cum ibi notatis per dominum Cardi. Ioan.de Imo.& doct. quam gloſ.ad hoc ponderat & multum



tum extollit Andr.Sicul.in d.cap.Nullus.in xj.col.à quo id habuit dominus Feli.in præalleg. c. Significaſti.licet de eo ſpecificam mentionem non faciat, ſed hoc toleratur, quia per hoc non ſequitur correctio alicuius iuris in ſpecie, & in hoc multum reſtricta eſt poteſtas legatorum ut etiam ſi uelint in eorum reſeruatione in fauorem alicuius expedita includi & comprehendi hoſpitalia & hoc in literis reſeruationis exprimant non poſſunt in terminis iuris, niſi ampliorem facultatẽ habeant à domino Papa, quod tene menti: quia habui de facto tempore domini Bernardini legati de latere ad has partes miſſi, nec poſſet dici quòd hoc facit expreſſa declaratio Papæ, de qua in d.clem.per literas.quia Papa in d.cle.per literas. nihil declarat quo ad caſum contrarium, de quo loquimur uidelicet an legatus de latere uigore ſuarum literarum prouiſionis uel reſeruationis prouidere poſſet de hoſpitalibus: licet gloſ. ibi ſingul. decidat quòd non approbata per omnes, quod eſt nota. dignum, quia ſingulare & quotidianum. ¶ Tertio dicta regula nõ procedit quando reſultaret ſenſus contrarius rationi alterius legis in ſimili caſu: ut patet in dicta l. Conuenticulam.iuncto.c.Decet.de immu.ecc.lib.vj.& uult Io. de Imo. in.d.l.Qui teſtamento.§.mulier.& idem Ioã.de Imo.in l.Si uero.§.De uiro.in fi.ff.ſolu.matr. ¶ Quarto dicta regula non procedit qñ in lege, canone, uel alia diſpoſitione habetur dictio implicatiua, ut eſt dictio maxime, præſertim, etiam, & ſimiles: ita notab.uolunt Sali.Pau.de Caſt.& alij doct.in d.l. Conuenticulam. ubi de hoc eſt text.iuncta gloſ. prout ibi in tex.habetur dictio etiã, & uolunt Ant. de But. & Io.de Imo.in d.c.Cum apoſtolica. & Alex. Iaſ.& doc. mod.in d.§.Huius rei.& ratio iſtius eſt, quia iſtæ dictiones implic

implicatiuæ implicant, important, ſeu deſignant idem eſſe in caſu contrario, ut uult gloſ. ordin. in l. Illud. ff. ad legem aquiliã. & ſentit glo. in l. Quòd ſi minor. in. §. Reſtitutio. ſuper uerb. In uenditione. in fi. ff. de mino. & glo. in c. Auditis. de elec. & glo. in c. Ad abolendam. de fil. preſby. & glo. in c. Sacro. ſuper uerbo Laudabilis. de ſen. excom. & glo. in c. Per tuas. j. ſuper uerb. Præſertim. & ibi Panor. de ſimo. & uolunt Panor. Ioan. de Imo. & doct. in c. damnamus. de ſum. trini. & fi. cath. & probatur in l. Si quis pro uxore. in prin. ff. de dona. inter uir. & uxo. & in l. Qui ſe patris. C. unde lib. Sed argumẽtũ à cõtrario ſenſu tunc ſolũ procedit qñ in caſu contrario eſt cõtraria ratio: non autẽ quãdo in caſu cõtrario eſt eadẽ uel maior ratio, nam tunc ſumitur argumentum à ſimili uel ab æquipollentibus, non autem à contrario: ut eſt tex. notab. in l. Si extraneus. ff. de cõdi. cauſa data, cauſa non ſecu. quam ad hoc ponderat Bald. in d. l. Apud antiquos. ergo &c. Sed tu aduerte: quia licet docto. tam antiqui quàm moderni ſic tranſeãt in locis ordinarijs, & licet iſtud uerum ſit in ſe: tamen meo exiguo iudicio: ut iuuenes melius intelligant & non decipiantur, hoc eſt declarandum plenius ſic. Nam interdum genus præcedit dictionem maxime, uel dictionem præſertim, ut poteſt uideri in extrauaganti ad reprimendum. & in præal. conſtitutione habita. C. ne fil. pro patre. exempli gratia. Lex dicit hoc modo, omnibus ſcholaribus qui cauſa ſtudiorum proficiſcuntur, & maximè ſtudentibus in ſacra pagina indulgemus, ut ſint immunes ab oĩbus exactionibus &c. & tũc nõ licet arguere à contrario ſenſu dictionis, maxime, uel præſertim: licet huiuſmodi dictiones tunc non ponantur implicatiue, ſed ſignificent in ſpecialiter expreßis rationem fortius





tius uigere: & ratio iſtius eſt, quia habemus legem claram omnia comprehendentem, & ſi ſumeretur argumentum à contrario ſenſu dictionis maxime, uel præſertim: iam tolleretur diſpoſitum prius ſub genere: modo ſic eſt, quòd ad correctionem non licet arguere à contrario ſenſu, ut dictũ eſt ſuprà. Aliquando autem genus non præcedit dictionem maxime uel præſertim, & tunc eſt ſubdiſtinguendum, quia uel ſenſus per dictionem maxime, uel præſertim, implicitus reſultat contrarius iuri, & tunc etiam non licebit arguere à contrario ſenſu per ſuprà dicta. Sed dicemus hoc caſu dictionem maxime uel præſertim abundare, ut eſt bonus tex. iuncta glo. in l. fi. §. Si autem. C. de manumiſ. teſta. & uult Cy. in l. j. C. de reſcind. uend. & idem Cy. in l. Nec ambigitur. C. de dona. uel dicemus hoc caſu dictionẽ, maxime, ſtare improprie, pro tantum: ut dicit glo. in c. Illud. xij. diſtin. & glo. in c. Si epiſcopus damnatur. xj. q. iij. aut ſenſus per dictionem, maxime, implicitus non reſultat contrarius iuri communi: & tunc ſiue per dictionem maxime, addatur cõditio, ſiue addatur ratio, non licebit arguere à contrario ſenſu. Ratio primi eſt, quia tunc dictio maxime, implicat idem eſſe in caſu cõtrario ſcilicet cõditione deficiente: ergo non habebit locum argumentum à contrario ſenſu, quod non procedit, ut dixi: niſi ubi eſt contraria ratio. Ratio autem ſecundi eſt: quia tunc dictio maxime, indicat illam eſſe potißimam rationem: licet etiam alia ſit ratio, caſum habes & exemplum in l. Et ſi maxime. ff. de ſerui. lega. modo ſic eſt quòd quando duæ ſunt cauſæ unius diſpoſitionis quarũ quælibet ſufficit: tunc non licet arguere à defectu unius, ut dicetur infrà. Nec etiam licet arguere à ſubſtantia unius quãdo utraq; requiritur d. l. Et ſi maxime, quod tene mẽti,

quia nemo ita aperit: licet hæc colligi poſſet ex dictis Bar. in d. extrauag. ad reprimendum, ſuper uerb. maxime. ſi eius dicta ſubtiliter ponderētur: quem tamen nemo allegat in locis ordinarijs in quibus tractatur de argumento à contrario ſenſu, de quo miror cum ſit cōmunis doctor. ¶ Quinto dicta regula non procedit in uerbis narratiuis legis, ſed ſolum in diſpoſitiuis. ut uolunt Io. And. Anto. de But. Panor. & doc. Canoniſtæ in d. c. Publicato. & Ioan. And. & doc. in c. Dilecto. de præben. & Panor. in c. In præſentia. in xv. col. de proba. & eſt gloſ. multum commendata per doc. legiſtas in l. j. C. quando non peten. partes peten. accreſ. imò quod fortius eſt non licet arguere etiam directe ex uerbis narratiuis legis: ut uult glo. ord. in d. c. Auditis. in uerb. Ex poſtfacto. & glo. ord. in c. ij. in uerbo, Non teneris. de dolo & contu. lib. vj. & glo. ordi. in c. Vnico. ſuper uerb. Collationem. poſt med. de rer. permu. lib. vj. & facit. c. Si Papa. iuncta glo. de priuile. eo. lib. hoc tamen limitatur ſingulariter, niſi Papa uel legislator fundaret ſe ſuper uerbis narratiuis, tunc enim licet ab ipſo arguere ſicut à uerbis diſpoſitiuis. ita notab. dicit dominus Ioan. de Imo. in d. cap. Cum apoſtolica, & idem Ioan. de Imo. in c. ij. de conſti. & Feli. in c. j. eo. tit. & Anto. de But. in c. Cum dilectus. de ſucceſſ. ab inteſt. & Alexan. de Imol. in d. §. Huius rei. & Iaſon in d. l. j. C. quando non peten. partes peten. accreſ. pro quo eſt bonus text. in cle. Vnica. de proba. circa quod uolo te ſcire unum pulchrum dictum, uidelicet, quòd ex omnibus uerbis clementinarum licitum eſt arguere, quia in clemen. non ponuntur narrationes factorum: ſed totæ ſunt deciſiuæ, licet ſecus ſit in decretalibus poſitis in compilatione Gregoriana, in quibus ſæpe ponuntur narrationes factorum. Ita notabil.



tabil. uult Guil. de Monte Landu. in clemen. Vnica. in uerſi. Præſentatos. de exceſſ. præla. Et hoc dictum refert & ſequitur Andr. Sicul. in cap. Coram. in fine. de offic. deleg. & Iaſon in præalleg. l. j. C. quando non peten. partes peten. accreſ. quod tene menti. ¶ Sexto dicta regula non procedit in uerbis modalibus legis, quando arguitur à defectu ſeu ceſſatione modi, ita uolunt Ioan. And. Ioan. de Imol. Panor. & doct. in præall. c. Publicato. & Anto. de Butr. Ioan. de Imo. & doct. in d. c. Cum apoſtolica. & ſentit Specul. in tit. de diſputa. & alleg. in. §. Poſthac. in uerſi. Vel non obſtat. & Alex. & moderni in d. §. Huius rei. hoc tamen limitatur uerum, quando modus reſpicit ſolum fauorem eius cui adijcitur, ita loquitur l. Titio centum. in prin. ff. de condit. & demon. & ratio eſt, quia tunc modus (ut ita loquar) eſt impulſiuus, ſeu cauſa impulſiua, à cuius defectu non bene arguitur (ut ſuprà dixi) & ſtatim latius dicam: ſi autem modus reſpiceret commodum alterius, tunc à ceſſatione modi uidetur licita argumentatio, quando ſtaret per debentē implere modum d. l. Titio centum. ſecundo reſponſo. ubi de hoc eſt caſus. ſecus ſi ſtaret per caſum. text. eſt ſingularis in l. Si titio pecuniæ. in principio. ff. de lega. j. ita ſingulariter limitat dominus Ioan. de Imo in d. c. Cum apoſtolica. quem referunt & ſequuntur Alex. de Imo. Iaſon & doc. nouiſſimi in d. §. Huius rei. & Feli. in d. c. Significaſti. & ratio eſt, quia tunc modus eſt cauſa finalis, à cuius defectu licite arguitur, ut ſtatim dicam. Quomodo autem cognoſcitur cauſa impulſiua à finali, remitto ad Bar. in d. extrauaganti ad reprimendū. in uerbo, Nec ex eorū, & ad Bal. in l. Generaliter. C. de epiſ. & cle. & ad Bar. in l. ij. §. fi. ff. de dona. & ad alios per eum, & Io. de Imo. ibidē relatos & ad Sali. in d. l.

Con

Conuenticulam. Et per hoc & alia dixi pridem in quæſtio-
ne facti, cum ſtatuto caueretur, quòd aſſumptus ad hono-
rificum officiũ ſecretariatus, haberet deliberare in manibus
Burgi magiſtri certam quãtitatẽ pecuniæ, ut cum illa ema-
tur redditus annuus, & hæreditarius applicandus pro tem-
pore habenti dictum officium, & quidam aſſumptus ad di-
ctum officium non curarit in manibus Burgi magiſtri po-
nere quantitatem per ſtatutũ taxatam, quod remoueri poſ-
ſit ab officio, cum hoc caſu modus non ſolum reſpiciat fa-
uorem eius cui adijcitur, puta, aſſumpti hac uice ad officiũ,
ſed etiam reſpiciat commodum alterius, puta, ſucceſſoris in
officio, & ſic intereſt reipublicæ quantitatem perſolui: ac
ad redditũ applicari, ut eo decẽtius & honeſtius huiuſmo-
di officio ſecretariatus deſeruiatur, cũ ergo ſtet per debẽtẽ
implere modũ & nõ per caſum: quo minus modus ſtatuto
comprehenſus impleatur licitè arguitur à ceſſatione modi.
ut eſt tex. in d. l. Titio centum. ij. reſponſo, iuncta l. Quibus
diebus. §. Termilius. ff. de condi. & demon. ubi de materia
modi ſatis plene habetur per Bart. & alios legiſtas. & in
d. l. ij. §. fi. ff. de dona. & per Panor. & canoniſtas in c. Ve-
rum. ubi bona glo. de condi. appo. ad quos te remitto, & ita
fuit iudicatum, quod tene menti ut ſcias applicare leges ad
caſus occurrentes, in quo conſiſtit uirtus legum: ut eſt tex.
pulcherrimus in l. Non ſolum. in. §. Qui primipilum. & ibi
eum ad hoc notat Bald. ff. de excuſa. tuto. & uult Ludo. de
Roma in ſuis ſingular. ſingulari. dcxlj. & Bal. in repetitio-
ne l. in x. col. in uerſic. Expeditis lecturis ueniamus ad quæ-
ſtiones. C. de pact. & facit. l. Scire leges. ff. de legi. & cap.
Marchion & baſilides. j. q. j. & tex. in l. Qui ſe dicit. in fi.
ff. de iud. Theorica enim quæ eſt ſpeculatio ueritatis, & ha-

betur



betur ex definitione, diuiſione, & exemplorum poſitione,
eſt neceſſaria ſecundum Bal. in l. j. in prin. ff. de iuſti. & iu.
ſed practica ſeu adoptatio eſt uera intellectrix legum, ut di-
cit idem Bal. in ti. de feudo ſine culpa non amitten. in uerſi.
Feudo. & hinc regulariter dicit Io. And. in c. Poſt transla-
tionem. per illum tex. de renunc. quòd theorica ſine practi-
ca, id eſt, ſcientia, ſine experientia parum ualet. Hinc etiam
pulchre dicit alibi Ariſtoteles, quòd expertus non artifex
certius operatur artifice non experto, hinc etiã eleganter
dicit. tex. in c. Quam ſit. in princ. de ele. li. vj. quòd experien-
tia eſt efficax rerum magiſtra. & ibi uide bonam gloſ. Et
nedum ualet argumentum à contrario ſenſu diſpoſitionis
modalis, quando modus concernit fauorem tertij, ut ſupra
dixi. ſed etiam adiectio modi hoc caſu facta in fauorem ec-
cleſiæ, uel pij loci eſt tantæ efficaciæ, quòd impedit aliena-
tionem: unde ſi quis legauerit pecuniam eccleſiæ, uel pio lo-
co ſub modo, ut ex ea emat ſibi fundum, eccleſia nunquam
poterit dictum fundum alienare, quia uidetur à teſtatore ta-
cite prohibita alienatio, licet hoc non expreſſerit: de iſto eſt
tex. ſing. in d. l. Titio centum. ij. reſponſo. quem ad hoc pon-
derat Bal. in l. fi. in bona lectura. C. de pact. inter emp. &
uendit. compoſi. & hoc dictum refert, & ſequitur Alex. de
Imo. in. l. Filiusfamiliâs. §. Diui. ff. de leg. j. & ſentiunt Ioan.
de Imo. & Pau. de Caſt. in d. l. Titio centum. & in d. l. ij. §.
fi. & Ludo. de Roma in d. aucten. Similiter. in xxxviij. ſpe-
ciali piæ cauſæ in ultimis uoluntatibus, quod tene menti,
quia quilibet diceret contrarium qui neſciret illum tex. ſe-
cundum Alexan. in d. §. Diui. ¶ Septimo dicta regula non
procedit in uerbis cauſatiuis legis: hoc eſt per modum cau-
ſæ prolatis, quando talis cauſa eſt impulſiua duntaxat &

non

non finalis, cuius ratio eſt, quia ceſſante cauſa impulſiua non ceſſat effectus l. j. §. Sexum. ff. de poſtul. & d. l. ij. §. fi. & uolunt Canoniſtæ in d. c. Poſt translationem. & legiſtæ in paßibus ſuprà commemoratis, & eſt bona glo. in c. Cupientes. in prin. ſuper uerbo. Periculoſis. de elec. lib. vj. Hoc tamẽ limito non procedere in reſcriptis impetratis ad beneficia obtinenda, quia ceſſante cauſa impulſiua reſcripti, corruit etiam reſcriptũ in odium materiæ beneficialis, propter ambitionem reprimendam: text. eſt ſingularis, quem ad hoc ibi ponderant Panor. & Feli. in cap. Poſtulaſti. de reſcrip. quod tene menti. quia nemo tangit in locis ordinarijs, ubi tractatur de argumento à contrario ſenſu.

¶ Octauo dicta regula non procedit in uerbis cauſatiuis legis, ubi cauſa etiam eſt finalis, quando eiuſdem diſpoſitionis ſunt plures cauſæ finales, quia licet una ceſſet uel deficiat dum tamen altera ſubſiſtat, manet diſpoſitio firma. nec dicitur ceſſare diſpoſitio, tex. eſt cum glo. in. §. Affinitatis. & in. §. Socrum. Inſti. de nup. & tex. pulcher in l. Si non lex Aelia Sentia. & ibi Bal. & expreßius Ioan. de Imo. ff. de hæredi. inſti. & text. cum glo. in l. Si uentri. §. j. ff. de priuil. credi. & bona gloſ. in l. Liberorum. ſuper uerb. Collocare. ff. de his qui notantur infa. & uult Bar. in l. ij. in penul. col. ff. de uulga. & pupill. & idem Bar. Bal. Ioan de Imo. Alex. & doc. in l. j. ff. ſolu. matri. & idem Ioan. de Imo. in l. Si uero. §. De uiro illo. eo. ti. & Panor. in c. fi. de immunita. eccle. quod habet locum etiam in priuilegijs ſecundum Card. & Ioan. de Imo. in c. penul. de cleri. coniuga. quod eſt perpetuò menti tenendum. Vbi autem tantum una eſſet cauſa finalis legis: ſemper ualet argumentum à contrario ſenſu, ſi recte formetur à defectu cauſæ ſeu ratiõis finalis, ut bene

de cla



declarant Pe. Cy. & Bal. in d. l. Conuenticulam. & dixi ſuprà circa princ. Id autem quod dictum eſt ſuprà de pluribus cauſis finalibus ego limito dupliciter. Primo ut procedat quando in aliqua diſpoſitione ſeu lege ſunt plures cauſæ finales, quarum quælibet per ſe ſufficit, aliàs autẽ ſi quælibet per ſe non ſufficeret, ſed requireretur cõcurſus ambarum à defectu unius cauſæ finalis, bene ualeret argumentum à contrario ſenſu. text. eſt notabilis in cap. Quoniam frequenter. §. Porro: iuncto. §. Si autem. & ibi hoc uolunt Hoſtien. & Panor. ut lite non conteſta. & idem Panor. in cap. Cum ceſſante. in prin. de appella. & idem Panor. in c. Cum nuncius. de teſti. & ibi etiam plene per Feli. ad quem recurre. Secundo iſtud limito uerum quando ambæ cauſæ & rationes ſunt generales & uniuerſales. Si enim una ratio eſſet generalis, & alia ſpecialis, tunc à defectu rationis generalis bene liberet arguere à cõtrario ſenſu, ſed non econtra. tex. eſt meo iudicio notabilis in l. Regula. §. fi. ff. de iuris & facti ignoran. quod tene mẽti, quia ſeruit ad multa.

¶ Et quia ſuprà plenè & abundè ſatis uiſum eſt de argumento à contrario ſenſu ſumendo in ſen. ex uerbis legis uel canonis, ſupereſt ut uideamus an argumentum à contrario ſenſu habeat locũ in ſtatutis. in quo paſſu pulchro & quotidiano licet multæ ſint uarietates & opiniones, meo tamen iudicio uera & communis concluſio bimembris eſt iſta, q, quando ſtatutũ loquitur præter ius cõmune, hoc eſt, diſponit in caſu non prouiſo à iure cõmuni: tunc ſicut in uerbis legis & canonis habet locum argumentum à contrario ſenſu iuribus ſuprà allega. ita etiã regulariter locum habet in ſtatutis. Si uerò ſtatutum diſponat circa caſum prouiſum à iure cõmuni, tunc regulariter non habet locum argumentum

mentum à contrario ſenſu in tali ſtatuto ad corrigendũ ius commune. ita poſt multa uult Bart. in præall. l. Omnes populi. in vj. q. prin. & eſt de mẽte Bal. in d. l. Apud antiquos. & in d. l. ij. C. de condi. inſer. & firmat Alex. & poſt eum Iaſon & moderni in d. §. Huius rei. & Feli. in d. c. Significaſti. & dominus Pet. de Anch. in repetitione d. c. Canonũ ſtatuta. in iiij. q. princi. & Albe. de Roſ. in prima parte ſtatutorum. q. ix. hanc tamen concluſionem quo ad primum eius membrum reperio limitatam duobus modis. ¶ Primo ut procedat niſi alio ſtatuto caueatur, quòd ſtatuta non recipiant extraneum, uel ſubauditum intellectum: tunc enim ſumi non poteſt argumentũ à contrario ſenſu, cum ſit ſubauditus intellectus, ut prædixi: ita uult Bal. in d. l. ij. C. de condi. inſer. & Panor. in d. c. Cum apoſtolica. per illum tex. in uerbo, Indirecte, & bene faciunt not. in ſimili per Anto. de Butr. Panor. & doct. canoniſtas in proœmio Gregoriano. ¶ Secundo limitatur ut ꝓcedat niſi alio ſtatuto caueretur; quòd ſtatuta intelligantur ad literam prout iacent: tunc enim non poſſet ſumi argumentum à contrario ſenſu, cum argumentum à contrario ſenſu, non poſſet legi, ſed ueniat per coniecturam d. l. Apud antiquos. iuncta l. j. ff. ſi tabulæ teſta, nul. exta. ita ſentit Bal. in l. ij. C. de patr. qui fil. diſtrax. & Feli. in d. c. Significaſti. Et quo ad ſecundum eius membrũ dicta concluſio limitatur notabiliter, ut procedat quando ſtatutũ poteſt aliquid operari in ſenſu directo, aliâs autem ſumitur argumentũ à contrario ſenſu etiam ad corrigendum ius cõmune, ne ſtatutum ſit ſuperfluum, ut uolunt Bal. Pau. de Caſt. & doc. in d. l. Conuenticulã. & Bal. Ioã. de Imo. Alex. & doct. in d. l. Si cum dotẽ. & dominus Petr. de Anch. in conſi. ccxiij. prædalle. & Pau. de Caſt. Alex. Iaſ. & doc.



doc. in d. §. Huius rei. & ita conſuluerunt Dy. & Cy. ut refert Bal. in d. l. Conuenticulã. & idem uult Bal. in d. l. Qui teſtamento. §. Mulier. & Panor. in d. c. Cum apoſtolica. & eſt tex. quem ibi ad hoc ponderãt Ludo. de Roma & Iaſon in auct. en. Ex teſtamento. C. de colla. ex quo ſumi poteſt duplex limitatio ad regulam quæ habet, quod caſus omiſſus à ſtatuto relinquitur diſpoſitioni iuris cõmunis, de qua in d. l. Si cum dotem. in prin. & in l. Commodiſſime. ff. de lib. & poſthu. & in c. Suſceptum. de reſcrip. lib. vj. quarum prima ſit, ut dicta regula procedat niſi ſtatutum in ſenſu directo prout iacet nihil operetur, & ſecunda ſit ut dicta regula procedat, quando caſus omiſſus non poteſt haberi pro expreſſo per aliquam coniecturam, aliâs ſecus: ut in exemplis quotidianis prædictorum doctorum, & probatur in l. Si ita ſcriptum. in prin. ff. de lib. & poſth. & in l. Clemẽs patronus. ff. de hæred. inſti. qui tex. meo iudicio ad hoc ultimum ſunt multũ notabiles. de quo uide latius per Feli. in c. Nónne. de præſump. & poteſt addi tertia limitatio ut dicta regula procedat niſi in connexis c. Translato. & ibi Ioan. de Imo. notat de conſtit. Vnum tamẽ uolo te ſcire & memoriæ commendare, ſcilicet, quòd nunquam ſumitur argumentũ à cõtrario ſenſu in ſtatuto etiam ſi nihil operaretur in ſenſu directo, quando ex hoc ſtatuentes incurrerent pœnam excommunicationis, uel aliam, uel quando ſenſus cõtrarius eſſet contra ius diuinum. gloſſ. eſt de hoc ſingul. in cle. j. in uerbo, Facere. de uſuris. relata ad tex. ab omnibus commendata in locis ordinarijs, & extraordinarijs per Ludo. de Roma in ſuis ſingularibus, ſingul. cviij. & per dominum Alex. in l. Si eum. §. Qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. quod tene menti. Et quia ſuprà abundè ſatis uiſum eſt de argumento

mento à contrario ſenſu ſumendo in uerbis legis, canonis, & ſtatuti: ſupereſt ut uideamus an argumentum à contrario ſenſu habeat locum in pactis, ſeu contractibus, aut uerbis contrahentium. In quo articulo pulchro & quotidiano breuiter dicendum eſt, quod ſic nedum in contractibus bonæ fidei: ſed etiam in contractibus ſtricti iuris. de primo eſt tex. ſingulariſsimus ponens caſum quotidianum in l. Inter ſocerum. §. Cum inter. ff. de pac. dota. & de ſecundo eſt caſus in l. Pecuniam. ff. ſi cer. peta. quam legem ad hoc ponderat Bal. in d. l. Apud antiquos. & Iaſon in d. l. Pecuniam, & hoc procedit etiam in uerbis contractuum conditionalium d. l. Pecuniam. Sed iſtud limitatur, ut procedat quando in caſu contrario eſt contraria ratio, ſecus ſi in caſu contrario eſt eadem ratio uel maior, quàm in caſu expreſſo. tex. eſt notab. in l. Si extraneus. ſuprà allega. & uult Bald. in præall. l. Apud antiquos. & ad hoc tendit glo. ordin. ſi bene ponderetur in l. Cum prætor. in princ. ſuper uerbo, Videtur. in final. uerbis. ff. de iudi. Secundo iſtud limitatur ſecundum aliquos, ut procedat quando uerba contractus uel alterius diſpoſitionis ſunt affirmatiuè prolata, ſecus ſi negatiuè, quia in uerbis negatiuis ſeu diſpoſitionis negatiue nunquàm procedit argumentum à contrario ſenſu, ita not. uult Bal. in d. l. ij. C. de condit. inſer. motus per l. Titia. §. fi. ff. de manumiſs. teſta. & per l. Ex facto etiã. ff. de hære. inſti. & hanc limitationem Bald. ſimpliciter ſequitur & dominus Petr. de Anchar. in repetitione præalle. c. Canonum ſtatuta. in xiiij. quæſtione princip. Sed hæc limitatio non placet domino Alexand. in d. l. j. §. Huius rei. per text. in l. Si quis ita libertatem. §. fi. ff. de ſtat. libe. & reſpondet ad iura per Bald. allega. Dominus autem Iaſon in d. §. Huius





rei. defendit dictã fallentiã Bal. ſed quis iuſtius induit arma, non eſt meũ inter tantos patres iudicare, uidetur tamen mihi opinio Alex. uerior, quòd ſcilicet argumentũ à cõtrario ſenſu ita bene procedit in uerbis diſpoſitionis negatiue, ſicut in uerbis diſpõnis affirmatiue: per text. d. l. Si quis ita libertatẽ. §. fi. Nec obſtat d. l. Ex facto etiam. quia ibi uerba erãt mere conditionalia quæ non inducunt diſpoſitionem, qñ de inſtitutione uel ſubſtitutione agitur. ut not. per glo. ordina. ſingularem Bar. Angel. Ioan. de Imo. doc. in l. Lucius, ultima. ff. de hære. inſti. & notat expreſſe ipſemet Bal. in d. l. Ex facto etiam, & ſic hoc non eſt ex eo, quòd uerba fuerunt negatiua: ſed quia erant cõditionalia in ultima uoluntate prolata ad effectum inſtitutionis, ex quibus non licet arguere à contrario ſenſu, ut dictum eſt & dicetur infrà. Non obſtat etiam d. l. Titia. §. fi. quia meo iudicio optime ad eam reſpondet dominus Alexan. in d. §. Huius rei. ad quem te remitto, pro cuius reſponſionis corroboratione adduco Bal. ſibi contrarium idem uolentem in quatuor diuerſis paſsibus. ¶ Primo enim hoc uoluit Bald. in c. Cum nobis olim. de elec. ubi poſt multos intellectus traditos ad d. l. Titia. §. fin. tandem dat unum quem dicit ſubtilem ſatis conformem ſolutioni Alexan. licet in aliqua diſcrepet, & ex eo infert ad quæſtionem notabilem, de qua ibi per eum. ¶ Secundo hoc uoluit Bal. in c. Cum acceſsiſſent. de conſti. ¶ Tertio hoc idẽ uoluit Bal. in c. Præterea requiſiſti. de appell. ubi dicitur de l. Titia. §. fi. eſſe ſingularem nec alibi reperiri. ¶ Quarto hoc idem uult Bal. in d. l. Si eum. §. Qui iniuriarum. & ibi in iſto perſiſtit dominus Alex. & idem Alex. in præall. l. ij. C. de condit. inſer. in apoſtillis ad Bal. Idem etiam reperio uelle dominum Petrum de Ancha. in

repetitione regulæ peccati, in princ. de regu. iur. lib. vj. & ſi bene ſingula ponderentur, inueſtigatio ueritatis dicti articuli ſtat in uirtute dictionis niſi, quæ quando ſequitur orationem affirmatiuam eſt exceptiua, & excipit ſeu priuat. text. eſt notab. in c. Statutum. §. Cum autem. iuncta gloſ. & ibi Dominicus & Philip. Fran. & alij de reſcrip. li. vj. cum ſimil. Quando uero dictio, niſi, ſequitur orationem negatiuam, regulariter ponit. l. Actione. & ibi Odofre. & doc. C. de tranſac. hoc tamen contingit dupliciter: quia uel oratio negatiua præcedēs negat actum, & tunc dictio niſi, ſequēs ponit actum: ut in hoc exemplo, nullus currit niſi Petrus, uel oratio negatiua præcedens negat potentiam, & tunc dictio niſi, ſequens ponit potentiam: caſus eſt in d. l. Titia. §. fi. ſecundum intellectum domini Alexan. Si uero oratio negatiua præcedens nec priuet nec ponat, ſed neget: tunc dictio niſi, ſequens nec priuat nec ponit, ſed relinquit duntaxat potentiā in uoluntate eius cuius intereſt: & ille eſt intellectus d. l. Titia. § fi. ſecundum intellectū Bal. in d. c. Cum nobis olim. quo intellectu Bald. ſtante optime capitur argumentum à contrario ſenſu in d. l. Titia. § fi. & relinquitur potentia dandi libertatem in uoluntate hæredum, ut uoluit dominus Alexan. quibus conſonant notata per doc. in præal. l. Actione. & notata per Anto. de Butr. Io. de Liſura, & alios Canoniſtas in c. Ex parte. de ſponſa. & nota. per Alber. de Roſa. in dictionario ſuo in uerbo, Niſi, circa finem, & eſt de mente Iaſon. Inſti. de actio. in princi. & de mente domini Pet. de Anch. in d. regula peccati, & de mente Lamberti de ramponibus in d. §. Qui iniuriarum. & de mente Bal. in. §. Sed & res. in titu. per quos fiat inueſti. in uſi. feu. quod tene menti: quia materia eſt dubia & ſubtilis. Et



Et quia ſuprà concluſi in uerbis contractuum & pactorū licite & ualide ſumi argumentum à contrario ſenſu: ſequitur quòd cum feudū ſit contractus nominatus, ut uult Bar. in l. Iuris gentium. in §. Quinimo. ante fi. ff. de pac. & Bal. in c. Quæ in eccleſiarum. in. v. colum. de cōſti. quòd in ipſo contractu feudi uel ex uerbis inueſtituræ, ualide ſumi poterit argumentum à contrario ſenſu per ſuprà dicta, & ita notab. uult Bal. in l. uoluntas in ij. colum. in uerſi Pone conceſſum eſt mihi feudum &c. C. de fideicom. ubi dicit quod ſi mihi conceſſum eſt feudum ea lege, ut non alienem extra agnatos, certè potero alienare inter agnatos, argumento à contrario ſenſu ſumpto ex uerbis inueſtituræ: per quod argumentum à contrario ſenſu natura feudi alteratur ſecundum eum. Et idem reperio ſentire Iaſon in l. De quibus. in iiij. colum. ff. de legi. quod tene menti. Nec mirum, quia de feudis iudicatur ſicut de cōtractibus: unde quemadmodum in cōtractibus regulariter non habet locum ius accreſcendi. l. Si mihi & Titio. ff. de uerb. oblig. cum ſi. ita nec in feudis, ut ibi uolunt doc. & Bal. in tit. qui feudum dare poſſ. in §. Et quia uidimus. in iij. colum. & ibi etiam Præpoſi. in iij. col. & latius in col. vij. quē omnino uide. ¶ Hoc tamē fallit, primo quando feudum eſſet conceſſum à Papa uel Imperatore, qui eſt ſupremus princeps: quia tunc habet locū ius accreſcendi, ita ſingul. uult Bal. in c. j. in prin. de duobus frat. à cap. inueſti. & ſequitur ibidem Præpoſi. & idē Bal. in c. Vnico. de duo. fratri. in nouo benefi. inueſti. & idē Bal. in d. §. Et quia uidimus. ¶ Secundo hoc fallit quādo feudū cōceſſum eſt duobus, & cuilibet eorum, uel duobus in ſolidum, quia tunc eſt locus iuri accreſcendi: uel uerius non decreſcendi. Ita notab. dicit Bar. in c. j. in fin. de ſucceſſ. feu. & idem

idem uult Bal. in l. j. in antep. col. C. quã non peten. part. pet. accreſ. & hoc dictũ refert & ſequitur Alex. de Imo. in ſuo cõſil. ij. v. uol. in iij. col. ubi in materia feudi ponit plura pulchra & ſingularia dicta quotidie in practica occurrẽtia, quem omnino uide. Ne tamen decipiaris uolo te ſcire, quòd licet ex uerbis inueſtituræ feudi licite ſumatur argumentũ à cõtrario ſenſu: ut ſuprà dixi: tamen in cõſtitutionibus feudalibus non ſumitur argumentum à contrario ſenſu: ita in terminis notab. dicit Iaſon in aureo tracta. ſuo, de iure emphit. in commento l. j. illius ti. in xiij. colum. & idem Iaſon in d. l. De quibus. & ratio eſt, quia ubi cauſæ feudales per conſtitutiones feudorum expreſſe deciſæ non reperiuntur: decidi debẽt per leges ciuiles: tex. eſt notab. in c. j. & ibi glo. & Bal. de feu. cogni. in uſib. feud. imo quod fortius eſt non apparente aperta deciſione per conſtitutiones feudorum, neque etiam per leges ciuiles decidi poſſunt, & debent huiuſmodi cauſæ feudales per argumenta ſumenda ex uerbis legum: ut eſt glo. notab. in d. c. j. quam ibidẽ commẽdat Bal. Nunquã enim in cauſis feudalibus recedi poteſt à iure cõmuni, niſi quando in feudis contrarium reperitur expreſſe deciſum d. c. j. in uerſi. Strenuus. de feudi cog. & uult Bal. in l. ij. C. de ſuis & leg. hær. & idem Bal. in l. Cum oportet. in fine princip. C. de bonis quæ liber. Argumentum autem à contrario ſenſu eſt tacitus & ſubauditus intellectus, ut ſuprà ſæpe dictum eſt: ſequitur ergo quòd propter illud non debet recedi à deciſione iuris cõmunis, quod tene menti. Vt tamen plenam & lucidam habeas doctrinam, circa dictum aureum & quotidianum articulum: qualiter cauſæ feudales ſint decidendæ: uolo te ſcire & memoriæ cõmendare, quòd primò inſpiciendus eſt tenor inueſtituræ: qui derogat conſuetu

ſuetu



ſuetudini & iuri feudali, ac omni feudi naturæ. text. eſt notab. quem ibi exclamat Bal. in c. j. ibi niſi facta fuerit inueſtitura ea lege, & c. de duob. frat. in nouo benefi. inueſti. ſuprà allegata. & in c. j. de feudo non habente propriam feudi naturam. ¶ Primo enim ſunt attendenda pacta appoſita in inueſtitura, ut in dictis iuribus. & facit l. j. §. Si conuenerit. ff. depoſiti. & l. Semper in ſtipulationibus. ff. de reg. iu. ¶ Secundo ubi caſus occurrẽs ex tenore inueſtituræ non deciditur, recurrendum eſt ad conſuetudinem ſpecialem loci & curiæ domini à quo feudum tenetur. d. l. De quibus. ff. de legi. ¶ Tertio ubi non reperitur pactum, nec ſpecialis conſuetudo loci & curiæ domini à quo feudum tenetur: recurrendum eſt ad conſuetudines generales feudorũ, ſcriptas in lib. feudorum d. cap. j. de feudi cognit. ¶ Quarto ſi non reperitur pactũ uel conſuetudo ſpecialis, uel conſuetudo feudorũ generalis decidens caſum emergentem: tunc recurrendũ eſt ad legẽ Romanã ſcriptam, & ſic ad ius commune d. c. j. uerſic. Strenuus. Vbi autem etiam lex ſcripta non repeiriretur recurrendũ eſt ad ſimile conſuetudinis: & illo deficiẽte ad ſimile legis. l. Nõ poſſunt. ff. de legi. ¶ Poſtremò autẽ ubi nõ repeiriretur ſimile cõſuetudinis feudalis, nec ſimile legis, tunc procedendũ eſſet per argumenta legalia: & hoc caſu poſſet habere locũ glo. quæ eſt in d. c. j. de feu. cogn. ita not. dicit Præpo. in d. c. j. ubi magiſtraliter loquitur ultra Bal. Alua. & alios: quod tene menti: quia eſt quotidianũ & ſeruit ad multa, & uide omnino quod dicam infrà, in loco à ratione legis: larga, ampla, ſeu generali ad extenſionem ipſius l. circa finem, ubi præmiſſa in parte declarabo per exempla. ¶ Vlterius circa præmiſſa quæro, an argumentum à contrario ſenſu habeat locum in uer-

 bis

bis reſcripti.Et dico breuiter quòd ſic.tex.eſt notab.iunctis
gloſ.in l.Si procuratorem.§.Si ignorantes.ff.mandati.&
hoc tenet Salic.in d.l.Conuenticulā.Moderni in.d.§.Huius
rei.& Feli.in d.c.Significaſti.& Albe.de Roſa.in prima
parte ſtatutorum.q.ix.& ratio eſt,quia reſcriptum pro=
prie ſumendo fit ad iuris communis obſeruantiam:ut notat
Panor.in rubri.de reſcrip.& ideo de eo ut de iure cōmuni
iudicatur argumento eorum quæ habentur,& notantur in
c.j.de conſti.lib.vj.quod tene mēti. ¶ Item quæro an argu=
mentum à contrario ſenſu habeat locum in priuilegijs. Et
dico breuiter quod non,gloſ.eſt ordin.notab.in c.Licet.in
princ.de priuil.lib.vj.quam ſequitur ibi Philip.Franc.&
multū cōmendat.Et ratio iſtius eſt,quia priuilegia dicūtur
quaſi priuatæ leges c.Priuilegia.iij.diſt.Cum ergo priuile=
gia regulariter ſint contra ius cōmune,& tendāt in præiu
dicium tertij,debent ſtrictißimè intelligi in terminis ſuis,
ut tertio non preiudicetur.& per cōſequens in eis non po=
teſt ſumi argumentum à contrario ſenſu.tex.eſt not.iunctis
ibidem notatis per Ioan.An.& doct.in c.Cum in partibus.
de uerb.ſigni.Et hoc firmat Soci.in conſi.ſuo ccxlvj.ij.uo=
lu.incip.Eleganter & ſubtiliter.in vj.col.quod tene menti,
quia poteſt ſeruire ad multa. ¶ Item quæro an argumentū
à contrario ſenſu habeat locum in ſententijs,aut uerbis ſen
tentiarum.& dico breuiter quòd ſic:tex.eſt not.in l.Pom=
ponius.in d.§.Sed is qui.in fine.ff.de procur.& in l.Si inter
me & te.ff.de excep.rei iudi.ubi recurre:& idem dicendū
eſt in laudo uel arbitramento,ut uult ſpecifice Bal.in cōſil.
vij.j.partis.quem omnino uide,quia per hoc pulchram &
quotidianam decidit quæſtionem,quod tene menti. ¶ Item
quæro an argumentum à contrario ſenſu habeat locum in
manda



mandatis.Et dico breuiter quod ſic.text.eſt not.ſecundum
primam lecturam gloſ.in l.Eum qui duobus.in.§.Filiusfa.
& ibi hoc notant Bar.Ang.Io.de Imo.& doc.ff.de acqui.
hæred.hoc tamen debet limitari uerum,ut procedat quādo
uerba mandati faciunt mandatū conditionale,ut quia man=
datur illud quod non tacitè inerat:ut in caſu.d.§.Filiusfa.
& poteſt poni aliud exemplum quotidianum:ut ſi Papa
mandat alicui prouideri de beneficio ſi cōſtiterit ipſum eſſe
legum doc.uel literatum:tunc enim debet conſtare eum ta=
lem fuiſſe tempore datæ literarum,nec ſufficeret eum talē
eſſe tempore præſentationis earundem.c.Si eo tempore.de
reſcrip.lib.vj.cum ſimil.nemo enim naſcitur prudēs,nemo
oritur literatus,cum iſti ſint habitus acquiſiti,non innati.
l.Stichus.ff.de leg.iij.& eſt gloſ.not.in c.Si forte.de elect.
lib.vj.& uult Bal.in l.Ex perſona.C.de proba.Secus autem
ſi uerba mandati non facerent mandatum conditionale,ſed
ſonarent in monitionē uel auiſationem,ut quia mandaretur
id quod tacite ineſſet:ſicuti quando mādaretur alicui pro=
uideri de beneficio ſi fuerit idoneus,per uulgatam doctrinā
Innoc.in c.fin.de præſum.& per gloſ.not.in cle.Vnica.de
offi.deleg.expreßio enim eorū quæ tacitè inſunt nihil ope=
ratur l.iij.ff.de lega.j.& not.per gloſ.ordi.Panor.& doc.
Canoniſtas in c.Significaſti.de elec.& in pluribus alijs paſ
ſibus per eum ibi commemoratis,quod tene menti,quia eſt
quotidianū. ¶ Circa præmiſſa tamen uolo te ſcire duo pul=
chra.Primo quod licet conditio,quæ tacite ineſt expreſſa
non reddat actum conditionalem,ut dixi,tamē impedit or=
tum actionis & obligationis ſicut conditio expreſſa.gloſ.
eſt de hoc ſing.in l.Item quia.ſuper uerbo male petitur.&
ibi Albe.de Roſa.Alex.Iaſ.& doct.ad notatur.ff.de pact.

¶ Secundo quòd licet expreßio conditionis quæ ſubintelligitur uel tacitè ineſt non reddat actum conditionalem regulariter, ut dixi, tamẽ hoc fallit in duobus caſibus. ¶ Primo quando exprimitur in materia in qua non præſumitur qualitas à iure, licet cõditio ſubintelligitur: tunc enim facit actum conditionalem. glo. eſt ord. not. in c. Vnico. §. fi. in fi. de ſponſa. lib. vj. quæ ſingulariter dicit, quòd ſi quis cõtrahat ſponſalia cum aliqua muliere per hæc uerba: promitto quòd ducam te in uxorẽ, adiecta hac conditione, ſi Deo & eccleſiæ placuerit, quæ tacite ineſt nec facit ſponſalia cõditionalia, qñ inter tales cõtrahentes non eſt impedimentũ: tamen ſi reuera ſubeſt impedimentum propter conſanguinitatem quæ non præſumitur: expreßio talis conditionis tacite facit huiuſmodi ſponſalia cõditionalia, adeo quòd ex eis non oritur publicæ honeſtatis iuſticia: ubi tamen oriretur ſi non eſſet compertũ impedimentũ: quia tunc ſponſalia cenſerentur pura ſecundum Archid. Ioan. And. Domin. Phil. Fran. & alios doct. ibidem quod tene menti: quia habui de facto & poteſt quotidie accidere. ¶ Secundo fallit quando aliter exprimitur quàm ineſt. tex. eſt not. in l. Si ita legatum. §. Illi ſi uolet. ff. de leg. j. de quo uide latius per Panor. in d. c. Significaſti. & per Bar. & doc. legiſtas in præalleg. l. iij. & plenißimè per Panor. & nouißimos in cap. Cum dilecta. de reſcrip. ¶ Item quæro an argumẽtũ à contrario ſenſu habeat locũ in dictis ſeu depoſitionibus teſtiũ: & dico breuiter quòd non, ut ex hoc dicta teſtiũ annullentur, uel teſtis de falſo puniatur. tex. eſt not. in c. Quod dicitur. de uerb. ſig. iunctis ibidem nota. per Ant. de But. & Panor. qui notab. dicunt: ꝙ ſi teſtis ſuper homicidio articulato deponat tali modo: Antequã Titius hodie uenit ad prandium

dium



dium filius eius occidit Sempronium, ſtatur dicto eius, nec illud redditur falſum licet probetur per alios teſtes, Titiũ illo die ad prandium non ueniſſe. Dictiones enim negantes actum certo tempore, non ponunt implicatiue actum alio tempore, quia facto negatiuo non ponitur aliquid ineſſe: nec debet teſtis puniri de falſo, quãdo in principali uerum dicit, licet in acceſſorijs dicat contra ueritatem. ita notab. uolunt Specul. & Ioan. And. in titu. de teſte. in. §. j. in uerſi. Item quòd addit de ſuo. ubi Ioan. Andr. id dicit accidiſſe in perſona ſua: cui cõſonat ſingularis doctrina Iaco. Butriga. in l. Lucius. ff. de his qui notan. infa. quam ibi ſequitur & multum commendat Angelus ubi dicit quòd ad hoc ut teſtis dicatur falſum deponere, eſt neceſſe quòd falſum deponat ſuper facto principali. Si autem ſuper appenditijs uel acceſſorijs, puta, an ſit conſanguineus uel de parochia mentiatur: non debet puniri pœna falſi, ſed extra ordinem pœna ſtellionatus, quod tene perpetuò menti, quia eſt quotidianum. ¶ Item circa præmiſſa quæro an argumentum à contrario ſenſu habeat locum in ultimis uoluntatibus. Et dico breuiter quòd ſic etiã ſi diſpoſitio ultimæ uoluntatis ſit conditionalis. tex. eſt in l. Si legatum. in princ. ff. de adimen. leg. & in l. Quod pure. ff. quando dies leg. cedit. & in l. Aliquãdo. in fi. ff. de cõdi. & demon. cum ſi. Sed iſtud patitur nonnullas ſingulares limitationes. ¶ Primo enim hoc nõ ꝓcedit quãdo ex hoc reſultaret turpis uel abſona diſpoſitio uel aliâs à iure reprobata. tex. eſt not. iuncta glo. in d. l. ij. C. de condi. inſer. ¶ Secundo iſtud limitatur nõ procedere, ubi ſumẽdo argumentũ à contrario ſenſu reſultaret ꝓteſtatio derogatoria ad actus ſequentes ultimã uoluntatem. Tũc enim nõ licet arguere à cõtrario ſenſu ad illũ effectũ,

ut actus

ut actus poſtmodum ſequutus reddatur inualidus ex tacita proteſtatione, quæ ſumitur ex argumento à contrario ſenſu, quamuis alias ſequens actus redderetur inualidus, ſi expreſſa præceßiſſet derogatio: de iſto eſt tex. ſingul. iuncta glo. in l. fi. in prin. & ibi hoc notat Bar. & poſt eum Io. de Imo. & doc. ff. de lega. ij. & illam l. etiam ad hoc notat Bal. in l. Humanũ. in uerſi. Aduertatis. in ij. col. C. de legi. ¶ Tertio iſtud limitatur ut non procedat in uerbis ultimæ uolũtatis conditionalibus, quando de inſtitutione uel ſubſtitutione agitur, exempli gratia: Titius inſtituit Sempronium hæredẽ: & ſubiunxit, ſi deceſſerit hæres inſtitutus ſine liberis Gaiũ ſubſtituo. Decedit hæres inſtitutus relictis liberis quæritur an illi liberi cenſeantur ſubſtituti, ita ut ueniãt ex teſtamento Titij, & præferãtur ex eodem teſtamento ipſi Gaio, an uero ueniant ab inteſtato: quod eſt in effectu quærere, an ibi ſumi poßit argumentũ à contrario ſenſu. Effectus autem huius inueſtigationis eſt ualde magnus. Nam ſi illi liberi ueniãt ex teſtamento non poteſt pater eorũ inſtitutus alienare hæreditatẽ, & ſi alienet, liberi poterunt reuocare alienata per l. fi. §. fi. & auctẽn. res que. C. commu. de leg. cum ſimil. Si autem non ueniant ex teſtamento, ſed ab inteſtato poterit pater inſtitutus libere alienare, & aliũ uel alios inſtituere. In quo articulo quotidiano licet nõnulli uelint, quòd liberi ueniat ex teſtamento, & cenſeantur ſubſtituti, tamen communis & uera cõcluſio eſt in contrariũ. glo. de hoc ſingul. quam ibi approbant Bar. Bal. Angel. & Ioan. de Imo. in d. l. Lucius, ultima. ff. de hære. inſti. & ult Io. de Imo. in l. Filiusfa. in. §. Cum quis. ff. de leg. j. & in l. Ex facto. §. Ex facto. ff. ad Trebelli. & habetur plenißime per domi. Alex. in cõſi. ſuo. clxxxv. ij. uol. incip. Viſo ti. quæſtionis, & c. ubi exactißime hũc articulum examinat: quod tene menti quia eſt quotidianum, & uidi in caſu de facto occurrente ita iudicari. ¶ Quarto iſtud limitatur uerum ſecundum aliquos, quando uerba in ultima uoluntate prolata ſunt affirmatiua, ſecus ſi negatiua. Sed hæc limitatio mihi non placet, ut late declaraui ſuprà in alio articulo ubi recurre. ¶ Vltimo circa hanc materiam ſcias quòd argumẽtum à contrario ſenſu non debet ſumi ex uerbis. glo. ita dicit Alex. de Imo. in l. j. in. xj. col. ff. de lega. j. imò puerilis eſt modus argumentandi ex theoricis gloſ. uel doct. quando de illo artic. habetur tex. ut dixi ſuprà, & multo puerilius eſt ex huiuſmodi theoricis tex. impugnare. ut eſt tex. pulcherrimus in c. Noli. ix. diſt. & ibi habetur per Præpoſitũ: & facit l. penul. ff. ad exhiben. circa quod uide quod dicam infrà in loco à ſimili in prima fallentia, & in loco ab auctoritate: & in loco à lege ceſſante. Eſt tamẽ uerum quòd glo. ubi deeſt tex. eſt maximæ autoritatis: teſte Bar. in l. Vt uim. ff. de iuſt. & iu. & Bal. in l. Cũ hæreditas. C. depoſiti. In quibus locis dicunt quòd auctoritas gloſſ. omnes auctoritates antecellit. & dicit Bal. in c. Dilecti filij. de maior. & obediẽ. quòd Accurſius eſt uberrimus fons iuris ciuilis, & Cy. in l. Non moriturum. C. de contrahen. & committẽ. ſtipula. uocat glo. idolum ſcholarium quaſi ei fortiter ſit inhærendum: & dicit Bal. in l. fi. in. §. Neceßitatem. in fi. ij. colũ. C. de bonis quæ libe. adhærendum eſſe carrotio ueritatis, id eſt, gloſatori, & in perpetuum non errabitur ſecundum eum, præcipue in iudicando ſeruanda eſt opinio glo. maxime quando habet unum doc. famoſum poſt ſe: iuxta theoricam Iaco. Butrig. in l. j. C. qui pro ſua iuriſdic. licet aliud uelit Panor. in c. Capellanus, de ferijs, quem in hoc reprehendit

hendit Iaſ. in d.l. Vt uini. & in pluribus alijs paßibus. Hoc tamen arbitrio boni & diſcreti iudicis relinquendum eſt, qui mature digeſtis rationibus quibus hinc inde mouentur doc. uni opinioni uel alteri adhærebit: & in dubio communi, niſi euidentißime appareat illam eſſe falſam: iuxta notabilem theoricam Ioan. An. in c. j. de conſti. quam ibidem refert & ſequitur Panor. & poſt eum Feli. & cæteri moderni, & in c. Ne innitaris. eo. ti. & eſt de mēte Bar. in l. fi. C. de pe. iudi. qui male iudic. & de mente Bal. in l. Vnica. per illū text. ff. de offic. quæſto. & de mente eiuſdem in l. j. per illū text. ff. de ſena. Hoc tamen uolo te non ignorare, quòd opinio ſingularis pro matrimonio præfertur communi contra matrimonium, ita ſingulariter dicit Hoſt. in c. Si uir. & ibi etiam Panor. de cogna. ſpirituali. quæ omnia tene mēti tanquam pulchra, ſingularia, utilia, & quotidiana.

## LOCVS A' VERISIMILI V.

PRæterea habemus in iure locū à ueriſimili, à quo ſumptum argumentum eſt probabile, frequens, & utile, & eo ſæpe utuntur legum & canonum conditores, ut patebit infrà: & ualet ad multa. ¶ Primo enim ualet ad coniecturandum mentem & uoluntatem teſtatoris: tex. eſt notab. ponens caſum quotidianum in l. Generaliter. §. Cum autem. C. de inſti. & ſubſti. ſub condit. factis. & in l. Cum acutißimi. C. de fideicommiſſ. & in l. Cum auus. ff. de condit. & demon. & text. notabilis ponens caſum ſingularem & quotidianum in l. Ex facto. §. Si quis autem ſuſceperit. ff. ad Trebel. & tex. ſingu. in l. Hæredes mei. §. Cum ita. illo eo. tit. & text. ſingularis ponens caſum quotidianum in c. Requiſiſti. de teſta. & pulcher tex. ponens caſum qui frequen



quenter poteſt contingere in l. Titius. §. Lucius titius. ff. de libe. & poſthu. ¶ Item ſecundo ualet ad coniecturandum mentem & uoluntatem contrahentium. l. In obſcuris. ff. de reg. iu. & regula, Inſpicimus. de reg. iu. lib. vj. cum utrobiq; notatis per gl. & doc. & eſt tex. ſing. iuncta glo. in l. Si unquam. C. de reuocā. dona. & in c. fi. iuncta ſua ſingulari glo. xvij. q. iiij. & text. notab. iuncta ſua ſingulari. glo. in l. Tale pactum. §. fi. ff. de pact. & pulcher tex. in l. Si extraneus. ff. de cōdi. cauſ. data cauſa non ſecu. In quibus iuribus habetur quod illud habetur pro diſpoſito, quod ueriſimiliter fuiſſet diſpoſitum, ſi ſtatuens ſeu diſponens de hoc fuiſſet interrogatus, quod procedit ſecundū Bal. & Pau. de Caſt. & alios in d. l. Tale pactum. §. fi. ſiue aliquid ſtatuatur per modum conuentionis, ſiue per modū legis municipalis, ſiue per modum reſcripti: quod eſt menti tenendum. ¶ Item tertio ualet ad cōuincendum quem de malitia, proteruia ſeu delicto, tex. eſt not. in c. Scribā. & in c. Quia ueriſimile. iunctis notatis ibidē per Panor. & doc. de præſump. & facit regula, ſemel malus, cum ſua magiſtrali glo. de reg. iur. li. vj. & tex. in l. Si hi qui. & in auct. Si quis ei. C. ad leg. Iul. de adul. circa quod omnino uide quod dicā infrà in loco à tempore ad tempus. ¶ Item quarto ualet ad transferendū onus probandi in aduerſariū: tex. eſt not. iuncta glo. in l. Ex perſona. & in l. Siue poßidetis. & ibi Bal. Pau. de Caſt. Sali. & doct. C. de prob. & in l. Circa. ff. eo. ti. ¶ Item quinto ualet ad corroborandū probationē minorē numero, tex. eſt not. in l. Ob carmē. §. fi. ff. de teſti. & in c. In noſtra. de teſti. Veriſimilitudo enim multū attenditur in ꝓbationibus. l. Cū de ætate. ff. de ꝓba. & licet interdū præſumptio reſultās ex ueriſimili non ſit adeo efficax, ut releuet ab onere probādi in totū,

codd

coadiuuat tamen aliam probationem: iuxta not. per glo. notab. in l. ij. poſt princ. in uerbo, Legitimis. ff. de excuſa. tut. & facit. c. Cum cauſam. cum ibi not. de proba. quæ enim nõ proſunt ſingula, multa iuuant, iuribus præall. & l. Inſtrumenta. cum glo. C. de proba. de quo articulo tamen uide latius per Bar. in l. j. §. Idem Cornelio. ff. de quæſtionibus.

¶ Item ſexto ualet ad aggrauandum probationem: efficacior enim probatio requiritur ab illo qui uult probare illud quod non eſt ueriſimile: tex. eſt not. in l. Non eſt ueriſimile. in prin. ff. quod met. cauſ. & pulcher tex. in præall. c. quia ueriſimile cum ibi not. per Panor. Feli. & alios: cuius effectus eſt ualde magnus: quia licet regulariter habenti ſemiplenam probationem deferatur iuramentum in ſupplementum probationis iuxta notata per glo. & doc. in l. Admonẽdi. ff. de iureiuran. & in l. In bonæfidei. C. de rebus credi. & iureiuran. & in c. fi. de iureiu. in hoc caſu tamen habendi ſemiplenam probationem pro ſe non deferetur iuramentum in ſupplementum probationis. Ita dicit gloſ. ordina. ualde notabilis in d. l. Non eſt ueriſimile. quam ibi commendat Bal. & eſt de mente glo. in. §. Præterea. in ti. quid ſit inueſtitura in uſi. feudo. & ibi Bal. Aluarotus, & Prępoſitus hoc firmant & ualde exclamant, quod tene menti.

¶ Item ſeptimo ualet ad derogationẽ fidei, quæ aliâs ceſſante non ueriſimilitudine adhiberetur inſtrumento. l. Scripturæ. iuncta glo. C. de fide inſtru. Exẽpli gratia, produco duo inſtrumenta de eadẽ data: in uno continetur quod emi rem, in alio continetur quod illa fuit mihi donata per eundem, neutri ſtatur: quia non eſt ueriſimile, de quo Bal. ponit tria alia notabilia & quotidiana exempla in d. l. Scripturæ. in ij. & iij. col. quem omnino uide, quia faciet tibi honorem ſi ſciueris



ſciueris practicare. ¶ Item octauo ualet ad præſumẽdum metum, tex. eſt notab. in c. j. quod metus cauſa. ubi arguitur à ueriſimili, quod mulier iuuenis infantem paruulum habens non ſponte ſed per metum compulſa uotum caſtitatis emiſit. ¶ Item nono ualet ad proferẽdum ſententiã, ſi præſumptio eſt uiolenta, tex. eſt nota. in c. Afferte. de præſump. & habetur III. Regum. III. cap. Vbi Salomon duabus mulieribus altercantibus tulit ſententiam pro una muliere contra alteram ex præſumptione, quia ipſa noluit paruulũ diuidi per medium, ut alia deſiderabat: quod tamen intellige procedere in cauſa ciuili, ſecus autẽ in criminali, in qua debent eſſe probationes luce meridiana clariores ad condemnationem. l. ſciant cuncti. & ibi Paul. de Caſt. hoc not. C. de proba. & uult Inno. in d. c. Quia ueriſimile. de quo uide plene per Panor. in c. Tertio loco. de probat. ¶ Item decimo ualet ad conuincendum diſpenſationem uel priuilegium de ſurreptione, tex. eſt notab. in c. ij. de fil. preſby. lib. vj. & in c. ij. de deci. eo lib. ¶ Item undecimo ualet ad ſuſtinendum iura & alias diſpoſitiones à correctione. c. Eccleſia ueſtra. ij. de elect. & cle. Exiui. §. Deinde. & §. Rurſus. & ibi Cardi. not. de uerb. ſigni. & l. Non ad ea. ff. de cõdit. & demon. cum ſimil. ¶ Item duodecimo ualet ad excuſandum officiarium laicum capientẽ clericum in habitu ſeculari repertum: & ad excuſandum laicum ab incurſu excõmunicationis, ſi percutiat clericum quem talem ignorauit, ſed laicum probabiliter eſſe putauit propter habitum in quo incedebat: talis enim quiſq; eſſe præſumitur, qualis eſt habitus quem geſtat. c. Si iudex laicus. de ſen. excommu. lib. vj. & c. Si uere. ij. cum ibi not. per glo. & doc. eo. ti. in antiquis. & l. Si ignorans. cũ ibi not. per glo. ff. loca. cum ſimil.

& ad infinita alia ex præmiſsis & ex alijs colligibilia ualet hæc argumentatio à ueriſimili, quæ enumerare magis eſſet laborioſum quàm ſubtile: experimentũ enim uerorum ſermonum eſt ut concordent cum rebus ſenſatis uel ueriſimilibus.l.Milites.uerſi.Oportet.C.de quæſtio.nam id quod eſt ualde longe à ueriſimili, eſt quædam falſitatis imago: ut dicit Bal.in l.j.in iij.colum.C.de ſeruis fugi.nec eſt de facili credendum illud quod de facili fieri non poteſt.c.Si diligenti.in fine,& ibi Ioan.de Imo.not.de præſcrip. Et procedit hoc argumentum à ueriſimili, niſi contra ueriſimilitudinẽ allegatam adducatur,& probetur tale quid, per quod huiuſmodi præſumptio ueriſimilitudinis tollatur, quo facto ceſſat huiuſmodi argumentũ à ueriſimili,ubi enim duæ ſunt præſumptiones,quarum una non præponderat alteri,tunc inuicem ſe confundunt: ubi autem altera eſt potentior, tunc fortior tollit debiliorem. c. Tranſmiſſæ.cum ibi nota. per glo.Panor.& doc.qui filij ſunt legit.c.Per tuas.& ibi not.de proba.c.Michaël.cum ſua ſingulari glo. de fil.preſby.l.Eum qui probabilem.& ibi Bal.& Pau.de Caſt.not. C.de epiſc.& cleri. l. Tranſactionem.cum ibi notatis pulchrè per Bar.Pau.de Caſt.& doct.C. de tranſac. & præalleg. l. Si extraneus. cum ibi notatis pulchrè per Iaſo. & doct. & habetur pulchrè per Bald.Salice. & docto.in d.l. Siue poſsidetis.in dubio autem bonus iudex habebit arbitrari an ambæ præſumptiones ſint pares,uel an altera ſit potentior ſecundum Panor.in cap.Cum inter R.ſeniorem.de elect.quod tene menti quia ſeruit ad multa, ut uidere poteris per Præpoſitũ in c.Conſtantinus.xcvj.diſt.ubi per hoc ſoluit multa argumenta Laurentij Vallẽ.impugnantis donationẽ Conſtantini fundatam in ueriſimili, quem omnino uide.



Et quia iſtud argumentum à ueriſimili fundatur ſuper præſumptione,uolo te ſcire quòd duplex eſt præſumptio, ſcilicet hominis,& iuris: & quodlibet membrum ſubdiuiditur ut infrà uidebis. Præſumptio autem hominis dicitur illa cuius effectus non eſt iure expreſſus, ſed eſt in iudicis ut boni uiri arbitrio dimiſſus.l.Minor xxv.annis ex aſpectu ff.de mino.l.Vtrum. ff.de dona.inter uir.& uxo.cum ſimi. Et iſta eſt duplex: quia alia eſt temeraria, quia ratione caret, & iſta proprie non eſt appellanda præſumptio, quia caret effectu & à iure repellitur, nec animum iudicantis mouere debet.ij.q.j.c.j.& vj.q.j.c.Oues.& c. Licet hely. de ſymo.Ideo uanæ uoces populi non ſunt audiẽdæ.l.in conſiſtorio alias incipit decurionum:& ibi glo. quæ in hoc arguit Pilatum.C.de pœn. Alia autem eſt non temeraria, quæ eſt applicatio animi cuiuslibet boni uiri ad id quod ex facto probato eſt ualde ueriſimile.Exemplum patet in eo qui dicitur furioſus & non ſanæ mentis, quia ex geſtis & ſermonibus eius præſumitur,ut nota.in l. Nec codicillos. C.de codicillis.& in l.quidam in ſuo.ff.de condi.inſti.& in c.fi. de ſucceſ.ab inteſta.& in c.Legimus.xciij.diſtin.cum ſimi. poteſt etiam poni aliud exemplum in d. c. Afferte. & iſta præſumptio eſt ſufficiens ad informandum iudicem ut ſecundum eam pronunciet iuribus ſuprà allega. Præſumptio autem iuris ſimiliter eſt duplex. quia alia eſt iuris tantum, alia eſt iuris & de iure.Præſumptio iuris tantũ dicitur illa ſuper qua legislator animum applicat ex ueriſimili, transferens onus probandi in aduerſarium: & huius præſumptionis effectus eſt,ut ex ea is contra quem eſt præſumptio condemnetur,niſi per eum probetur contrarium per aliquã legitimam ſpeciem probationis: præſumptio enim quam

lex facit eſt liquida probatio, donec appareat de contrario: & hic ſingul. dicit glo. ordi. in l. Si tutor petitus. C. de peri. tuto. approba. ibidem per Bal. Sali. & doc. quòd probationes legum liquidiſsimæ ſunt, & de iſta præſumptione iuris tantum habetur exemplum in d. l. Siue poßidetis. & in l. Si pactum. & l. Si chyrographū. & in l. Cum indebito. ff. de proba. & in l. Labeo. & in l. Poſtquam. ff. de pact. & in l. fi. C. de pigno. & in l. Quicunq;. C. de apochis publ. lib. x. ubi eſt caſus ſingularis & quotidianus, & de iure canonico habes exemplum de præſumptione iuris tantū: in præal. c. Requiſiſti. & in pluribus alijs locis, de quo ſi uis plenius inſtrui uide Bar. in tractatu præſumptionū, & Bal. in rubri. extra de præſump. & pulchre per Sali. in d. l. Siue poſſidetis. in ulti. col. & Ioan. de Platea in d. l. Quicunque. & glo. & Feli. in c. Quanto. de præſumpt. & Specu. in ti. de præſump. §. j. & reperies ad ſatietatem, unde & ex quibus cauſis oriantur ſeu inducantur præſumptiones: quod referre magis eſſet laborioſum quàm ſubtile. Præſumptio autē iuris & de iure, dicitur illa, quæ inducitur à iure & ſuper ea ſtatuitur, ut ei ſtetur: & huius præſumptionis iuris & de iure effectus eſt magnus, quia in contrarium non admittitur probatio, ex quo ſequitur quod ex tali præſumptione is contra quē eſt præſumptio cōdemnatur, & de iſta præſumptione iuris & de iure, ponitur exemplum de iure ciuili in l. fi. C. arbi. tute. ¶ Item aliud exemplum in l. Antiquæ. C. ad Velleia. & utrobiq; not. per gloſ. ¶ Item habes aliud exemplum in præal. auctẽ. Si quis ei. C. ad leg. Iul. de adult. & ibi Cy. & Sali. notant. ¶ Item habes exemplum in auct. Sed iam neceſſe. in fi. C. de dona. ante nupt. & pulchrū exemplum in d. l. Si hi qui. De iure autem canonico ſunt plura exem



exempla: unum eſt in cap. Is qui fidem. de ſponſa. de eo qui ſponſam de futuro cognouit carnaliter: nam præſumitur in eam tanquam in uxorē conſenſiſſe, & non admittitur probatio in contrarium. ¶ Item aliud exemplū habetur in c. De illis. & in c. Per tuas. de condi. appo. de eo qui cognouit ſponſam conditionalem: nam ius præſumit purum conſenſum & ſtatuit pro matrimonio ſeruandum, & ſic copula tunc operatur duo: nam primo de ſponſal. conditional. facit ſponſalia pura, & ſecundo illa ſpōſalia pura facit tranſire in matrimonium. d. c. De illis. & ibi Panor. not. quod tene mēti. ¶ Item aliud exemplū habetur in c. Significauit. de eo qui duxit in matrim. quam poll. per adult. & in c. Inſuper. qui ma. accu. poſ. & in c. Ad id quod. & in c. Veniēs. ij. de ſpōſal. de ea quæ fuit inuita tradita uiro, quæ propter carnalē copulam ſubſecutā, uel longā cohabitationē præſumitur conſenſiſſe: circa quod poteris uidere latius per Bal. in d. c. Quia uerisimile. ubi magiſtraliter loquitur, & per doct. in paßibus ſuprà alleg. ſit ergo cautus aduocatus ut uideat an præſumptio iuris ſit pro clientulo ſuo, an contra eum, & ſecundum hoc faciat articulos nec clientulū ſuum oneret ſuperflua probatione. Illud tamen quod dixi ſuprà, ſcilicet quòd contra hanc præſumptionem iuris & de iure non admittitur probatio in contrarium: intelligendum eſt ſane ſcilicet directe per teſtes, ut dicit glo. ord. ſingu. in aucten. de æqualita. do. §. j. ſuper uerbo, Priuilegium. coll. vij. ſed bene admittitur probatio in contrarium indirecte: ut eſt glo. ordi. notab. in clemē. Vnica. ſuper uerbo, Feciſſe. de proba. & ibi Ioan. de Imo. & doct. notant. illam gloſ. etiam commendat Panor. in d. c. Is qui fidem, & Dominicus in c. Ferrum. l. diſt. & hæc ſit prima limitatio. Alia & ſecunda

 limita

limitatio eſt quod contra hanc præſumptionem iuris & de iure admittitur probatio in contrarium per confeſſionem aduerſarij, licet non per alias ſpecies probationis. ita dicit gloſ. ordi. ſingu. in d. auctẽ. de æquali dotis. §. j. ſuper uerbo, ſcribat. coll. vij. & uult ſingu. Cy. & poſt eum Bar. Bal. Sali. & alij in d. auctẽ. ſed iam neceſſe. & Salice. in d. l. Siue poſsidetis. & Panor. & Canoniſtæ in d. c. Is qui. & Dominicus in præallega. c. Ferrum. & habetur ſingul. per Innocen. Anto. de Butr. Panor. & alios in c. Quia pleriq;. de immuni. eccle. & per Ioan. de Imo. Alexan. & doct. in l. Inter ſtipulantem. §. j. ff. de uerbo. oblig. & de iſto eſt text. iuncta glo. in l. j. C. de dolo. inducendo prout ibi illum text. inducit Salic. quem omnino uide. Hoc tamen intellige ſanè, niſi ſubiecta materia ſuadeat non ſtare confeſsioni. arg. c. ſuper eo. de eo qui cogno. conſang. uxo. ſuæ. ſecundum Panor. & docto. in d. c. Is qui. & Dominicum in præalleg. c. Ferrum. quod tene menti, quia eſt quotidianum. Si tamẽ de facto contra præſumptionem iuris & de iure ſit notorium reſultans ex probatione parte non opponente admiſſa, uel aliâs ex actis de quorum uiribus parte non opponente eſt diſputatum, cedit præſumptio iuris & de iure ueritati & notorio ex huiuſmodi probatione reſultanti. ita ſingu. uult Innoc. in c. Fraternitatis. de frigidis & malefic. & idem Innoc. in c. Cum Bartol. de re iudi. & idem Innocen. in c. Cum dilecta. & ibi Ant. de But. Ioan. de Imo. & doct. de reſcrip. & Ioan. de Imo. Alex. & doct. in d. l. Inter ſtipulantem. §. j. hoc etiam uult Panor. & ualde exclamat in c. Cum contingat. de offic. deleg. & Ludo. de Roma in conſil. ſuo cccl. in v. col. & hæc ſit tertia limitatio: quam tenebis menti. Et hinc eſt quòd ualet productio inſtrumenti facta poſt terminum





minum datum ad producendum inſtrumentũ, quando nondum eſt concluſum in cauſa, licet præſumptio iuris & de iure ſit in contrarium lapſo termino. tex. eſt. not. in c. ordinarij iuncta ſua ſingulari glo. in uerbo, libere. de offi. ordin. lib. vj. & ibi eam ad hoc ponderant Ioan. de Imo. & Philip. Francus. & facit deciſio Rotæ cxlvij. in antiquis incip. Nota quòd poſt terminum. Et uide glo. ualde notab. in hac materia in cle. ſæpe, ſuper uerbo, Non obſtante. de uerb. ſignific. quod tene menti, quia ſeruit quotidie in practica.

¶ Vltimo uolo te ſcire quòd aliud eſt præſumptio, et aliud eſt fictio, nam præſumptio eſt ſuper dubio & uerißimili: & admittit probationem in contrarium, ut ſuprà dixi, & ab ea ſumitur iſtud argumentum à ueriſimili. Fictio autem eſt ſuper eo quod eſt certum: nec admittit probationem in contrarium, ut patet in poſtliminio, & l. Cornelia. ita dicit gloſ. ordi. notab. in l. Vnica. §. Accidit. ſuper uerbo, præſumatur. C. de rei uxo. acti. & Feli. in d. c. Quinto. de præſump. quem omnino uide, & ab ea ſumitur argumentum à fictione omnino diſtinctum ab iſto, de quo dicam plene infrà in loco à fictione, quod tene mẽti, & uide omnino quod dicã infrà in loco à tempore ad tempus, ubi declarabo per exempla quòd præſumptio cadit in decem prædicamentis Ariſtotelis, ubi recurre.

## LOCVS AB ETYMOLOGIA VOCABVLI. VI.

PRæterea habemus in iure locum ab etymologia uocabuli, quem alij ab alluſione, alij à ui uerbi ſeu nominis, alij à deriuatione appellant, à quo ſumptum argumentum nedum eſt probabile, ſed fortè utile & multùm frequens

quando formatur ut debet prout infrà declarabo, nec mirum, quia Etymologia dat uerbis proprium ſignificatum quando diffinitio non repugnat.l.Notionem.§. Instrumentorũ.in uerbo,proprie.l.Quibus precipua.l.Tugurij.l. Vt Alphenus.& l.Pupillus. §.Territoriũ.cum utrobiq; nota. per glo.ff.de uerbo.ſig.& c.Forus.extra eo.ti.& tex.cum glo.in.§.fi.in ti.per quos fiat inueſti.in uſi.feu.& ibi Iaco. de Aluarotis notat,& uult notab.Bar.in l. Omnes populi. in vj. q. princ.in uerſi. Quæro unde ſumatur iſta propria ſignificatio.&c. ff. de iuſti.& iu.& idem Bar.in l.j. ff.de teſta.& idem Barto.in l. Liberorum.uerſic.Secundo principaliter eſt uidendum. ff.de uerb. ſig.eſt enim Etymologia reſolutio uocis in proprium effectum rei quæ demonſtratur ſecundum Bal.in c.j. §. Si quis de manſo. in ulti. col. de cõtrouer.inueſt.in uſi.feud. Et deſcribitur hoc modo. Etymologia eſt expoſitio unius uocabuli per aliud uocabulum unum,uel plura magis notum,uel nota in eadem lingua, uel diuerſa ſecundum rerum proprietatem,uel literarum ſimilitudinem,ut lapis ledens pedem, piger pedibus eger, teſtamentum teſtatio mentis, flumen quaſi fluendo decurrens: mutuum quaſi de meo tuũ, poſſeßio quaſi pedum poſitio, furtũ à furuo, id eſt nigro, theologus quaſi de deo loquẽs, argumentum quaſi argute inuentum, feudum à fide ſeu fidelitate, ſtatutum quaſi ſtatum tuens ſeu defendẽs, damnum quaſi diminutio patrimonij, & ſic de ſimilibus, de quibus uidere poteris latius per Iſidorum in lib. ſuo etymologiarũ. Et dicitur etymologia ab etymõ Græcè quod Latinè dicitur uerum: & ideo etymologia ueriloquium dicitur quia etymologiando ueram eloquimur ipſius originem ſecundũ Ange.& Ioan.de Imo.in l.j.ff.de acquir. poſſ. & Albe. de Roſa.



Roſa.in dictionario in uerbo etymologia, & de iſto argumento ab etymologia uocabuli ultra paſſus ſuprà commemoratos habetur in pluribus alijs locis: puta in l.ij. §.Appellata.& ibi Bar. Sali. Alex. Iaſon & doc. ff. ſi cer.peta. & Inſti.quib.mod.re contrahi.oblig.in prin. & in l. j. & ibi Bar.& Ange. ff.de fur.& in l.j. ff. de pac. & Inſti. de teſta.in prin.& ibi Angel.& in l.j.& .§.j.& ibi Bar.ff.de tute. & Inſti.eo.ti.in prin.& in l. Decernimus. in fine.& ibi glo.C.de epiſ.& cleri.& in l.Defenſores.ij. & ibi not. per glo.C.defen.ciui.& in l.A nullo.& ibi glo.C.de ferijs. & in l.fi.in fine. C.de inoffi.teſta. & per Bar.Ange.Io. de Imo.Rapha.Alex.& alios in prealle.l.j.ff.de acquir.poſſ. & per Bar.Bal.Io.de Imo.Alex.& alios in rubri. ff. ſolu. matri.& per Panor.Ioã.de Imo. & Canoniſtas in c. Cum ſecundum apoſtolum. de præben. & per eundem Panor. Feli.& alios in ſalutatione compilationis Gregorianæ. & per eundem Panor.in c.j.circa fi.de iudi. & per eundem in c.Quamuis. de uerb.ſig.de iſto etiam habetur in c.Placuit. ij.xvj.q.j.& in c.Priuilegia.& ibi Præpoſi.iij.diſt.& in c. Cleros.& ibi Domini. & Præpoſi.notant xxj. diſt. & in l.Diuus.& ibi glo. ff.de bo.dam.Et iſto argumẽto ab etymologia uocabuli utitur gloſ.ordina.in l.j. in.§.Quibus.in uerbo ſyndicum.ff.quod cuiuſ.uniuerſi.nomine. & Panor. in c.Cum te ab E. in iij.col. de re iudi. & Hoſti.in ſumma de pœni.& remiß.§.ij. uerſic. Quis ſit effectus contritionis.& Bal.in d.§.Si quis.de mãſo.ubi per hoc decidit quæſtionem notabilem, quæ ſuo tempore fuit de facto,quem omnino uide quia laudabis ingenium. Iſto argumento utitur etiam Panor.in c.Nobis. in tertio notab.de iure patro. ubi per hoc dicit,quod quicquid ſit de conſuetudine, de iure,&

re, & ex etymologia uocabuli quælibet eccleſia collegiata poteſt dici conuentualis, quia hoc uerbũ conuentualis proportionabile eſt omnibus collegiatis, nam ſicut dicitur cõuentualis à conueniendo, quia ibi conueniunt: ſic collegiata à colligendo quia ibi colliguntur: & licet Bar. in l. Conuenticulam. C. de epiſ. & cleri. ponat alluſionem & deriuationem ut diuerſa: uerius tamen eſt quòd iſta quatuor, etymologia, alluſio, deriuatio, & deſcriptio ſint ſynonyma idem importantia, & ita expreſſe uolunt Ange. & Ioan. de Imo. in d. l. j. ff. de acqui. poſſ. & idem ſentit ibi glo. in prin. & glo. in præall. l. Tugurij. & Ange. Inſti. de teſta. in prin. & doc. in pluribus alijs paßibus quos commemorare magis eſſet laborioſum quàm ſubtile. Et ut plene habeas noticiam huius quotidiani articuli, in quo doct. diuerſimode loquuntur ut uidere poteris per teipſum in paßibus ſuprà allega. ut omnium ſaluetur opinio quatenus fieri poteſt, dicas breuiter diſtinguendo hoc modo. Aut quæritur an ualeat argumentũ ab etymologia nominis proprij, aut quæritur an ualeat argumentatio ab etymologia nominis appellatiui. ¶ Primo caſu dicas quòd argumentum non procedit, tex. eſt notab. iuncta glo. in l. fi. circa fin. ff. ad munic. & uolunt Bar. Bal. Ioan. de Imo. Alex. & alij in dicta rubrica. ff. ſolu. matri. ubi per hoc inferunt ad pulchram & quotidianam quæſtionem quam uide per te: & in hoc conueniunt omnes doc. tam Canoniſtæ quàm Legiſtæ, & ratio iſtius eſt: quia nomina propria imponũtur ad beneplacitũ l. Si quis in fundi uocabulo. ff. de lega. j. & poſſunt mutari quandocunq; ceſſante tamen fraude. l. j. cum ibi nota. C. de mut. nomi. unde non ſequitur, talis uocatur Bolognetus uel Bonifacius, ergo eſt bonus: uel uocatus Peruſinus, uel Aretinus,



nus, ergo eſt de Peruſio uel de Aretio: uel uocatur Iuſtinianus, uel Iuſtinus, ergo eſt iuſtus: uel uocatur Salomon, ergo eſt ſapiens: uel uocatur Accurſius, ergo occurrit cõtra tenebras iuris ciuilis, ſicut Accurſius gloſſator iuris ciuilis extollendo nomẽ ſuũ dicit ſe fecisse in l. Facta. §. Si ſub conditione. uerſic. Si in danda. ff. ad Trebell. Circa iſtud tamen uolo te ſcire duo. ¶ Primo quòd ex bomo nomine oritur bona præſumptio, & econuerſo, ex turpi nomine oritur ſiniſtra ſuſpitio, quia nonnulli modicæ fidei credunt illud fuiſſe impoſitum ex inſpiratione diuina, & ſic ſæpe uitant tales ſicut experientia docuit, & hinc refert Ioan. An. in d. c. Cum ſecundum apoſtolum, uxorem ſuam Milantiam dixiſſet quod etiã ſi nomina deberent emi, deberent capi pulchra & bona, & inter pulchra nomina poſt nomẽ glorioſißimum & dulcißimũ ſaluatoris noſtri & apoſtolorum eius, poni poſſent illa Deodatus Deuſdedit, de quibus in c. iij. & in c. Tanta iunctis ſupraſcriptionibus, de ſimo. & illud, Quouultdeus, de quo in d. c. j. de iudi. & ſimilia.

¶ Secundo uolo te ſcire quod licet non procedat argumẽtum ab etymologia nominis proprij ad effectũ, qui cauſatur ex etymologia, ut dixi, tamẽ à nomine proprio ad probandum perſonã procedit argumẽtatio in teſte, quia ex nomine probatur perſona. l. Ad regnoſcẽdas. C. de inge. manumiſ. cum ſimil. ut ſi dico, q̃ ille qui cõmiſit maleficium eſt Titius contra quem inquiritur, quia ſic uocabatur ita uult Bal. in præal. l. Conuenticulam. in pe. col. quod tene menti.

¶ Secundo caſu quando quæritur an ualeat argumentũ ab etymologia, uel alluſione nominis appellatiui, ſubdiſtingue, aut uocabulum non habet diffinitionem, aut habet. Primo caſu ab alluſione uocabuli ſumitur propria ſignificatio, &

per

per conſequens licite arguitur, ut ſuprà dixi. Secundo caſu quando reperitur diffinitio, tũc iterum ſubſtingue, aut alluſio conuenit cum diffinitione, aut non. Primo caſu bona & ualida eſt argumẽtatio per ſuprà dicta. Secundo caſu quando diffinitio diſcrepat ab alluſione: tunc ſunt opiniones inter doct. quia aliqui ſimpliciter dicunt, quòd tunc argumẽtatio nõ ualet ſiue formetur affirmatiue, ſiue negatiue, imò ſtandũ eſt potius diffinitioni q̃ alluſioni, quia diffinitio euacuat diffinitũ, ſecũdũ genus & ſubſtantiales differẽtias, & debet eſſe conuertibilis cum ſuo diffinito, aliâs non ualet. l. j. §. j. ff. de dolo. & uult Bar. in d. l. j. ff. de teſta. & idem Bar. in d. l. Omnes populi. uerſic. Quæro unde ſumatur, non ſic alluſio uel deſcriptio, & hinc notab. dicit Bal. in l. Maximum uicium. in ij. col. C. de libe. præt. quòd diffinitio eſſentiam, deſcriptio uero intelligentiam rei claudit, & iſta eſt communis opinio tam Canoniſtarum quàm Legiſtarum, & eſt uera bene & ſincere intellecta. Alij autem diſtinguunt an formetur affirmatiue an negatiue: ſi affirmatiue, dicunt non ualere: ſi negatiue, dicũt ſimpliciter ualere: quia tunc non offenditur diffinitio ſecundum eos, & iſta opinio etiam eſt uera ſincere intellecta. Ego autem pro clariori intelligentia cõcordando dictas opiniones ex ſcriptis doc. hinc inde ſparſis dico ſic. Aut argumentum ab etymologia uocabuli formatur affirmatiue, aut negatiue. ſi affirmatiue, dico quod ab etymologia ſine pluri, & ſine ſubauditione, uel ſuppletione argumentum non procedit, unde non ſequitur, de meo factum eſt tuum: ergo eſt mutuum. quia poteſt eſſe donatio, nec ſequitur, eſt teſtatio mentis, ergo eſt teſtamentum: quia poteſt eſſe codicillus, & ratio iſtius eſt, quia etymologia generalior eſt quàm diffinitio, & à ge

nere



nere ad ſpeciem affirmatiue non ualet argumentum: ut animal eſt, ergo homo eſt. non ſequitur. Et ut dicam latius infrà in loco à remotione generis, & in hoc omnes conueniunt. Si autem quærimus an ualeat argumentum ab etymologia negatiue: tũc iterum ſubdiſtinguo: aut ſumitur ab eſſentiali natura uocabuli, prout ſumi debet, aut non, primo caſu, ualet & tenet, imò neceſſariũ eſt argumẽtum. d. l. ij. §. Appellata. & ibi Sali. exẽpli gratia. mutuũ dicitur quia de meo fit tuũ, nũc arguo ſic, de meo nõ fit tuũ, ergo nõ eſt mutuũ. Itẽ teſtamẽtũ eſt teſtatio mentis, nũc arguo ſic, non eſt teſtatio mentis, ergo non eſt teſtamentum d. l. j. ff. de teſta. & Inſti. eo. in princ. Secundo caſu quando etymologia non procedit ab eſſentiali natura uocabuli ut debet: ſed ab aliquo initio, uel exordio, tunc non procedit argumentum ab etymologia uocabuli. exempli gratia, poſſeſsio dicitur quaſi pedum poſitio, quia ita fuit ab initio rationalis creaturæ: quare etiam nunc retinet illud nomen: nimirum ergo ſi non procedat argumentum negatiue ut declarat Alex. & doct. nouiſsimi in d. §. Appellata. & idem quando etymologia ſumitur ab eo quod rationabiliter ineſſe debet nominato: ut Imperator dicitur ab imperando: Rex, à regẽdo, Auguſtus ab augendo, Pontifex quaſi pontem morum faciens, licet enim iſta ceſſent, nõ propterea deſinit eſſe Imperator, Rex: Auguſtus uel Pontifex, imò eſt eis nihilominus obtemperandum: ut dicit Panor. d. c. j. de iudi. & idem Panor. in c. Cum non liceat. de reſcrip. per text. notab. in cap. Sacerdotes. ij. q. vij. & idem uult dominus Petr. de Ancha. in repetitione cap. Canonum ſtatuta. circa principium de conſti. quod bene nota. & idem quando nomen appellatiuum eſſet impoſitum ab euentu: ut patet in Scipione Affricano ſic

appel

appellato ob uictam Africam non quia fuit Africanus. ſic etiam diabolus appellatur homo ab euentu, non quòd ſit homo: ſed quia ſua ſuggeſtione deuicit hominem. c. Licet de uitanda, iuncta glo. de elect. Et idem quando nomen appellatiuum eſſet impoſitum fictitie, uel ſimulate. text. eſt ſing. ponens caſum quotidianum in c. Vt clerici. de regula. & ibi omnino uide Panor. & idem quando alluſioni repugnaret communis uſus loquendi, ita notab. dicit Alber. de Roſa. in d. l. ij. §. Appellata. quem ſequitur ibi Iaſon per l. Liberorum. & l. Anniculus. ff. de uerbo. ſig. & idem eſt de mente Panor. ſuper ſalutatione Gregoriana in iiij. colum. ubi recurre. Et ratio iſtius eſt, quia communis uſus loquendi etiã in ſtatutis præfertur cuicunque diffinitioni, ſeu diſpoſitioni legali, ut declarat Bar. in l. Labeo. ff. de ſupell. lega. & idem Bar. in rubri. ff. de no. oper. nuncia. de quo uide quod dicam latius infrà in loco ab opinione uulgi. Et generaliter non procedit argumentum ab etymologia uocabuli, quando in ipſa etymologia uerbi datur exceſſus in aliquo. Quod poteſt contingere tribus modis. Vel quia etymologia excedit nomen etymologiatũ. Vel quia exceditur à nomine. Vel quia excedit & exceditur. Exemplum primi. preſbyter dicitur quaſi præbens iter. & Epiſcopi dicũtur quaſi ſuperintendentes d. c. Cleros. certum autem eſt quod hic etymologia excedit etymologiatum ſeu nomen interpretatum, quia multi alij à ſacerdotibus ſunt uiri iuſti et ſancti præbẽtes iter: & alij ab epiſcopis ſunt ſuperintendentes. Exemplum ſecundi, priuilegium dicitur lex priuatorum. d. c. Priuilegia. iij. diſtin. & tamen priuilegium poteſt eſſe lex aliorum in dignitate exiſtentium, ut quotidie uidemus. Ecce ergo quod etymologia exceditur à nomine. Exemplum tertij. rex



rex dicitur à regendo, hic excedit etymologia nomen, quia multi qui non ſunt reges regunt: ſic etiam multi non exiſtentes imperatores imperant. Item nomen hoc caſu etiam excedit etymologiam: quia hoc nomen rex eſt ſumptum à regno ſub quo includuntur omnes regimẽ quomodocunq; habentes. c. Solite. de maio. & obed. ita ſingu. dixit Huguitio & poſt eum Præpoſitus in d. c. Priuilegia. & Felin. in ſalutatione Gregoriana, & ſentit Bar. in d. l. Omnes populi, ubi dicit proprium ſignificatum alicuius nominis ſumi, uel ex etymologia, uel ex diffinitione, uel ex legis auctoritate. & ſemper diffinitionem præferendam eſſe etymologiæ, ut ibi uidere poteris latius per eum. Epilogando ergo, dico quod hæc argumentatio ab etymologia uocabuli indiſtinctè non procedit in etymologia nominis proprij ad effectum qui cauſatur ex etymologia: nec in etymologia nominis appellatiuis, quando uocabulum habet diffinitionem diſcrepantẽ ab alluſione. nec quãdo ſumitur affirmatiue ſine pluri: nec quãdo formatur negatiue & nõ ſumitur ab eſſentiali natura uocabuli. Sed ab aliquo initio ſeu exordio, uel ab eo quod rationabiliter ineſſe debet nominato: uel ab euentu, uel à nomine appellatiuo fictitie ſeu ſimulate impoſito; uel quãdo repugnaret cõmunis uſũ loquendi, uel quando in ipſa etymologia uerbi datur exceſſus in aliquo: ut ſuprà declaraui: & generaliter non debemus ſtare alluſioni ſiue deriuationi uocabuli quãdo per legẽ uel canonẽ habemus aliter declaratum: ita dicit Bart. in conſi. clxix. incipiente ſtatutum ciuitatis Tuderti. ualidum autem & efficax eſt hoc argumentum ab etymologia uocabuli in tribus caſibus. Primo quando uocabulum non habet diffinitionem. Secundo quando uocabulum habet diffinitionem, ſed diffinitio

tio non diſcrepat ab alluſione. Tertio quando diffinitio etiam diſcrepat ab alluſione ſi formetur negatiue ab eſſentiali natura uocabuli prout ſumi debet ut ſuprà declaraui, quod tene menti: quia per præmiſſa limitatur aliud generale prouerbium: ſi re priueris, nec nomen habere mereris: de quo meminit gl. in c. Cor epiſcopi. lxviij. diſt. ut illud procedat quādo nomen ſignificat ſubſtantiam, uel qualitatē neceſſariam ineſſe alicui ſubiecto: ut uideri poteſt in caſu ſingulari. l. Lucius titius. ff. de fideicom. liber. & in caſu ſingulari. l. Tale pactum. §. fi. ff. de pact. & in caſu nota. l. Tutelas. cum ibi not. per Bal. ff. de capi. diminu. ſecus ſi nomen ſignificat ſolam ſimplicem demonſtrationem, ut in exemplis ſuprà poſitis, & in l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. ita notab. dicit Bal. in c. Vnico. circa fin. de uaſal. mili. qui arma bellica depo. in uſib. feud. Ex cuius dicto iuſtificatur theorica Ioan. de Lignano in proœmio clemen. ubi dicit quòd ſcholares intrantes ſcholas & non attendentes nec ſtudentes non debent gaudere priuilegio ſcholarium. Item ex eodem dicto iuſtificatur deciſio Bart. in l. Semper. ff. de iure immuni. ubi dicit quòd illi qui ſunt de collegio alicuius artis, ſed artem illam non exercent, non debēt gaudere priuilegio illius artis: pro quo eſt tex. in l. Qui ſub prætextu. & ibi hoc uolunt Sali. Pau. de Caſt. & doct. not. C. de ſacroſan. eccle. & Panor. in d. c. j. in fi. de iudi. & Bar. & Ioan. de Platea in l. Vnica. per illum text. C. de colleg. & carthopa. lib. xj. per hoc etiam iuſtificatur deciſio Guil. de Cuneo in l. Neminē. C. de ſacroſanct. eccle. quem ſequitur Ioan. de Platea in d. l. Vnica. quæ habet quod impetrantes à ſede apoſtolica ut in abſentia poſſint recipere fructus beneficij ſtando in ſcholis ſeu in ſtudio, prout ſæpe uidi non habebunt fructus ſi non ſtudent,



ſtudent, de quo uide ibi latius per eos, quæ omnia tene menti, tanquam pulchra, utilia, ſingularia, & quotidiana.

## LOCVS AB OPINIONE VVLGI. VII.

PRæterea habemus in iure locū ab opinione uulgi ſeu uulgari modo loquendi à quo ſumptum argumētum eſt forte, frequens & multum utile, ualet enim ad coniecturandum mentem ſeu uoluntatem defuncti. l. Cum delanionis. §. Aſinam molendinariam. ff. de fund. inſtru. Item ad ſciendum ſtatum ſeu qualitatem rei: præſumitur enim res ſic ſe habere uti uulgus opinatur. l. j. in uerbo, Circumcolentium. ff. de flumi. hinc dicit glo. ordi. in l. Vbi adhuc. C. de iur. dot. quod per opinionem uulgi probatur paupertas & uirum uergere ad inopiam. de quo ibi per Bald. in viij. col. in uerſi. Quærit hic glo. & per Bar. in l. Si conſtante. in prin. in iij. col. in uerſi. Quæro. ff. ſol. mat. Item ualet ad habendum intellectū cuiuſcunq; diſpoſitionis. uerba enim ambigua debēt intelligi ut opinatur uulgus, & ſecundum communē uſum loquendi etiam ſi repugnet propria ſignificatio, & ergo conſiderandum eſt qualiter uulgus loquitur. tex. eſt not. in l. Labeo. & ibi Bar. not. ff. de ſupell. leg. bonus tex. in l. Librorum. §. Quod tamen caſſius. ff. de leg. iij. & ibi etiam Bar. & eſt bona glo. in c. Præterea. de uer. ſign. & glo. in c. Nonnulli. in prin. ſuper uerbo, Dietas. de reſcrip. & glo. in c. Cupientes. in prin. ſuper uerbo, cōmodo. de elec. li. vj. & utrobiq; doc. & bonus tex. iuncta gl. in c. Vnico. & ibi Domi. de iniur. lib. vj. & pulcher tex. in c. Vnico. in. §. Porro, & ibi etiā Domin. de ſtatu regu. eo. lib. uerba enim non debent intelligi ſophiſticè, ſed debēt capi in ea

in ea ſignificatione quam ſolent rectè intelligentibus generare: & in dubio debet recurri ad communem intelligentiam. text. eſt ualde notab. in c. Ex literis. j. & ibi. Innocen. Panor. & doc. de ſponſa. per quem text. dicit Bal. in extrauag. de pace Conſtant. in uerbo, Opizoni, in fine. quod omnis intellectus eſt extraneus qui non ſonat in auribus uulgi. Hinc etiam dicit idem Bal. in l. fi. in xiiij. & xv. quæſt. C. de hæredi. inſti. quod toleranda eſt improprietas quam lex uel communis intellectus tolerat, & quòd cõmunis intellectus alicuius loci uel patriæ interpretatur uocabula: & allegat d. §. Quòd tamen Caſsius. quem omnino uide, quia pulchrè & magiſtraliter loquitur: imò quod plus eſt communis uſus loquendi præfertur proprio ſignificato uocabuli, nedũ in diſpoſitione iuris poſitiui ſeu legibus iuriſconſultorum: ſed etiam in ſcriptura diuina. text. eſt notab. in cap. Maiores. circa med. & ibi hoc not. Panor. de baptiſ. & idem Panor. in c. Nam & res. & in cap. Ioſeph. & in c. Quamuis. per illos tex. de uerb. ſig. ubi dicit quòd in interpretatione legis & cuiuſcunq; diſpoſitionis etiam diuinæ, communis uſus loquẽdi præualet propriæ ſignificationi: & per hunc modũ arguendi dicit Bal. in c. Licet. de offic. lega. quòd ſi ſit abbas habens monachum & fratrẽ carnalem in ſeculo, & quidam tertius relinquat fratri talis abbatis decem ducatos, quòd tale legatũ intelligitur relictum fratri ſanguinis & non fratri religionis: quia ita uulgus intelligit. quod dictum refert & ſequitur ibi Panor. hinc etiam dicit Ioan. de Imo. in c. Inter corporalia. de transla. prælato. per illũ tex. quod ſi à contrahentibus proferuntur uerba quæ unus eorũ intelligit uno modo & alius alio modo, præualet intellectus habens pro ſe communem uſum



uſum loquẽdi, etiam contra propriam uerborum naturam: pro quo bene facit. d. c. Ex literis. j. cum ibi not. hinc etiam dicit Oldra. ut refert Bar. in. §. Cum igitur. in auctẽ. de non eligen. ſecun. nuben. mulie. coll. j. quod quando relinquitur mulieri legatum annuum donec caſtè uixerit, intelligitur ex communi uſu loquendi donec ad ſecunda uota non tranſierit, licet aliud uideatur de ꝑprio ſignificato uocabuli cũ in matrimonio ſit caſtitas. c. Nicena. xxxj. diſt. j. & l. Mulier. §. Cum proponeretur. ff. ad trebell. de quo uide latius per Ang. in d. §. Cum igitur. & per Ange. de Aretio in. §. Iuris præcepta. Inſti. de iuſti. & iure. & aliquid per Panor. & Canoniſtas in c. Vt clericorum. de uita & honeſta. cleri. & per eundem in c. Quod à te. de cle. cõiug. imò quod fortius eſt cõmunis uſus loquendi præfertur propriæ ſignificationi uocabuli, etiã in materia odioſa & ſtricta ut ſtatutorũ. Ita nota. dicit Panor. in c. Per tuas. in ij. colum. de proba. & idem Panor. in c. ij. in princ. de arbit. Iſtam regulam etiam ponit Bar. & ſequuntur Alex. de Imo. & Iaſon in rubri. ff. de noui ope. nuncia. & idem Bar. in l. Libellorum. §. Sed ſi aliud. ff. de accuſa. & ibi reperies pulchra exempla quæ breuitatis gratia omitto. Hinc etiam dicit multum notab. dominus Cardi. in cõſil. cxj. incip. Factum ſic ſe habet, quod licet dicatur decedere inteſtatus propriè ille qui poteſt teſtari, & non eſt teſtatus (ut plene habetur in l. j. et ibi Bar. ff. de ſuis & legi. hære. tamen etiam in ſtatutis dicitur inteſtabilis, impubes, furioſus & ſimiles propter communem uſum loquẽdi. & idem uoluit Pau. de Caſt. in conſil. ſuo cclxxxviij. inci. Propoſito quodã ſtatuto in antiquis. Idẽ etiã uult ipſe Car. in cle. ne Romani. §. ſane. in vj. q. de elect. ubi dicit ꝙ in ſtatutis & alijs diſpoſitionibus habentibus uerbam

ba ambigua attenditur communis uſus loquendi. Hinc etiã dicunt Ange,& Alex.de Imo.in l. Vbi autem non apparet. ff.de uerb.oblig.quod ſi ſtatuto caueatur quod cauſæ grauiores debeant committi doctoribus optimis, non poterit fieri commiſsio niſi obtinentibus gradum ſupremũ in ſciẽtia & doctoratu,ad quod cognoſcendũ recurretur ad cõmunẽ opi. & famam.& allegant aliqua ex iuribus præallegatis.Hinc etiam ſingul. dixit Alberi. de Roſa. in prima parte ſtatutorum q.lxxxiiij.quod in ſtatuto puniente lacerantem ueſtes alterius,attendi debet communis uſus loquẽdi non propria ſignificatio uocabuli, & idem eſt de mente Cardi.in cle.ij.in.v.q.de uita & hon.cleri. quod tene menti. Hinc etiam dicit ſingul.Ioan.And.in c.Fundamenta.de elec. li.vj.in nouella quod licet appellatione nepotis ex proprio ſignificato uocabuli ueniat duntaxat filius filij uel filiæ.l. Iuriſconſultus. ff. de gradi.tamen ex communi uſu loquendi comprehẽditur etiam filius fratris uel ſororis etiam in materia odioſa ut in caſu d.c. Fundamenta. Et quòd in materia etiam odioſa uel ſtricta ſeu pœnali puta ſtatutorum cõmunis uſus loquendi præferatur proprio ſignificato uocabuli tenet Bar.in l.Omnes populi.in vj.quæſt.prin.in uerſic.iuxta premiſſa quæro. ff. de iuſti. & iure.& idem Bar. Bald.Pau.de Caſt.& doct.in l.Non dubium. C. de legi. & idem Bar.in d.l.Labeo.& Pau. de Caſt.in l. Scire leges. ff. de legi. in quibus locis habetur ualde notab. quod licet in dubio non ſit recedendum à uerbis & proprio ſignificato eorum.l.non aliter.ff.de lega.iij.& l.j.§.Si is qui nauem.ff. de exercito.tamẽ hoc fallit ſecundum eos in tribus caſibus.

¶ Primus eſt quando lex uel diſpoſitio in ſenſu proprio continet abſurditatem, iniquitatem, uel inhumanitatem. l. In



In ambigua. ff. de legi. & l.Scire oportet. §. Aliud. & ibi Bal.ff.de excuſa.tuto.ſemper enim ſic eſt interpretanda lex ut non contineat abſurditatem,iniquitatem, uel inhumanitatem ut ibi,& dicam latius infrà in loco ſequenti.

¶ Secundus eſt quando ratio diſpoſitionis repugnat, quæ in dubio eſt attendenda. ¶ Et tertius caſus ſeruiens propoſito eſt, quando communis uſus loquendi eſſet in contrarium : & idem notabiliter Petr. de Ancha. in repetitione. c.Canonum ſtatuta in. iiij. q. princ. de conſti. & dominus Matthæus de Matheſillanis in notabilibus ſuis,notab.xcvj. quem omnino uide,quia decidit quæſtionem quotidianam. Iſtud idem uidelicet quod communis uſus loquendi præferatur propriæ ſignificationi uocabuli etiam in materia ſtricta ut ſtatutorum firmant latè Anto.de Butrio Panormi. Felic. & alij.Canoniſtæ in princ. compilationis Gregorianæ,ubi plus dicunt uidelicet quod hoc procedit etiam ſi ſtatuto caueatur quòd uerba ſtatutorum intelligantur prout iacent : nam illo non obſtante recipiunt interpretationem à communi uſu loquendi ſecundum eos, & idem ſi ſtatuto caueretur quod ſtatuta deberent intelligi ad literam ſiue quod gloſſari uel interpretari non poſſent ſecundum Bald. in dict. l. Omnes populi. in. x.colum. in uerſic. unde quæro nunquid ius commune,& uult Felic. ibi ſuprà ubi magiſtraliter & copioſiſsimè loquitur in hac materia: quod tene menti: quia ex hoc habes nouam limitationem ad l.iiij.§.Hæc uerba.cum ibi nota.ff.de nego.geſt. & ad c.In noſtra.de iniurijs ubi habetur quòd in ſtatutis uerba debẽt capi proprie : quia hoc eſt uerum niſi appareat uerba in ſtatutis poſita ex communi uſu loquendi, aliud ſignificare quàm per proprium ſignificatum eorum importatur,quia

tũc ille cõmunis uſus loquẽdi præferri debet per prædicta, & ita reperio expreſſe uelle Lanfran. in repetitione. l. Si uero. §. De uiro. ff. ſolu. matri. & Salice. in repetitione. l. ij. C. de noxa. actio. & eſt de mente Bar. & aliorum in d. rubri. ff. de noui ope. nuncia. quod tene menti. Et per præmiſſa uidi ſemel decidi unam arduam quæſtionem matrimonialem, in qua fuit articulatum & probatum uirum protuliſſe ad mulierem pudicam & uirginem eum ad copulã admittere nolentem niſi ſibi ſuam fidem daret, hæc uerba, faciã tibi tantum honorem quantũ inferam ſcandalum ſi me ad copulam admiſeris, quæ eundem hoc pacto ad copulam admiſit credens per hoc ſibi fidem dari, fuit etiã articulatum & probatum quod ex communi uſu loquendi loci ſeu patriæ hæc uerba, faciam tibi tantum honorem quantum inferam ſcãdalum prolata à uiro ad mulierem quam hoc medio ſeducit & deflorat important fidei dationem, cum extra ſtatum coniugij non poßit ei tantum honorem impendere, & fuit iudicatum pro matrimonio propter ſignificationem quam recipiunt dicta uerba ex communi uſu loquendi loci. ſeu patriæ & propter copulam quæ reſpondet ad omne quare: ut dicunt Hoſti. & Ioan. And. in c. Tua nos de ſponſa. pro quo bene facit c. j. de adul. & d. c. Ex literis. j. cum ibi pulchrè nota. per Inno. Panor. & alios: quod tene menti. Debet ergo aduocatus ſemper eſſe cautus ut articulet & probet uerba libellata ex communi uſu loquẽdi importare matrimonium uel ſponſalia quando ex diſpoſitione iuris hoc non important, ut in d. caſu. & ſimilibus. nam communis uſus loquendi cum conſiſtat in facto non præſumitur. l. quæcunque. §. fi. ff. de publicia. & ergo debet articulari & probari: ut uult notabiliter Bar. in d. l. Labeo. & Ang.



Ange. in princ. Inſti. in rubri. & Feli. in d. princ. compilationis Gregorianæ. & Anto. de But. in repetitione. c. fi. de conſue. circa fin. quem omnino uide. Caue tamen ne decipiaris, quia dicta theorica: communis uſus loquendi præferendus eſt propriæ ſignificationi uocabuli, recipit plures nobiles declarationes, fallentias ſeu limitationes.

¶ Vna eſt quando ſtatutum diceret quòd uerba debent inteligi ſecundum propriam ſignificationem uocabuli. tunc enim non attenderetur communis uſus loquendi, quia illa non eſt propria ſignificatio uocabuli, ita nota. dicit Bart. in l. l. Labeo. & Feli. ibi ſuprà. ¶ Secunda fallentia eſt quando ſtatuto caueretur, quod uerba intelliguntur nullo extrinſecus addito uel intellecto: tunc enim non attenditur communis uſus loquẽdi, quia ille uenit extrinſecus, cum non ſit propria ſignificatio uerbi ut ſtatim dixit, et probat latè Bar. in d. l. Labeo. ita ſing. uolunt Anto. de But. Panor. Feli. & Canoniſtæ in dicto principio compilationis Gregorianæ. & Ludo. de Ro. in ſuis ſingul. ſingulari ccccxix. incip. Communis doctrina eſt, ubi dicit ſe per hoc obtinuiſſe Florentiæ in magna quæſtione. ¶ Tertia fallentia eſt, ut dicta theorica procedat: quando communis uſus loquendi contrarius propriæ ſignificationi uocabuli tam eſt apud peritos, quàm apud imperitos, ſecus ſi apud imperitos tantum: ut dicit Bal. in c. j. in iij. colum. de ſucceſſ. feudi. in uſi. feudo. nimis enim abſurdum eſſet dicere quod propter abuſiuum modum loquendi perſonarum illiteratarum deberet recedi à propria ſignificatione uocabuli: uel quod communis loquendi cauſari poſſet ab inſenſata uulgi aſſertione, ut inquit Baldus in lege prima. C. de ſucceſſo. edict. & eſt de mente Felini in dicto principio compilationis

Gregorianæ, ubi reperies per eum in hanc materia plura alia utilia & ſingularia dicta in practica quotidie ſeruiẽtia. quem non refero, quia ab omnibus habetur. ſed breuitatis gratia remitto te ad eum, & ad nota. per Ludo. de Roma, Alex. de Imo. & Iaſo. in d. rubr. ff. de noui ope. nunci. in quibus locis reperies ad ſatietatem, quæ omnia tene menti tanquam pulchra, ſingularia, utilia, & quotidiana.

## LOCVS AB ABSVRDO, SEV À VITATIONE. VIII.

PRæterea habemus in iure locum ab abſurdo, ſeu à uitatione abſurditatis, inhumanitatis uel inconuenientis, à quo ſumptum argumentum eſt ualidiſſimum: cum ſumatur à diſcretione naturali ſecundum Bald. in conſil. ſuc xxix. iij. uolu. in penul. & ulti. col. & idem uult Bald. in l. Pomponius. ij. in iij. col. ff. de nego. geſt. Et iſte modus arguendi à uitatione, ſeu ſequela abſurditatis eſt multum utilis ſecundum eundem Bal. in auten. Sed nouo iure. in fi. C. de epiſ. & cler. ubi per hoc decidit unam notabilẽ & quotidianam quæſtionem, quam ego uidi de facto in eccleſia Niuelleñ. & eo ſæpe utũtur iuriſcõſulti & legũ & canonum conditores: ut patet in l. j. in. §. Vnde quæritur. ff. de publica. & in l. Nam abſurdum. iuncta. l. præced. ff. de bonis libert. & in l. Obſeruare. §. fi. ff. de offi. proconſ. & lega. & in l. Si quis ex argẽtarijs. §. fi. ff. de eden. & eſt tex. not. in l. Scire oportet. §. Aliud. & ibi Bal. not. ff. de excuſ. tut. & bonus tex. in l. Siue hæreditaria. in fi. ff. de neg. ge. & in l. ij. in. §. Sed ſi agãt. & in. §. Sed ſi dubitetur ibi alioquin. ff. de iudi. & in l. Offilius. in uerſi. Pone inquit. iuncta glo. ff. de leg. iij. & in l. Furti. §. Pactus ue. ff. de his qui notan.



notan. infa. & in l. Eum qui ædes. ff. de uſucap. & in l. Ita uulneratus. uerſi. Quod ſi quis abſurde. ff. ad l. Aquil. & in l. Pomponius. j. in uerſ. Cæterum. iuncta glo. ff. de neg. geſt. & in. l. fi. C. de aucto. præſtan. & in l. Aliud. §. fi. ff. de reg. iur. & in l. fi. ibi, quod neq; ferendum eſt. C. per quas perſonas. & in l. Vnica. in. §. Pro ſecundo. C. de cad. toll. & in §. fina. Inſtit. qui & ex quibus cauſ. manumit. non poſſ. & in l. Si quis iuſiurandum. & in l. Generaliter. C. de reb. credi. & in l. In Ambigua. ff. de legi. & Inſti. de lege Fuſia cani. toll. & eſt bonus tex. de iure canonico in c. Venerabilẽ. circa med. & in c. In Geneſi. de elect. & in c. Ex ore. & ibi Panor. in iij. nota. de priuil. & in c. Solitæ. & ibi ſimiliter Panor. in iiij. & ulti. notab. de maio. & obed. & in c. Cum inter. & ibi etiam Panor. de except. & in c. Quemadmodum. & ibi ſimiliter Panor. de iureiur. & in c. cum ſatis ſit abſurdum. de offi. archi. & in c. Clericos. de offi. uicar. & in c. Dudum. & ibi gloſ. nota. & Dominic. de præben. lib. vj. cum infinitis ſimilibus, quæ enumerare magis eſſet laborioſum quàm ſubtile. Ex quibus iuribus ſi bene inſpiciantur patet quòd ualidiſſimum eſt argumentum ab abſurdo ad interpretationem cuiuſcunq; diſpoſitionis. Et procedit iſtud argumentum ab abſurdo etiam ſi non allegetur auctoritas ſecundum Panor. in c. Iniuſtum. in penul. notab. de rerum permu. Et formatur hoc modo, non eſt aſſerendũ id uel ſumendus ille intellectus ex quo ſequi poſſet abſurditas, inhumanitas, uel inconueniens, debet enim quælibet diſpoſitio ſic intelligi ut nulla ſequatur inhumanitas uel abſurditas, quia abſurditas uitanda eſt iuribus ſuprà allegatis. Hinc eſt quod excuſatur non obtemperans mandato ſuperioris, quãdo ex hoc ſequeretur abſurditas,

ſcandalum,uel inconueniens. Ita ſingulariter habetur per
Card.Ioan.de Imo.Feli.& doct.in c.Si quando. de reſcrip.
& per eundem Feli.in c.ij.eod.ti. & pulchrè per Cardi.in
conſil.cxlij.incip. Dominus noſter Papa. & pulchrè per
Ludo.de Roma in repetitione.l. Si uero.§.de uiro.in vij.fal
lentia.ff.ſolu.matr.quod tene menti, quia eſt quotidianum
& uidi de facto. Hinc etiam eſt quod pro euitanda abſur-
ditate:reſtringenda eſt generalis diſpoſitio.l.ij. C.de noxa.
actio.& l.Vt gradatim.§.j.ff.de mune. & hono.quod ha-
bet locum etiam in diſpoſitione ſtatutaria. ut notab. uult
Barto.in l.Omnes populi.in vj.q.principali,poſt princip.
ff.de iuſti.& iur.& ſequitur Panormita.in d.c.Solitæ. in.j.
col.in quibus locis per hoc decidunt, quod ſi ſtatutum ge-
neraliter diſponat,quod quicunq; extraxerit ſanguinem in
platea puniatur pœna capitis,barbitonſor tamen qui extra
xit ſanguinem in platea fleubothomiam faciendo non pu-
nietur pœna ſtatuti licet ex generalitate uerborum compre
hendi uideatur,nam reſtringenda eſt illa generalitas,ne ab-
ſurdum & inhumanum ſequatur. Abſurdum enim & in-
humanum eſſet dicere barbitonſorem pœna ſtatuti teneri
cum in eo non poßit argui culpa,uel dolus,ſtatutum autem
in telligi debet de extrahēte ſanguinem in platea doloſe &
cum iniuria alterius:& ita etiam uult Bar.in l.Non dubiū.
in ij.col.C.de legi.& idem Bart.in l.j.in fin.C.de agrico.&
cenſi.lib.xj.& Bal.in l.Benignus.in princ.ff.de legi. & idē
Bal.in l.Gracchus.C.de adulte.uerba enim legis non debēt
captari.l.penul.ff.ad exhiben.quæ eſt ad hoc notabilis. &
iſtud eſt uerum etiam ſi præcedat aliud ſtatutum generale
quo cauetur quod uerba ſtatuti intelligantur præciſe & ad
literā ſine ulla interpretatione ſub maxima pœna, & iſtud
erat



erat quod faciebat dubium & propter quod barbitonſor
fuit in maximo periculo dum quæſtio fuit de facto Bono-
niæ,tamen propter maximā abſurditatem uitandam, fuit iu
dicatū pro barbitonſore et recte ut refert Iaſon in d.l.Non
dubium poſt Iacob.Butriga.& Alberi.in l.Quamuis.ff.de
in ius uocan.quod tene menti.Hinc etiā eleganter dicit Bal.
in l.Data opera in iij.colum. C. qui accuſa.non poſſunt &
Pau.de Caſt.Iaſon.& doc.in l.j. ff.de legi.& idem Pau. de
Caſt.in l.j.C.ubi ſenato. uel. clariß.& Pau.de Caſt.in l.iij.
C.de epiſcopa.audien.& idem Pau.de Caſt.in d.l.Non du-
biū.& gl.ord.in l.Et ſi ſeuerior.ſuper uerbo, certis.& ibi
Bald.& expreßius Pau. de Caſt. C.de his qui notan. infa.
& Bartholo. Cepola in cautela xviij . & xix. quod ſta-
tutum generaliter & indiſtinctè diſponens quod homi-
cida occidatur uel pœna capitis puniatur : reſtringi de-
bet ad doloſe occidentem, nec habet locum in eo qui per
laſciuiam uel petulantiam aut culpam occidit,& multo-
minus in eo qui ſine culpa occidit, & ſic reſtringitur ſtatu
tum ut non ſequatur abſurdum. Et idem uult Alexand.de
Imo. in conſil.cij. iij.uolumi. incipien. Domini redempto-
ris. &c. ſuper eo de quo quæritur, &c. Et habetur latē
de hoc per Iaſo.in l.In actionibus.ff.de in litem iuran.quod
tene menti,quia eſt quotidianum & uidi de facto.Hinc etiā
ſingulariter dicit Alber.de Roſa.in prima parte ſtatutorū.
q.clxxiij quod ſtante ſtatuto quòd habens centum in bonis
uel plus deberet tenere equum & arma ad commodum cō-
munis,licet dictio plus ad modicam quantitatem referatur
l.His adiectis pluris uc.ff.de uerbo.ſig. tamen in dicto ſta-
tuto non ſic capietur,ne ſequatur abſurditas, ſcilicet quod
habens xx.milia non teneatur tenere equum & arma con-
tra

*tra mẽtem ſtatuti: cum ratione diuitiarum huiuſmodi onus
imponatur, ut ibi latius per eum, quod eſt menti tenendum*
Hinc *etiam notab.dicit* Bal. *in aucten.ingreßi.in ij.colum.*
C.*de ſacroſanc.eccle.quod ſtante ſtatuto quod nemo ex ma=
gnatibus ingrediatur palatium, intrare tamen poterit me=
dicus, uel artifex neceſſarius pro illic exiſtentibus licet ſit
de magnatibus: uerba enim ſimpliciter prolata reſtringi de
bent ad id quod eſt rationis d. l.* Q*uamuis. ff. de in ius uo=
can.ne ſequatur abſurditas uel inhumanitas : & idem uult*
Feli. *in d.c.Solitæ.in ij.colum. multa enim ſunt ſpecialiter
inducta contra regulas iuris ad euitandum ſcandalum, ab=
ſurdum uel inconueniens: ut magiſtraliter declarat* Ludo.*de*
Roma *in d. §.* De *uiro in vij.fallentia. & in conſil. cxxxij.
incip.*Q*uo ad primum conſultationis articulum, circa fin.
& longe plenius* Feli.*in c.* Nihil *cũ ſcandalo in j.ij. iij. col.
de præſcrip.ad quos quia ab omnibus habentur breuitatis
gratia te remitio, quòd tene menti quia per premiſſa limi=
tatur notab.l.*De *precio. ff.de plublic. quæ habet quod ubi
lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, & iura di=
centia quod generaliter dictum generaliter debet intelligi
d.c.Solitæ. & c.* Si Romanorum.*xix.diſt.quia hoc eſt ue=
rum niſi ſubſit aliqua cauſa uel ratio reſtringendi : puta ſi
ſequeretur abſurdũ uel inhumanitas ut ſuprà dixi: & idem
eſſet dicendum fortiori ratione quando propter aliam le=
gem oporteret reſtrictionem facere : quia ſtatuta & con=
ſuetudines recipiunt interpretationem reſtrinctiuam à iu=
re communi c.* Cum *dilectus.de conſue. & c.* Cum *dilectus
& c.*Ad *audientiam.de cler.non reſiden.& præal.l.ij.*C.*de
noxa.actio.& una lex declarat aliã.l.* Non *eſt nouum. cum
duabus ſeq.& ibi pulchre* Pau.*de* Caſt.*ff.de legi.quẽ omni=
no ui*



*no uide.& uide omnino quod dicam infrà in loco à ratione
legis ſtricta ſeu limitata ad reſtrictionẽ ipſius legis ubi ple=
ne declarabo, an & quando ex ui rationis debeat & poßit
reſtringi lex uel canon, & quomodo intelligitur dicta regu
la generaliter dictũ generaliter debeat intelligi, ubi recur=
re.* Et *quemadmodum dixi ſuprà legem eſſe reſtringendam
ne ſequatur abſurdum: ita etiam ecõuerſo debet extendi lex
etiam correctoria ad uitandam abſurditatem.glo. eſt ordi.
notab.in clem.fi.de reſcrip.& uult* Ioan.*de* Imo.*in d.§.*De
*uiro.quod tene menti.* V*ltimo circa prædicta ne procedas
ex ignotis uolo te ſcire quod abſurdum dicitur id in quo* Q*uid ab=
neque ratio, neque æquitas militat, ſed ex quo omne malum ſurdum.
aptum natũ eſt prouenire,* Exempli *gratia capere pecuniã
à iudicibus : uel alijs officiarijs pro commiſſa adminiſtra=
tione cui iuriſdictio eſt annexa: quia ex hoc nullum bonum
ſed infinita ſequuntur mala & abſurda, et inter alia ex hoc
delicta remanẽt impunita, punitur burſa, non perſona: da=
tur delinquendi occaſio : & fiunt extortiones indebitæ: ut
ſpecificè declarat text.in auctent. ut iudi. ſine quoquo ſuf=
frag. fiant. in princ.colla. ij.iunctis notatis per* Panor. *&
alios in c.j.& ij.ne prelati uices ſuas ſub annuo cenſu con=
cedant.& ita pridem publice coram magnatibus dixi ſpe=
rans circa hoc uicium quod diu irrepſit remedium poſſe
adhiberi: cum omne quod ratione caret extirpandum ſit.
cap.*Cor *epiſcopi.lxviij.diſtin. ſed non fui exauditus.* Item
*poteſt poni aliud exemplum in l.* Ex *diuerſo poſt princi=
pium ibi, eodem enim errore. & c. ff. de rei uendica. ſic e=
contra illud eſt æquum cuius contrarium eſt ãbſurdum,
text.eſt notabilis in præalleg.l.* Ita *uulneratus, quem text.
ad hoc ponderat* Bald. *in l.* Si *quis ſeruo perſuaſerit.* C.
*de fur*

de furtis.unde rectè dicit gloſ. ordina.in l. Diuortio. ſuper uerbo, Alioquin.ff.ſolu.matrimo.quod ad abſurdum ſequitur aliud abſurdum: & gloſ.ordina.in l.A` teſtatore.circa finem.ff.de conditio. & demonſtra. quod poſito quod non expedit,ſequitur quod non oportet. Hinc etiam uulgariter dicitur quod ad impoßibile ſequitur quodlibet, & quòd uno inconuenienti dato plura ſequuntur l. Ratas. C. de reſcin.uendi.& ibi id notant Cy.Bal.& Salice. Paul.de Caſt. & doc. Hinc etiam rectè dicit Ariſtoteles in libro de Anima, quod paruus error in principio maximus erit in fine: cui conſonat illud commune prouerbium uulgarium, cui aduenit unum malum illud non adueniet ſolum, de quo com memorat gloſ.ordina. in dicta aucten. ut iudices ſine quoquo ſuffrag.fiant. ſuper uerbo, illicito. & illud Pſalmiſt. XLI. Abyſſus abyſſum inuocat ſecundum intellectum Hugonis ibidem.Hinc etiam rectè dicit text.in c.Principatus. j.quæſtione.j. quod uix bono peraguntur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. Hinc etiam eleganter dicit text. in l.j.ff.de orig. iur. quod cuiuſque rei potentißima pars principium eſt.& ibi glo.rectè adducit illum uerſum Horatij: Dimidium facti qui bene cepit habet.

Hinc etiam notabiliter dicit text.in l.j. in fine.C. de impo. lucra.deſcrip. lib. x. quod ex primordio ſeu origine tituli uel cauſæ poſterior formatur euentus, per quem tex. Bald. in.l.j.§.Quod ſi nemo.ff.quod cuiuſq; uniuer. nomi. ualde commendat unum ſingulare dictum Barto.poſitum in l. iiij. §. Actor. ff. de re iudicata.quæ omnia tene menti, tanquam pulchra, utilia, & quotidiana.

Locus



## LOCVS AB EFFECTV. IX.

PRæterea habemus in iure locũ ab effectu, à quo ſumptum argumentum eſt forte,& multum efficax, quia eſt probatio ſenſitiua qua nulla eſt efficacior, nam quærere rationem ubi habemus ſenſum,eſt infirmitas ſeu debilitas intellectus:ut dicit Bald. in rubri.ff. de rerum diuiſ.in ulti. col.& idem Bald.in l.j.in ij.colum. C.qui accuſa.non poſ. Et hinc eſt quod ex genere pœnæ regulariter arguitur maioritas delicti,quia pœna debet commenſurari delicto.cap. Non afferamus.xxiiij.q.j.hoc tamen fallit interdum in caſibus in quibus pro minori delicto maior imponitur pœna propter frequentiam delicti: uel inclinationem hominum ad illud cõmittendum:ut retrahantur ab illo. Ita dicit gloſ. ordinaria notabilis in c.Admonere.xxxij.q.ij.& gloſ.in c. Propoſito.xxvij.q.j. Et iſto argumento ab effectu utitur Imperator Iuſtinianus in procemio Inſtitu.in.§. Quorum utranq; uiam,in uerſi.& bellicos quidem ſudores,&c. & ibi Ang.notat.Iſto argumento etiam utitur Iuriſconſultus in.l.Debitor. ibi uideamus de effectu rei,& ibi Paul.de Caſtro not.ff. ad Treb.Iſto argumento utitur etiam ſummus Pontifex in.c.Vbi periculũ.in prin.& in.c.Fundamẽta.circa medium.de elect.li.vj.& de eo pro nunc recordor.gloſ. ordinariã facere mentionem in quatuor locis,primo in ca. Quatuor.xij.q.ij.ubi etiã eſt bonus tex.ſecundo in.l.iij.C. de ſumma tri. & fi.cath.ſuper uerbo, nam in contemptores.tertio in l.nullus uidetur dolo facere.ff.de regu.iur.& quarto in l.cuius effectus illo.eo.tit.& aliquid habetur de eo per Bar.in l.Conſtitutionibus. ff.ad municipales,ubi notabiliter dicit quòd quædam ſunt quæ reſpiciunt effectum, & in his procedit argumentum ab effectu, quædam uero ſunt

ro ſunt quæ reſpiciunt originem: & in illis argumentum ab effectu non procedit. quod declara per exempla, ut ibi notab. per eum. Iſto argumento ab effectu utitur etiã Bar. in repetitione l. Si is qui pro emptore. in vj. q. princ. ff. de uſucap. & Alber. de Roſa. in ij. parte ſtatutorum. q. xxx. & doct. in pluribus alijs paßibus quos commemorare magis eſſet laborioſum quàm ſubtile. Et licet Bal. qui diceba tur omnia ſcire & nihil ignorare, ut cõmemorat Ludo. de Roma in ſuis ſingul. ſingulari ccclxxix. & Iaſon in l. j. in xiij. col. C. de ſum. tri. & fi. cath. de hoc loco legali non cõmemorat in l. Cõuenticulã. C. de epiſ. & cle. ubi ponit plu res locos legales: nõ eſt mirũ: quia omniũ habere memoriã diuinitatis magis eſt q̃ humanitatis. l. ij. poſt med. C. de uet. iure enucl. Et iſtud argumentum ab effectu poteſt formari quadrupliciter, ad quadruplicẽ effectum. ¶ Primo ſic: actus iudicantur liciti uel illiciti ab effectu uel fine. tex. eſt not. in procemio. ff. in. §. Illud uero ſatis. ibi & quorũ effectus iniuria eſt, &c. cum ſimil. de quo uide quod dicam latius infrà in loco à uirtute finis, ubi recurre. ¶ Secundo poteſt formari ſic: quotienſcunq; idem effectus ſequitur, non eſt curandũ de modo: tex. eſt not. in l. Si mater. & ibi glo. notat & ponit concordantias. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fact. quod eſt uerum, niſi conſtet teſtatorem uel diſponentem conſideraſſe potius modum uel formam, quàm effectum: tunc enim curandum eſt de modo & forma magis quàm de effectu. l. Si hæredi. §. fi. & l. Meuius. ff. de con di. & demon. Quomodo autem cognoſcatur quod teſtator uel diſponens conſiderauit potius effectum quàm modum, uel econtra: ponit notab. Bar. poſt Pet. quem omnino uide in l. Gallus. in. §. Et quid ſi tantũ. in j. col. ff. de lib. & poſthu. ubi



hu. ubi inter cætera in effectu dicit, quod tunc teſtator cenſetur cogitaſſe magis de effectu quàm de modo uel forma: quando conditio per eum appoſita non eſt uoluntariè appoſita, ſed uel eſt neceſſaria ad actum, uel neceſſaria ad effectum actus, ſecus ecõtra, ut ibi latius per eum: quam ſequitur ibidem Pau. de Caſt. & poſteriores: quod nota quia eſt ſubtile, utile, & ſingulare. Ne tamẽ erres uolo te ſcire, quod multum inter ſe differunt hæc triã brocarda non eſt curandum de modo dummodo habeamus effectum. de quo loquitur d. l. Si mater. & illud. non refert à quo fiat dummodo fiat. de quo loquitur. l. Cum ſeruus. & ibi de hoc pulchre per Bar. Pau. de Caſt. Io. de Imo. & doc. ff. de uerbo. obliga. & l. ij. & ibi ſimiliter Bar. & doc. ff. de condit. & demon. & illud. nõ refert à quo aliquis impediatur dummodo impediatur, de quo loquitur l. Si præſidi. C. de dona. ante nup. quod ultimum facit ad multa ut ibi dicit glo. ſed non declarat: Bal. autem ibidem in noua lectura ſpecificè per hoc dicit, quòd ſi ille qui currit ad brauium impediatur ab aliquo non conſequitur brauium, quia non refert à quo impediatur conſequi uictoriam brauij dummodo ſit impeditus. quòd tene menti, & uide aliqua pulchra in materia brauij per Bal. in procemio. ff. in uerſi. Itaque. & per Bar. & Io. de Imo. in l. Hoc articulo. ff. de hæredi. inſtit. & per Anto. Corſetum Siculum in tractatu ſuo, de brauio. & per Fel. in c. Capitulum ſanctæ crucis. circa fin. de reſcrip. & per Alexan. & alios per eum relatos in l. eum qui nouißimus. ff. ad Trebell. ubi recurre. ¶ Tertio iſtud argumentũ poteſt formari ſic, inductum ad unum effectũ non debet operari cõtrarium effectum l. Legata inutiliter. ff. de adimẽ. lega. l. ij. ante fin. C. de iura. calum. l. Qui hominem. §. fi. & ibi nota. ff. de

i

de brauio.

*ff.de ſolu.& l.Cum is.§.j.ff.de condit.indebi.& l.Sine hæreditaria.in fine.ff.de nego.ge.& c.Maiores.§.Sed adhuc.& ibi not.extra de baptiſ.& hinc dicitur quod eadem ſolutio non operatur liberationem & repetitionem.d.l.Qui hominẽ.§.fi.& d.l.Cum is.§.j.& quod inducta ad augmẽtum non operantur diminutionem.l.Si mancipia. in princ. ff. de fundo inſtruc.* Et econtra *inducta ad diminutionem, non operãtur augmentũ d.l.Legata inutiliter.& l. Legata inutiliter.in prin.& ibi doc. ff.de lega. j.de quo uide quod dicam latius infrà in loco ab ordinatione.* ¶ Quarto iſtud *argumentum poteſt formari ſic:ex efficacia effectus arguitur potentia cauſæ efficientis, exitus enim acta probat,& effectus denotat cauſam l. Rem non nouam.circa finem. C. de iudi.& d.§.Quorũ utrãq; uiam.et præal.c.Quatuor.in quibus iuribis ponuntur exempla,& gratia euidẽtioris intellectus,addo aliud exemplũ quotidianum:ut ſi uulneratus abſq; longo interuallo decedit: præſumitur ex uulnere decedere, & ſic præſumitur uulnus fuiſſe letale arguendo ab effectu.niſi ex aduerſo articuletur & probetur quod mors ſequuta eſt ex adiũcta culpa uulnerati.Ita ſing.determinat Bal.& poſt eum Præpoſitus in c.j.in iiij.col.quibus modis feudum amitta.in uſi.feud.& uult Ang.de Are.in tractatu maleficiorũ ſuper illis uerbis,& ex dictis uulneribus mortuus fuit, &c. ubi etiam exemplificat de multiplici culpa uulnerati:ut quia non adhibuit medicum uel tardè adhibuit uel adhibuit imperitum,uel ei non obediuit: uel cum uxore aut alia muliere concubuit. Et idem uoluit notab. Bal. in l. Qui occidit.§.fi. ff. ad l. Aquiliam. & idem Bal. in l.Si ab hoſtibus.§.j.ff. ſolu.matri. quod tene menti,quia habui de facto & poteſt quotidie occurrere in practica.*





## LOCVS A' SIMILI X.

PRæterea *habemus in iure locum à Simili,à quo ſumptum argumentum eſt probabile utile & frequentiſſimum.Et formatur dupliciter.* ¶ *Vno modo ſic, ubicunq; eſt eadem ratio uel æquitas ibi debet eſſe eadem iuris diſpoſitio.l.Illud.ff.ad legem Aquiliam & l.A' Titio.ff.de uerb. obli.cum ſimi. illa enim quæ in radice & cauſa conueniũt, conueniunt etiam in effectu l. De quibus.& ibi Ange. & doct. not. ff. de legi. & hoc argumento à ſimili utitur glo. in aucten. matri & auiæ. ſuper uerbo, tutelam. C. quando mulier tute.offic.fungi poteſt: & gloſ. in aucten. ut hi qui oblig.perhibent ſe ha.res mi.in prin.colla.vj.& glo.in aucten.minoris debitor. C.qui da.tuto. poſſ. hoc argumento etiam utitur gl.in pulchra quæſt.in l. Si conſtante. in prin. ff.ſolu.matri.& in l.Vbi adhuc.C.de iure dot. eo etiam utitur glo.in pulchra quæſt.in l.j.& ibi latius Ioan.de Pla.C. de ſuarijs.lib.xj.& doct.in infinitis alijs paſſibus quos cõmemorare magis eſſet laborioſum quàm ſubtile:de quo uide latius infrà in loco à ratione legis larga, ampla,ſeu generali ad extenſionẽ ipſius legis.* ¶ *Secundo iſtud argumẽtum formatur ſic,de ſimilibus,ſiue connexis idẽ eſt iudiciũ. c.Inter cæteras.de reſcrip.c. Translato. de conſti.c.ij.ante med.de trãsla.præla.c.In cauſa.de re iudic.c.ij.ibi ad inſtar. de ſpõſa.& c.Dudum.circã fi.ibi ad inſtar etiam de præbẽ. li.vj.& .§. Recte.in uerſic. hinc ſimile.Inſti.mandati. & l. Nõ poſſunt.& l.Sed & poſteriores.et præal.l.De quibus. ff.de legi.& l.j.C.quæ ſit longa conſue. cum infinitis ſimilibus quæ enumerare magis eſſet laborioſum quàm ſubtile. In quibus iuribus ut ad oculũ uideri poteſt tam legũ quàm canonum cõditores utuntur hoc argumento à ſimili.Et illo*

etiam utitur gloſ. in pulchra quæſtio. in c.Literas. de filijs præſby.& gl.in l.Forma.§.j.ff.de cenſi.& doc.in infinitis alijs paßibus.Hinc etiam quotidie arguimus à dominio ad quaſi dominium & ecõtra.§.Sed iſte.Inſti.de actio.& l.j. ff.de pollic.Item à quadrupede ad bipedẽ.l.penul.ff.ſi quadrup.paupe.feciſſ.dica.Item à lege ſcripta ad conſuetudinẽ d.l.De quibus.in fi.Item ab expreſſo ad tacitũ: quia æquiparantur l.Cum quid.& ibi habetur plene de hoc per Bal. Ange.Sali.& doc.ff.ſi cer.pet.& l.Triticum.cum ibi not. ff.de uerbo.oblig.& præal.l.De quibus.in fine.Ex quo inter alia ſingulariter infertur quòd quemadmodum hypotheca expreſſa trahitur & extenditur ad futura(ut eſt tex. ſingul.in l.fi.C.quæ res pigno oblig.poſſ.)ita etiam hypotheca tacita à lege inducta trahitur & extenditur ad futura,tex.eſt ſingul.in l.Hac edictali.§.Illud.uerſ.Omnibus.C. de ſecũ.nup.& ibi hoc punctualiter uult Bal.& idem uult glo.ordi.licet referat Ioan.tenere contrarium in præal.l.fi. & ibi hoc expreſſe firmat Salic.& Ludo.de Roma in ſingularibus ſuis ſingulari cxlviij.quòd tene mẽti quia eſt quotidianum. Hinc etiam quotidiè arguimus à iudice ad arbitrum: quia arbitria redacta ſunt ad inſtar iudiciorum l.j. ff.de arbit.quod poteſt induci ad multa. ¶ Primo ad hoc quod ſicut iudex debet ferre ſententiam in ſcriptis l.ij.& fi.C.de ſen.ex peri.reci.& c.fi.de re iudica.lib.vj.ita & arbiter.l.j.& ibi glo.Salic.& doc.C.de ſent. ex peri. reci.& probatur in c.Cum ab uno.de re iudi. lib. vj.¶ Secundo ad hoc quod ſicut iudex debet ferre ſententiam de die, & non de nocte(.§.Sedebunt.in aucten.de iudic.col.vj.& c. Conſuluit. de offic.delega.) ita & arbiter: quia arbitria redacta ſunt ad inſtar iudiciorum in omnibus niſi ſpecialiter reperia





periatur ſtatutum contrarium d.l.j.cum ibi pulchre not. per glo.Odofre.& doc.ff.de arbi.¶ Tertio ad hoc quòd ſicut iudex poteſt denegare audientiam cõtumaci (l.Sed & ſi per prætorem.§.Sed & ſi dum decreto.ff.ex quibus cau.maio.) ita & arbiter,per generalitatẽ regulæ d.l.j.ff. de arbitr.& iſtud expreſſe tenet Hoſti. in ſua aurea ſumma in ti.de arbi.in.§.Qualiter ad effectum.in uerſic.Sed nunquid poteſt. ¶ Quarto ad hoc quod ſicut iudex debet iudicare ſecũdũ alleg.& ꝓbata.l.Illicitas.§.ueritatis.ff.de of.præſi. & c.Iudicet.iij.q.vij.ita & arbiter per generalitatem regulæ d.l.j. ¶ Quinto ad hoc quod ſicut iudex poteſt per totam diem qua ſententiam tulit iudicare circa acceſſoria, puta circa fructus & expenſas( l.Paulus.j.ff.de re iudica. & l.Terminato. C. de fructi.& litis expen. ita & arbiter hoc poterit eodem die,glo.eſt ſingul. in l. Quia arbiter. ff. de arbi.& ibi Bal.& doct.¶ Sexto ad hoc quòd ſicut iudex tenetur uictum uictori in expenſis condemnare(l.Eum quem temere.ff.de iudi.& c.Calumniam.de pœnis.cum ſimil.) ita & arbiter ꝑ generalitatẽ regulæ d.l.j.& hoc firmat Iaſon in l. Properandum.§.Siue autem alterutra. in prin.C.de iudi.¶ Septimo iſtud facit ad hoc quòd ſicut iudex laicus non poteſt ferre ſententiam in eccleſia:& ſi ibi ferat ſententiam illa eſt nulla c.Decet.de immu.ecc.li.vj.ita etiam dicendũ eſt in arbitro per generalitatem regulæ.d.l. j.& ita reperio expreſſe uelle Panor.in c.Quintauallis.in xiiij.col.de iureiuran.dicẽs Io.An.hoc idẽ ibi uelle, ſed mẽs Io.And.nihil de hoc ibi dicit nec etiã in d.c.Decet.tene tamen hoc dictum menti propter auctoritatẽ Panor.quia eſt ſingulare et quotidianũ.¶ Octauo iſtud facit ad hoc quod ſicut iudex poteſt ſententiam ſuam interpretari & declarare

rare etiã ex interuallo (l. Ab excutore. & ibi habetur plene per glo. Bar. & doc. ff. de appell. & per Bar. in præal. l. ij. C. de ſentẽ. ex peri. recit.) ita & arbiter poterit ſententiam ſuam interpretari ſeu declarare: ita ſing. decidit Bal. in l. Ne in arbitris. circa fi. C. de arb. Sed hoc ultimũ nõ credo uerũ, & contrarium tenet expreſſe Specu. in ti. de arbi. in. §. fi. in uerſi. ſed nunquid uerbũ obſcurum. & Archid. in. §. ex his. xij. q. j. & Hen. Boic. & Panor. in c. Cum olim. de arbi. qui non ſunt leues auctores. Nec obſtat generalitas regulæ d. l. j. ff. de arbi. quia non omnis iudex poteſt ſuam ſentẽtiã interpretari: ſed duntaxat iudices ordinarij maiores: ut habetur in d. l. Ab executione. per gl. Bar. & doc. & p Bal. in præal. l. ij. Si ergo ſolis maioribus iudicibus id concedatur, & minoribus denegetur: non eſt mirũ ſi arbitris hoc non liceat: quia eorum poteſtas dependet ex compromiſſo & uoluntate partium, nec quicquam ultra poſſunt. l. Non diſtinguemus. §. De officio. ff. de arb. & c. Cũ dilectus. eo. ti. & ſi bene perpendatur Bal. in d. l. Ne in arbitris. non dicit quod arbiter finito tempore compromiſſi poteſt adiri ut interpretatur ſuum laudum: ſed ſolũ dicit quòd coram iudice cognoſcente de iniquitate laudi, ſi oriatur obſcuritas in uerbis laudi, poſſunt arbitri. ſi ſunt plures adhiberi ut teſtes ſuper intellectũ ipſorum qualiter ſcilicet ipſi intelligunt ſuum laudum: imò idem Bal. in d. l. Terminato. in ij. colum. uidetur ſentire contrarium, nam dicit quod arbiter qui condemnauit in expenſis non poterit taxare expenſas finito tempore compromiſſi ſed taxabit magiſtratus: quia quod in cõpromiſſo non habetur arbiter attentare non poteſt ſecundum eum. & allegat. d. §. De officio. quod tene mẽti quia habui de facto, & ad multa alia induci poſſet hæc argumentatio





quæ breuitatis gratia dimitto. & ſtudioſo in rebus publicis non occupato indaganda relinquo. Et iſtud argumentũ à ſimili tunc demum procedit, quando eſt ſimilitudo in eo ad quod fit comparatio, quando autem duo ſunt ſimilia ſecundum quid: ſed non ſimpliciter, tunc non procedit argumentũ à ſimili ſi in eo in quo fit comparatio ſit diſſimilitudo. Ita uolunt Archid. Domini. & Præpoſi. in c. Relatum. xxxvij. diſt. & apertius Panor. Ioã. de Imo. Feli. & doc. in d. c. Translato. & idem Panor. in c. Conſtitutus. in iij. nota. de appel. quem omnino uide. Et probatur hoc quo ad primum membrum in iuribus ſuprà allega. & in cap. Cum dilecta. de confirma. uti. uel inutil. ubi plus ſingulariter probatur, uidelicet quod etiam caſus exceptus à regula trahitur ad alium caſum ex identitate rationis: ut ibi pulchrè inducit Panor. circa quod omnino uide quod dixi ſuprà in loco ab exceptione ad regulã. Quo uero ad ſecundũ membrum probatur in c. Per uenerabilẽ. uerſi. uerũ. ubi pulcher tex. qui filij ſunt legit. & in c. Nuptiarũ. xxvij. q. j. & in c. Sicut urgeri. & ibi nota. per gl. j. q. j. debet autẽ ſimilitudo ſumi à pari ratione uel maiori: non autem à minori. Ita notab. dicit Bal. in additio. ad Specu. in ti. de diſpu. & allega. poſt prin. & idem Bal. in l. Illud. in ij. col. C. de ſacroſan. eccle. & idem Bal. in l. Si quis non dicã rapere. in j. col. C. de epiſ. & cler. unde ſimilia ſunt quorũ eſt eadem qualitas, ſed eadẽ ſunt quorũ eſt eadẽ ſubſtantia: & nullũ ſimile eſt idẽ ut uult gl. quæ ad hoc ſemper allegatur in l. quod nerua. ff. depoſi. ſed quia ridiculũ eſt allegare gl. ubi tex. habetur. allego pro hoc tres tex. unus eſt in c. Innotuit. & ibi hoc no. Panor. in vij. nota. de elec. Secũdus eſt in præall. c. ij. de trãsla. præla. Et tertius eſt in l. j. C. de uet. iure enucle. & hoc eſt

Quid ſimilitudo.

quod uult Io.And.in c.Non poteſt.de præben.lib.vj.in nouella ubi allegando Boëtium ſuper Topica Tullij dicit, quod ſimilitudo eſt rerum differentium eadem comparatio ſeu qualitas:de quo artic.uide plenius per Bal.Ang.Ioan.de Imo.& doct.in.l.Qui liberis.in prin.ff.de uulg. & pupil. Hinc eleganter dicit Bal.in l.j.in princi.ff.de iuſti.& iure. quod ſimilitudo eſt recta adaptatio, quãdo fit proceſſus ab uno particulari ad aliud particulare per aliquid quod eſt cõmune utriq;,puta per eandem rationem.l. His ſolis.C.de reuoc.dona.& l.Non ſolum.§.Qui primipilum.ubi pulcher tex.ff.de excuſ.tuto. Allegans autem ſimilitudinem habet hoc probare ſaltem colorate: quia non eſt credendum nec ſtandum ſimplici uerbo arguentis: ſicut nec ſtatur ſimplici uerbo actoris,ſed ei qui dicit incumbit onus probandi. l. Ei qui.ff.de probat.& c.Actor.vj.quæſtione.j.& d.c.Cum dilecta.ubi bonus tex. Oſtenſo autem ſaltem colorate quòd aliqua ſunt ſimilia, ſtandũ eſt ſimilitudini niſi diſſimilitudinis ratio reddatur,unde tunc negãti ſimilitudinẽ incumbit onus probandi.ita not.dicit Spec.in d.ti.de diſpu. & alleg.in.§.Poſt hoc.circa prin. & uolunt Io.And.Pauor.Io.de Imo.& doct.in d.c.Translato.Debet ergo aduocatus illius contra quẽ allegatur aliqua eſſe ſimilia, eſſe uigil ad oſtendendũ diſſimilitudinem prout facit papa in d.c. Per uenerabilem.§.Verum.qui eſt tex.ad hoc not.Nec obſtat quòd hæc eſt negatiua quæ non poteſt ꝓbari.c.Bonæ. j.de elect.c.Quoniam cõtra falſam.de proba.& l. Auctor. C.de proba.cum ſimi.quia illud procedit in uera negatiua, ſed iſta non eſt huiuſmodi imo eſt negatiua prægnans includens in ſe hanc affirmatiuã, ſcilicet quod eſt diſſimile,ergo debet probari per negantẽ ar,c.Super hoc.de renunc. cum ſimil.



ſimil. Et iſtud argumentum à ſimili ſi bene ſumatur iuxta modum iam dictum eſt forte,aliâs autem eſt multũ fragile & claudicans (ut ita loquar) uno pede:& prouenit hoc ex eo ut dixi, quia non eſt ſimilitudo in eo in quo fit cõparatio.pro quo ultra iura ſuprà alleg.facit tex.cum glo.in l.fi. & ibi Pau.de Caſt.not.C.de inoffic.dona. & tex.cum glo. in l.fi.& ibi etiã Paul.de Caſt.not.C.commu. utriuſq; iudi. Et generaliter ualet hoc argumentum, quoties duo à lege uel canone æquiparantur:tunc enim ſtatuta uel diſpoſita in uno extenduntur ad reliquum etiam in exorbitanti à iure communi:ut eſt gloſ.ordi.notab.in c.Si poſtquam. §.fin.de elect.lib.vj.& glo.in l.Si quis ſeruo perſuaſerit. C.de furt. & gloſ.in l.Quod uero contra.ff.de legi.quod tene menti. Et procedit hoc argumentum à ſimili etiam in cõtractibus l.ij.& ibi Bal.not.C.de actio.& oblig.& quod fortius eſt iſtud argumentum procedit etiam in pœnis maleficiorum & ſtatutis,ita not.dicit Bal.in præalle. l.Si quis non dicam rapere.& eſt tex.melior de iure in c.j. §. Porro. cum ſeq. quem ibi ad hoc not.Bal.& doct.quæ fuit prima cauſa beneſi.amit.in uſi.feud.unde dixit not.Bal.in l.j.C.de interdic. quòd ſtante ſtatuto quòd percutiens aliquem in platea puniatur capite,tale ſtatutum habebit locum in eo qui percutit in palatio dominorum:& ſi ſtatutum punit percutientem in gulà,habebit locum in percutiente in mammilla ſiniſtra,quia quo ad periculũ eſt locus ſimilis ſecundũ eum, quod tene menti. Hoc tamen uolo te ſcire quòd ſimilitudo quandoq; eſt probabilis & neceſſaria:puta quando lex facit aſſimilationem d. l.penul.ff.ſi quadrup.paup.feciſ.dica. cum ſi.Quandoq; autem eſt probabilis tantũ, puta quando iudex uel aduocatus facit aſſimulationẽ perſonæ ad perſonam:

nam, uel rei ad rem: uel facti ad factum. Ita not. dicit Bal. in l. Data opera. in vj. col. C. qui accu. non poſ. & ſubdit quòd ubi duo ſunt ſimilia magis ſimile eſt eligendum allegās not. per doct. in d. l. De quibus. de quo ultimo uide quod dicam latius infrà in loco à ratione legis larga, ampla ſeu generali ad extenſionem ipſius legis, circa fin. Et per hunc arguendi modum dixi aliâs in quæſtione facti, quòd ſpurius poteſt per patrem inſtitui hæres, dummodo grauetur pure alteri reſtituere, fraude ceſſante: quia ſpurio hodie poſſunt imò debent per parentes relinqui alimenta: ut eſt tex. in c. Cum haberet. de eo qui dux. in matri. quam poll. per adul. & ſic poteſt hodie aliquid capere à parentibus ſicut filius naturalis tantum, cui in hoc ſpurius hodie æquiparatur attenta diſpoſitione iuris canonici, de qua ſuprà: cui quidē iuri canonico fundato in iure naturali & æquitate: ſtandum eſt hodie in utroq; foro ſecundum Hoſti. Anto. de Butr. Panor. & doc. in d. c. Cum haberet. modo regula eſt quòd qui aliquid capere poteſt licet ſolidū capere non poſſet, poteſt inſtitui & grauari alteri pure reſtituere: ut eſt tex. in l. Cogi. §. Hi qui ſolidum. ff. ad trebell. & exemplificat ibi glo. in filio naturali: cum ergo ſpurius hodie poßit aliquid capere à parētibus: & æquiparetur in hoc filio naturali d. c. Cum haberet. ergo. &c. & ita in ſpecie determinant Ang. & Io. de Imo. in l. In tempus. ff. de hæredi. inſti. & idem Ange. in l. ij. C. eod. ti. & Alex. de Imo. in d. §. Hi qui ſolidum. Ex quo patet quod licet deciſio glo. in l. Eam quam. C. de fideicom. circa fin. ſit iuridica: tamē doc. ponentes ibidem exemplum de incapace, in totum in ſpurio errant per inaduertentiam: habētes ſolum reſpectū ad ius ciuile uetans ſpurijs à parētibus alimenta relinqui: de quo in aucten. quib. mod. natur. effi.



effi. ſui. §. fi. colla. vij. & in aucten. ex complexu. C. de inceſt. nup. & non reſpicientes ſeu conſiderantes ad ius canonicum. de quo in d. c. Cū haberet. corrigēs in hoc ius ciuile cui ſtandū eſt ut prædixi, quod tene menti, quia aliqui duræ ceruicis hoc capere non potuerunt. Caue tamen ne erres: quia licet hæc argumentatio à ſimili uel à connexis ſit multum frequens, utilis & probabilis, tamen non procedit in decem caſibus. Primo enim non procedit in caſibus expreßis per ſe in iure: pone exemplum in c. j. de ſolu. ubi ſucceſſor in beneficio æquiparatur hæredi. duntaxat quo ad ſolutionē debitorum per defunctum contractorū in neceßitatē uel utilitatem eccleſiæ, non aliâs: & ratio diuerſitatis ibi per Ioan. An. Panor. & Io. de Imo. qui cæteris clarius loquitur, non ergo poteſt indiſtinctè argui ab hærede ad ſucceßorem in beneficio, ſed ſolum ualet argumentatio in his quibus à iure æquiparantur: non autem in his quibus à iure diuerſimode in eis ſtatuitur uel diſponitur ut in caſu d. c. j. de ſolu. Et ratio iſtius eſt: quia caſus prouiſus & expreſſus facit ſilere & ceſſare tacitū. l. fi. C. de pac. cōuen. argumentum autem à ſimili uenit ex coniectura ut uult Bal. in d. l. Data opera. in vj. col. nimirum ergo ſi ceſſet quando contrarium illius quod fuit inferendū per argumētum à ſimili eſt clare in iure expreſſum & deciſum: quia in incertis, nō in certis locus eſt cōiecturis. l. Cōtinuus. §. Cum ita. ff. de uerb. obli. unde ad hoc ut argumentū à ſimili procedat requiruntur duo extrema habilia, ſcilicet extremum à quo, quod debet eſſe certum, & extremum ad quod, quod debet eſſe dubium. l. in teſtamento. ff. de condi. & demon. & l. Comparationes. C. de fide inſtru. ita notab. dicit Bald. in præall. l. Data opera. in vj. col. & idem Bal. in præal. c. Inter cæteras. circa fin.

¶ Secun

¶ Secundo non procedit, ubi tractatur de legum correctione ita notab. dicit Bald. in d. c. Inter ceteras. per not. in auctẽn. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. de quo uide quod dicam latius infrà in loco à ratione legis larga ampla ſeu generali ad extenſionem ipſius legis, ubi recurre.

¶ Tertio non procedit quando ſtatutũ imponeret pœnam habito reſpectu ad priuilegium alicuius perſonæ: quia tunc nulla poteſt fieri extenſio: ita dicit glo. ordi. ſingularis in. §. Item mixta. ſuper uerbo iudicium. circa fin. Inſti. de actio. quem ad hoc notat & ualde commendat Bal. in d. §. Porro. & poſt eum Præpoſitus ibidem, & ſequitur Feli. in d. c. Translato. & in d. c. ij. de ſponſa. & ſentit Bal. in d. c. Inter cæteras. circa fi. licet d. gl. non alleget. ¶ Quarto non procedit quando datur diſsimilitudo, etiam parua. ita dicit dominus Anto. de But. in repet. c. fi. in 50. colum. de conſuetu. quem omnino uide, & uolunt doct. in d. c. Translato. & dixi ſuprà circa princ. optimus enim modus tollendi hoc argumẽtum eſt per dationẽ inſtantiæ, hoc probatur in præalle. c. Sicut urgeri. & ibi glo. tangit & eſt tex. pulcher. & ibi hoc notat Panor. in c. Cum marthæ. in prin. de celebra. miſſa. & bonus tex. in. §. Pauonũ. in uerſi. nec ad rem pertinet. Inſti. de rerum diuiſi. & pulcher text. inſti. de rebus corpora. & incorpora. in uerſi. nec ad rem: & faciũt not. per Panor. in c. At ſi clerici. in. §. de adul. in. x. col. de iudi.

¶ Quinto nõ procedit quando lex uel diſpoſitio eſſet odioſa & in ea eſſet dictio taxatiua, quia tunc propter ſimilitudinem non infertur ad ſimilem caſum odioſum, de hoc eſt tex. iuncta glo. in l. ij. C. de patri. qui filios diſtrax. & uult Bal. in præal. l. Illud. C. de ſacroſan. eccle. & idem Bal. in l. fi. C. de interdic. matri. in noua lectura, quem omnino uide.

& ſeq



& ſequitur Feli. in d. cap. Translato. & in præalleg. c. ij.

¶ Sexto non procedit quando eſſemus in materia priuationis: quia pœna priuationis non imponitur niſi lex expreſſe dicat: glo. eſt ordi. notab. in c. fi. de iure pat. quam ibi commendat Panor. & eſt bonus tex. qui non conſueuit allegari ad hoc in. §. Cum igitur. in uerſ. Si autem. in auctẽn. de non eligen. ſecun. nuben. mulie. colla. j. quem ad hoc ponderat Bal. in auctẽn. ex teſtamento. in. iiij. colum. in noua lectura. C. de ſecun. nup. ubi per hoc decidit notab. quæſtionem. & ſequitur Feli. in d. c. Translato. & in præalleg. c. ij. licet in præal. c. Translato. corruptè alleget Bal. de quo articulo uide late per Iaſo. in l. j. C. de tranſac. ¶ Septimo non procedit quando in diſpoſitione diceretur, quòd uerba intelligantur ad literam prout iacent: ita notab. dicit Bal in d. l. ij. C. de pat. qui fil. diſtraxe. & ſequitur Feli. ubi ſuprà: ſicut enim tunc non habet locum argumentum à contrario ſenſu ut dixi ſuprà in loco à contrario ſenſu: ita nec argumẽtum à ſimili cum utrunq; ueniat ex coniectura.

¶ Octauo non procedit, quando in aliqua parte læderetur ius naturale, ita not. dicit Bal. in c. j. ante fi. in ti. an agna. uel fil. agna. in uſi. feudo. ubi per hoc decidit notabilem & quotidianam quæſtionem: & eum ſequitur Pau. de Caſt. in l. Lege. xij. tabularum. C. de legit. hæredi. ubi etiam Bal. in effectu idem dicit, & idem uoluit Feli. ubi ſuprà.

¶ Nono non procedit quando lex. uel ſtatutum non habet in ſe aliquam rationem niſi quia ita placuit ſtatuenti. text. habes & exemplum in l. Si uero. §. De uiro. ff. ſolu. matri. quod optime declarat Bal. in l. iij. in ij. colum. in noua lectura. C. de iure dot. quem omnino uide, & ſequitur Feli. ubi ſuprà. ¶ Decimo non procedit quando per argumentum

tum

tum à ſimili uellemus extendere uel trahere legem retro ad præterita.glo.eſt ordi.notab.in c.Deteſtanda.de cõceſ.præ ben.lib.vj.quam refert & ſequitur Bal.in c.j. ante fi. in ti. an mari. ſuccedat uxo.in feudo in uſib.feud.& Feli. ubi ſupra. ¶ Poſtremò uolo te ſcire & memoriæ commendare, quòd argumentum à ſimili,uel ab identitate rationis nõ cadit in ſenſum teſtis:ſicut nec argumentũ à cõtrario ſenſuz quia iſta conſiſtunt in perſpicacia intellectus.ita not. dicit Bal.in l.Conuẽticulã.in fi.C.de epiſ.& cle.Quæ omnia tene menti,tanquã pulchra,utilia,ſingularia, & quotidiana.

## LOCVS A' CONIVNCTIONE, SEV COMBINATIONE. XI.

PRæterea habemus in iure locum à coniunctione, ſeu combinatione duarum legum à quo ſumptum argumentum eſt forte frequens & ualde utile.text. eſt not. in l. Gallus.§.Ille caſus indifficilis.& ibi Bar.Bal.Io.de Imo.& doct.notant.ff.de libe.& poſthu.& eſt glo.ordi.in l. proſpexit.ff.qui & à quibus.& hoc argumento utitur Ange. in.l.fi.ff.de conſti.princ.& Ioan.An.in c.Si pater.de teſta. lib.vj.in nouella.& Bal.in l.Dominus.§.Per fideicommiſſum.ff.de uſufruct.& Albe.de Roſ.in j.parte ſtatutorum. quæſt.cxxxviij. & idem Alberi.in ij. parte ſtatutorum.q. lxvj.in pulchra quæſtione.Iſto argumento utitur etiã Bal. in l.Nec damnoſa. C.de preci.impera. offer.ubi ex coniunctione duarum legum dicit quòd tantum operatur ſecunda iuſſio,ſeu geminatio literarum principis: quantum motus proprius, & hoc dictum tanquã ſingulare & nouum refert & ſequitur Ludo.de Roma in ſua not.repetitione.l.Si uerò.§.de uiro in xxxj.fallẽtia.ff.ſol. mat.quod tene menti. Iſto



Iſto argumento utitur etiam Panor. in c.Nobis. in primo not.de iure patr.ubi per hoc & per illum tex. & quædam alia iura, decidit quòd mulier poteſt ex conſtructione eccleſiæ acquirere ius patronatus ſicut maſculus,de quo uide ibi latius per eum.Iſto argumẽto utitur etiam Bal.in l.Teſtiũ. in vij.col.C.de teſti.ubi dicit quòd ſi intendo probare præſcriptionem decennij:& produco duos teſtes qui probant de primo quinquennio : & duos alios qui probant de ſecundo quinquennio, optime probo præſcriptionem decennij ex coniunctione atteſtationũ : & idẽ dicit ipſe ibidẽ in probãda parẽtela,ut latius uidere poteris per eum:quod tene menti.Iſto argumento etiã utitur Bal.in d.§.Ille caſus indifficilis,ubi per hoc ſing.dicit,quòd ſi Titius ſit accuſatus de inceſtu:licet ad hoc ut cõuincatur de inceſtu debeat plene & coniunctim probari conſanguinitas uel affinitas, & carnalis copula:tamen ſi duo teſtes probent conſanguinitatem uel affinitatem tantum & non copulam, alij autem duo teſtes probent copulam,& non conſanguinitatem uel affinitatem,certe inceſtus eſt probatus ex coniunctione capitulorum & teſtium per d.§. Ille caſus indifficilis. ubi iuriſconſultus arguit ex coniunctione duorum capitum. imò plus dicit ibi Bal.uidelicet quòd ſi unus teſtis probet ueritatem articuli,& ipſe idem teſtis & alius probant famam quòd coniunctis iſtis probationibus ſit facta efficax probatio in cauſa ciuili in qua duæ minus plenæ probationes coniunguntur ad effectum plenæ probationis:de quo uide plenius per Alex.& alios modernos ibidem:& per doct.legiſtas in l.Admonendi.ff.de iureiuran. & per Barto.in l.j.§. Idem Cornelio.ff.de quæſtionibus. & per canoniſtas in c. ueniens.j.de teſti.& per Feli.in c. Cum cauſam. de proba. Iſto

Iſto argumento utitur etiam glo.& doc.in c.Cum contingat.de iureiuran.ubi per illum tex. iuncta auctē.ſiue à me. C.ad Velleia.dicūt quod tantum operatur iuramentū præſtitum ſuper actu à lege infirmato,quantum conſenſus geminatus,quod tene menti.Iſto argumento utitur etiam Iaſon in l.Illud.C. de colla.dicens quod iſte eſt optimus modus arguēdi,& idem reiterat ipſe in pluribus alijs paßibus quos commemorare magis eſſet laborioſum,quàm ſubtile. Hoc tamen debet limitari uerum ut procedat in non exorbitantibus. nam in exorbitantibus, uel correctorijs, neceſſaria eſſet ſuperioris prouiſio, ut magiſtraliter declarat Bar.& poſt eum Ioan.de Imo.in præal. §: Ille caſus indifficilis.de quo uide quod dicam latius in loco à ratione legis larga,ampla ſeu generali ad extenſionem ipſius legis:quæ omnia tene menti tanquam pulchra,utilia,& quotidiana.

## LOCVS À FEVDO AD EMPHYTEOSIM. XII.

PRæterea habemus in iure locum à feudo ad emphyteoſim & econtra à quo ſumptum argumentum eſt probabile, frequens, & multum utile fundatum in ſimilitudine quam habent adinuicem emphyteota & uaſallus.Conueniunt enim in hoc quod uterque habet utile dominium,de primo eſt tex.in l.j.iuncta glo. ff. ſi ager uectigalis uel emphy.peta.& in l.Poſſeſſores.in fi. & ibi nota. C.de fund.patrimo.lib.xj.Et de ſecundo eſt tex.in c.j.in.§. Rei autem.& in.§.fi.de inueſti.de re alie.fac. in uſi. feudo. & ibi Bal.Aluaro.& doc.notant,& notatur per Bar. & doc.in l.Si quis ui.§.Differentia. ff. de acquir. poſſ.& per eundem Bar.in l.j.in uerſi.Hic titulus.ff.de publica. Et iſto





argumento utitur Bal. in aucten.ſi quis ruinas. in iiij. col. in uerſi.Quinto probatur.C.de ſacroſanct.eccle.& Io. de Imo.in c.Potuit.in penul. col. de loca. & doct. in pluribus alijs paßibus ut infrà patebit.& iſtud facit ad multa.

¶ Et inter alias gratia exempli pro inſtructione iuuenum iſtud primo facit ad hoc quòd ſicut feudum ſimpliciter receptum pro ſe & hæredibus ſuis, licet in inueſtitura nulla fiat mentio de hæredibus,quia unuſquiſq; uidetur in dubio uelle proſpicere ſibi & hæredibus ſuis.l.Pactū.ff. de proba.& eſt glo.ordi.notab.in c.Vnico.quib.mod.feud.conſti. poteſt in uſib. feudo.& ibi hoc firmant Andr. de Yſernia. Bald. & Aluaro. Ita etiam erit in emphyteoſi : ut emphyteoſis ſimpliciter recepta,cenſeatur recepta pro ſe & hæredibus ſuis : cum iſti contractus maximam ſimilitudinem habeāt inter ſe iuribus præal. & ita reperio expreſſe uelle Bal.& Iac.de Alua.in d.ti.quib.mo.feud.conſti. poteſt.ubi dicunt hoc eſſe notab. & menti tenendum. De hoc tamen uide ibi latius per Præpoſi. qui leui motiuo uidetur tenere contrarium,& limita ut infrà dicam. ¶ Secundo iſtud facit ad aliud, uidelicet quòd ſicut feudum conceſſum alicui & ſuis hæredibus:intelligitur ſolum conceſſum deſcendētibus illius cui conceditur : & non hæredibus tranſuerſalibus ſeu extraneis,ut dicit gloſ. ordi. ualde notab.in l.Ex facto.§.fi.& ibi Dy.Bar.Pau.de Caſt.Alexan.& doc. ff. ad trebel.& glo.Bar.& doc.in l.Etiam.in prin.ff.ſolu.matri. & idem Bar.in l.Gallus.§. Etiam ſi parente. ff. de libe. & poſthu.& Bal.in l.fi.in vj.oppoſitione. C. de hæred.inſti. & idem Bal.in l.Liberti libertæq;.C. de ope.liber. & idem Bal.in l.j.in xlviij.quæſt. ff.de rerum diui.& eſt communis opinio ſecundum Alex in d.l.Ex facto.§.fi.& ipſa ueritas,

quicqd dicat Cy.poſt Iac.& Pe.in d.l.Liberti.pro quo eſt bonus tex.in c.Vnico.§.Et ſi clientitulus.de alie.feud. & in c.fi.ſi de feudo fue.cõtrouer.in uſi.feud.Ita etiã dicendũ eſt in emphyteoſi eadem ratione. De quo tamẽ uide latius per Io.de Imo.Alex.& alios per eum relictos in.d.l. Ex facto. §.fi.ubi recurre. ¶ Tertio iſtud facit ad hoc: quod quemadmodum dominus poteſt de gratia inueſtire fœminam de feudo nouo ad ſe liberè reuerſo omiſsis hæredibus uaſalli, ut eſt text. in c.j. in ti. quemadmodum feudum ad filiam pertineat.& in c.j.§.Filia uero.de ſucceſ.feud.ita etiam erit in emphyteoſi,ut ea finita dominus poſſet illud ius emphyteoticum confirmare in perſonam filiæ omiſsis hæredibus emphyteotæ:& ita reperio expreſſe uelle Bal.& Aluaro. in d.c.j.quemadmodum feudum ad filiã pertineat. & idem uult Aluaro.in d.§.Filia uero.quod tene menti.¶ Quarto iſtud facit ad aliud, uidelicet quod quemadmodum uaſallo mortuo de facili hæres maſculus poteſt impetrare confirmationem inueſtituræ feudi ad dominũ reuerſi. & iniuria eſt ſi ei non concedatur, ut uult glo.ordi.ſing.in l.j.§. Permittitur.& ibi Bar.Ange.de Aret.& doc.ff.de aqua quoti.& æſtiua. & idem Bar.in l.j. in fin. ff.de priui.credi.& habetur pulchrè per Ludo.de Roma in conſil. ſuo xxij.incip. Pro præpoſitæ mihi conſultationis ueritate, &c. & eleganter per Iaſo.in l.ij.in vij.colum. C.de iure emphyt.in quibus locis præfati doc.dicunt quòd hæc eſt cõmunis opinio.Ita etiã dicendũ erit in emphyteoſi, ut ea finita per generationem finitam deſcendentes poſsint petere eis emphyteoſim confirmari,& de facili debent impetrare, & eſt iniuria ſi eis non fiat confirmatio, & ideo poſſet appellari ad ſuperiorem ut cogat quod confirmatio fiat.Ita notabil.





dicunt Bar.Ange.de Aret.& doct.in d.§.Permittitur.& ſentit idem Bar.in l.Si mihi & Titio. circa fi. ff.de uerbo. oblig.Ludo. & Iaſon ubi ſuprà,& Canoniſtæ in c. Bonæ. ij.in fi.ubi bona glo.de poſtula.præla.quod tene menti quia eſt notabile,utile,& quotidianum,& habui de facto. Hoc tamen limita quando dominus directus eſſet alij extraneo conceſſurus,aliâs ſecus.ita ſingul.limitat Panor.in d.c.Bonæ.ubi de hoc uide latius per eum,& per alios doct.ut ſuprà,& pleniſsimè per Alex.de Imo. in præall. l. Si mihi & Titio.ubi optimè hãc materiam declarat. ¶ Quinto iſtud facit ad aliud, uidelicet quòd ſicut uaſalli poſſunt inter ſe diuidere rem feudalem irrequiſito domino, ut eſt glo.ordi. notabilis in l.Si familiæ. C.famil. herciſ. approbata ibidem per Bar.Bal.Pau.de Caſt. Salice. & doc.Ita etiam emphyteotæ poſſunt eadem ratione.& ita notab.dicit Bal.in l.Voluntas.C.de fideicommiſſ.de quo uide ibi latius per eum & per doc.in l.Imperialem.§.Præterea ducatus.de probi.feudi alie.per Frederi.& in c.Omnes filij.ſi de feudo fue.controuer.in uſi.feudo.ubi recurre. ¶ Sexto iſtud facit ad hoc quòd ſicut in feudis ualet pactum quod facit pater habens filios naturales & legitimos ex uxore nobili defuncta,cum ea quam uult ducere in uxorem, ut filij ex ea naſcituri licet ſint futuri legitimi non ſuccedant cum alijs filijs in primo thoro natis, ſed ſint contenti certa portione, ut eſt text. in cap. Vnico. de filijs natis ex matrimonio ad inorganicam contracto,ita etiam pater habens filios naturales & legitimos & unum filium ſpurium poteſt facere ſpurium legitimari cum pacto quod in nihilo ſibi ſuccedat,uel quod ſtet contentus certa portione eadem ratione. Ita ſingulariter decidit Anton. de Butrio in cap. Per uenerabilem.

circa xxx.col.qui fil.ſint legit.& ſequuntur Pau. de Caſt. & Alex.de Imo.in l.Pactum dotali.C.de colla.& ibi Paul. de Caſt.in rubr.C.de iure aureorum annulorum. & Iaſon in l.j.in xiiij.col.C.de iure emphyt,quod tene menti.

¶ Septimo iſtud facit ad aliud uidelicet,quòd ſicut uaſallus negans ſciēter rem eſſe feudalem perdit feudum.ut eſt text. in c.Vaſallus.in ti.ſi de feudo fue.controuer. & in c.fin.de lege Conradi in uſi.feud.& uult Innoc.in c.Cæterum.in fi. de iudi. ita etiam emphyteota negans ſcienter rem eſſe emphyteoticam perdit eam.ita not.dicit Ang.in l.fi. ff. de rei uend.& ita etiā decidit dominus Iacobinus de ſancto Georgio in ſuo notab.tractatu inueſtituræ ſuper illis uerbis dictiq; uaſalli promiſerunt non committere feloniam,& c.in ix.colum.ad quem recurre:quia pulchrè loquitur.

¶ Octauo per iſtam æquiparationem feudi & emphyteo. dicunt ſingul.Bald. & Aluar. in c. Si uaſallus feudum alienauerit ignorans in ti.ſi de feudo fue.controuer. in uſi. feudo.quod ſicuti uaſallus ignorāter alienans feudū non amittit feudum d.cap.Si uaſallus.Ita etiam ſi hæres emphyteotæ ignoranter uendidit feudum emphyteoticū non cadit à iure ſuo:unde dominus reuocare uolens habet probare ſcientiam arguendo à feudo ad emphyteoſim: quod tene menti.

¶ Nono per iſtam æquiparationem feudi & emphyteoſis dicit glo.ordi.in c.j.in ti.an agna.uel fil.agnatis.ſuper uerbo,utrunq;.in fi.multum ſingulariter,quòd diſpoſitio illius tex.loquendo in hærede uaſalli locum habet in hærede emphyteotæ.& illam glo.ſequitur ibi Bald.& reputat etiam menti tenendū.De hoc tamen uide ibi latius per Præpo.& per Bar.in l.Vt iuriſiurandi.in.§.ſi liberi.ff.de ope.liberto. ubi ſentit contrarium. & ponit pulchra dicta quotidie in pract



practica occurrentia ad quem recurre.¶ Decimo per hāc æquiparationem infertur aliud,uidelicet quod ſicut uaſallus non poteſt renunciare feudo, & ſe liberare à ſeruitio debito ratione feudi inuito domino:ut eſt glo. in c. Quæ in eccleſiarum.& ibi doct. de conſti. & glo. ampla & ualde magiſtralis in c.fi. & ibi omnes doc. de capita. qui curiam uendidit.& uult Bar.in l.Is cum quo.ff.de aqua plu.arcen. & Bal.in præludijs feudorum in v.colum.ita nec emphyteota eadē ratione:& ita punctualiter decidit Panor. in c. j.de feudis.& Spec.in ti.de loca.in.§.Nunc aliqua.in uerſi. cxxviij.& Bal.l.ij.C.de iure emphyt. & Iac. de Aluaro.in præl.§.fi.& Io.de Imo.in d.c.potuit.circa xxviij. col.hoc etiam uult glo.in c.Vnico.ſuper uerbo,partem refutare.& ibi etiam Iaco.de Aluaro. in ti.de uaſal. qui contra conſti. Lotharij feud.aliena.in uſi.feudo.quod tene perpetuò mēti.

¶ Vndecimo per iſtam æquiparationē infertur unum aliud ſingulare,uidelicet quòd ſicut uaſallo diſponente de feudo ſuo per uiam legati non debetur nec res nec æſtimatio : ut uolunt Bal.Aluaro.& doc.in.§.Donare.qualiter olim feudum poterat alienari.in uſi.feudo.per regulam.l.Vxor patrui.C.de lega.Ita etiam emphyteota diſponēte de emphyteoſi.quæ per eius mortem finitur nihil debetur eadem ratione.& ita notab.decidit Bar.in d.l.Vxor patrui. ubi dicit ſe ſic cōſuluiſſe:& idem repetit ipſe Bar.in l. Quod in rerum.§.j.ff.de lega.j. & ſequitur Aluaro. in præl. §. Donare. de quo ſi libet uidere poteris latius in locis præalleg. & latiſſimè per Hoſtien. in ſua aurea ſumma in ti. de immu.eccle.§.Inquantum.in uerſi.Sed nec illa.& per Lud. de Roma in ſuis ſingul. ſingulari cccccxxxj. incipien. Tu ſcis quod uaſallus &c. ¶ Duodecimo iſtud facit ad hoc quod

 ſicut

ſicut in alienatione feudi fienda per uaſallum uaſalli requiritur cõſenſus primi domini cui ſoluendum eſt laudiniũ,& non conſenſus domini immediati,ut eſt glo.ordi. ſingul. in. §.Illud quoq;.approbata ibidem per Bar. Iaco.de Aluaro. & alios de probib.feudi alie.per Federi. Ita etiã ſi emphyteota rem quã accepit in emphyteoſim dederit alteri in emphyteoſim:& ille uelit uendere ius ſuum requiretur cõſenſus domini & non emphyteotæ primi,ac domino non emphyteotæ ſoluendũ eſt laudinium.Ita dicit Specu.in d. ti. de locato.§.Nunc aliqua.in uerſ.centeſimo quinto.& in uerſ. centeſimo uigeſimoſexto.et eſt de mẽte Azonis in ſua ſumma.C.de iure emphyteo. in uerſic. Sed quæri poteſt.& eſt glo.ordi.in l.fi.& ibi Salice.& doc.not.C. de iure emphy. & uolũt Car.& doc.in præal.c.Potuit.de locato.quod tene menti.& ad multa alia pulchra & quotidiana ex præmiſsis & alijs iuribus colligibilia induci poteſt hæc argumentatio à feudo ad emphyteoſim, quæ breuitatis gratia omitto, & ſtudioſo in rebus publicis non occupato indaganda relinquo.¶ Et procedit hæc argumentatio à feudo ad emphyteoſim quoties diſpoſita uel conſtituta in feudo non ſunt cõtra regulas iuris communis,aliâs ſecus.ita nota. dicit Alex.de Imo.in conſil.ſuo cvj.iiij.uolu.incip.Viſo themate inſtrumenti cõceſsionis in emphyteoſim &c. & uolunt Ant.de But.Io.de Imo.& moderni in præal.c.j.de feudis.circa fi.& ſentit Bar.in d.§.Si liberti.& Alex. de Imo. in præal.l.Si mihi & Titio.in iiij.col ubi dicit quòd argumentũ à feudo ad emphyteoſim non procedit qñ talis æquiparatio nõ reperitur à iure.uide etiã de hoc aliqd per Bal. in præal. auct.ſi quas ruinas.in iiij.col.& pulchrè ꝑ eundẽ Bal.in c.Liberti libertæq;.et per Io.de Imo.in d.c.Potuit.in





pe.col.& per eundẽ Io.de Imo.& Alex.in l.Quòd dicitur. ff.de uer.obli.& aliquid per Iaſo.in auct.unde ſi parens.in ultimo nota.C.de inoffi.teſta. & pleniſsimè per eundem in aureo tractatu ſuo de iure emphyteotico in commento.l.j. illius ti.in xiij.col.& ſeq.& per Bartachinũ in ſuo aureo repertorio. in uerbo, emphyteoſis dicitur,in xvij.artic.& ex ſcriptis omnium.¶ Pro uera & clara reſolutione huius quotidiani articuli dicas hoc modo, aut quæritur an licitum ſit arguere ab emphyteoſi ad feudum:aut quæritur ecõtra,an licitũ ſit arguere à feudo ad emphyteoſim uel ad aliã materiam. Reſolutio authoris. ¶ Primo caſu dicas quòd ſi caſus non reperitur expreſſe deciſus in feudis:licita erit argumentatio ab emphyteoſi ad feudũ:dum tamẽ non ſit caſus habens rationem diuerſitatis,uel ratione iuramẽti quod in feudo neceſſario præſtatur,uel ratione ſeruitij perſonalis quod in feudo requiritur,pro quo faciũt ea quæ latè dixi ſuprà in loco à ſimili quæ hic habeãtur ꝓ repetitis. Et hinc eſt quòd ſicut emphyteota ueniendo contra pacta non ſoluendo canonem cadit à iure ſuo d.c.Potuit.& præal.l.ij.ita etiã uaſallo uenienti cõtra pacta & recuſanti præſtare ſeruitium poteſt auferri feudũ eadẽ ratione.tex.eſt not.in.§.Sed nec eſt alia. & ibi pulchrè per Iac.de Alua. in ti.quæ fuit prima cauſa benefi.amit.in uſi.feu.& ſentit Bar. in l.Eũ qui.ff.de interdic.& relega.& Bal.in præludijs feudorũ, circa fi. & idẽ Bal.in.l.Vnica.§.In primo.in iij.col.C.de cadu.toll.& habetur pulchrè per Iaſo.in d.l.j. in iij.col. C.de iure.emphy. Hinc etiam eſt quod ſicut reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptatoris quando emphyteota rem emphyteoticam obligauit,& ob nõ ſolutionẽ canonis res emphyteotica ad dominũ reuertitur,ut eſt caſus in l. lex uectigali.ff.de pig.

Ita etiam eſt in feudo:ita dicit glo.in d. l.Lex uectigali: & eſt tex.in.§.fi.in ti.ſi de inueſt.feu.fue.cõtro. & in.§.Rurſus.in ti.quib.mod.feud.amitta.in uſi.feudo.Hodie tamẽ eſt differentia, quia per iura noua feudum nedum prohibetur alienari:ſed etiam obligari ſeu pignorari ut in præal.l. Imperialem.in prin.ſed res emphyteotica licet non poßit alienari niſi ſeruata forma præal.l.fi. C.de iure emphy. poteſt tamẽ pignorari.ſed reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris.d.l.Lex uectigali.& uult Bal.in d. l. fi. quod tene menti.& plura alia exempla in quibus ualet argumentatio ab emphyteoſi ad feudum uide per Iaſonem in d.l.fina.

¶ Secundo caſu cum quæritur an liceat arguere à feudo ad emphyteoſim, ſeu ad aliam materiam, dicas quod aut caſus ille de quo eſt quæſtio reperitur iure ciuili Romanorũ deciſus: & tunc iura feudalia aliter diſponentia in feudo, ad illum caſum in iure deciſum allegari uel adduci nõ poſſunt, quia iura feudalia nihil ualent in his quæ reperiuntur aliter deciſa à iure ciuili in alia materia ut eſt glo.ordi. notab. & ibi Bal.multum commendat in c.j.de feudi cognit.in uſi feudo.Aut ſumus in his quæ non reperiuntur deciſa à iure cõmuni, & tunc ſi ius feudorum ſit fundatum in ratione naturali & iuſta, bene poſſet allegari ad deciſionem aliarum cauſarum non deciſarum à iure communi, alias ſecus. Ita ſingul.dicit Ludo.de Roma in conſil. ccxij. incip. Quo ad primum quo quæritur in ſecundo dubio.quem ſequitur Iaſon in d.l.j.& eſt de mente Alexan.de Imo. in dicto conſil. cvj.& de mente eiuſdẽ in l.Diuortio.in.§.Si in fundũ.in ij. colum.ff.ſolu. matri. ubi dicit, quòd aut diſpoſitio feudalis eſt contra regulas iuris communis, & tunc non procedit tale argumentum à feudo ad emphyteoſim uel ad alias materias:



terias:argumento.l.Ius ſingulare.ff.de legi.aut non eſt cõtra regulas iuris communis, & tunc eſt uerum quòd argui poßit à feudo ad emphyteoſim & ad alias materias, ut in exemplis ſuprà per me adductis, & idem per omnia reperio uelle Io.de Anania in c.j. de uſu. ubi per hanc diſtinctionem dicit decidi quæſtionem illam quotidianam, an ſicut dominus directus mutuando uaſallo pecuniam & recipiendo feudũ in pignus fructusq; ex feudo pignorato perceptos non computando in ſortem non committit uſuram. d.c.j.& c.Conqueſtus. eo.ti.& præall.cap.j. de feudis.Icẽ etiam ſit in emphyteota, de quo uide ibi latius per eum & in locis per eum cõmemoratis & maxime per nouißimos in d.c.j.de feud.Limita tamen ultimũ membrũ dictæ diſtinctionis, niſi ſubit ratio diuerſitatis ut ſuprà dixi.Et hinc eſt quòd licet in feudis ſimpliciter receptis, uel receptis pro ſe & filijs, ſeu pro ſe & hæredibus ſuis ita demũ admittantur fœminæ ſi non ſint maſculi d.c.j. §.Filia uero.de ſucceſ.feudi.& .§.Quinimo. in ti. epiſcopum uel abbatem. tamen in emphyteoſi ſimpliciter recepta uel recepta pro ſe & filijs ſuis, æqualiter admittentur filius & filia. Et ratio diuerſitatis eſt:quia feudum conſiſtit in uirili officio ſeruitij perſonalis propter quod fœminæ in feudis non admittũtur niſi deficiẽtibus maſculis, quæ ratio ceſſat in emphyteoſi.Ita notab.dicit Bar.in d.§.Si liberi, & ſequitur Bal.in d. l. Liberti libertæq;.& Iaco.de Aluarotis in c. Vnico.circa fin. de eo qui ſibi & hæredibus ſuis maſculis & fœminis.Hinc etiã eſt quòd licet mulier ſuperſtes quæ aliàs ex ſtatuto uel conſuetudine patriæ lucratur tertiam uel quartam partem bonorum mariti prædefuncti, non lucretur tertiã uel quartam in feudis:ut eſt tex.in d.§.fi.de inueſti. de re alie. facta.

& ibi doc.& uolunt Bal.Præpoſi.& alij in præal.l.Imperialem.in prin.In re tamen emphyteotica habebit tertiam uel quartam ſecundum formam conſuetudinis uel ſtatuti. ita ſingula. decidit Rofredus maximus Practicus in libello ſuo actionum de utili rei uendicatione, quæ datur emphytheotæ.& ſequitur Andr. de Yſernia in d.§.fin. quod tenementi.de hoc tamẽ articulo quando hæc argumẽtatio à feudo ad emphyteoſim & econtra procedit: & quando non: ſi plenius uis inſtrui uide dominũ Iaco.de Aluaro. in præludijs feudorum,circa fin.& Bal.in rubrica extra de iudic. in ij.colum. & Bartachinum ibi ſuprà in xix. & xx. articulis,in quibus locis reperies plures differentias inter contractum feudi & contractum emphyteoſis,& omnino uide dominum Baptiſtam de ſancto Blaſio in ſuo notab. tractatu differentiarum,inter deciſiones feudales ex una parte & deciſiones iuris canonici uel ciuilis ex alia parte, ubi reperies clx. differentias: inter feudum ab una parte & emphyteoſim ſeu allodium ex altera. Ex quibus facilè inſtrui poteris quando hæc argumentatio procedit, & quando non, ubi recurre. ¶ Ne tamen procedas ex ignotis uolo te ſcire quòd ſex ſunt cõtractus ex quibus transfertur utile dominium retento dominio directo:quorum quilibet habet nomen diuerſum, & differunt inter ſe huiuſmodi contractus ſaltem in aliquo.Primus eſt contractus ſuperficiarius. Secundus eſt cõtractus locationis ad longum tempus. Tertius eſt contractus emphyteoticus de quo ſuprà.Quartus eſt cõtractus libellari⁹.Quintus eſt cõtractus precariæ in fœminino genere.Et ſextus eſt cõtractus feudalis de quo etiam ſuprà.¶ Et dicitur contractus ſuperficiarius quando in aliquẽ trãsfero ſuperficiẽ,id eſt domũ,molendinũ ſeu

Cõtractus quibus dominium utile transfertur. Retento directo.

Quid contractus ſuperficiarius.

aliud ædificium in fundo meo poſitum ut ex dicta ſuperficie ſoluat mihi annuatim aliquid,uel cùm cõcedo ſeu trãsfero fundum in aliquem ut poßit ibi ponere ſuperficiem, hoc acto quòd poſt certum tempus redeat ad me: utroque enim caſu dominium directum manet apud me,ſed utile dominium eſt apud ſuperficiarium: ita loquitur l. j.§.j.& l. fi.ff.de ſuperficie.& l.In prouinciali. §. Si ego ſuperficiarius. ff. de oper.noui nun.& iſte ſuperficiarius æquiparatur emphyteotæ in hoc quòd alienando ſuperficiem irrequiſito domino directo cadit à ſuperficie ſicut emphyteota ab emphyteoſi.ita uult Bar.in d.l.j.§.penult.ff.de ſuperficie.& Ioan. de Imo. in præall. c. Potuit. in v. colum. ubi plenè reperies. Et eſt iſte contractus ſuperficiarius illius naturæ quòd destructa funditus domo uel molendino aut ſuperficie impetu aquarum uel incendio finitur contractus ſuperficiei:ut dicit Bal. in rubri.C. de iure emphyteo. in bona lectura:& iſte talis ſuperficiarius cenſetur de conſuetudine quaſi emphyteota ſeu emphyteoticarius d.l.ſi.ff. ſi ager uectiga. uel emphyteo. petatur. ¶ Dicitur autem contractus conductionis ad longum tempus,ubicunque locatio fit ad decem annos uel ultra.ut notatur in l. j. §. Qui in perpetuum.& in d.l.fi.ff.ſi ager uectig. uel emphyteo. peta.& in cle.j.in fi.per glo.& doc.de reb. eccl. non alienan. & ideo ſolet dari conſilium ut non locetur res niſi ad nouem annos,quia ſi locaretur uſque ad decem annos trãſferretur utile dominium in conductorem,ut uolunt Cardi. & Ioan.de Imo.in d.cle.j.& Bart.& doct. in l.Codicillis. §.Inſtituto. ff. de lega.ij. & hoc caſu etiam transferretur poſſeßio naturalis in conductorem ad longum tempus:ſicut dicimus in uſufructuario qui minus ius habet,& tamẽ

Quid contractus conductionis ad longum tempus.

poßidet naturaliter.l.Naturaliter.in prin.& ibi not.ff. de acqui.poſſ.& uult not.Pau.de Caſt.in l.non ſolet. ff.locati.& ergo talis conductor ad longum tempus poteſt intentare interdictum uti poßidetis, ſi turbetur in ſua naturali poſſeßione. Secus autem eſt de conductore ad modicũ tempus: quod tene menti, quia uidi de facto in quadam ardua quæſtione. Eſt etiam unum aliud ſpeciale in conductore ad longũ tempus: quia emptor tenetur ei ſtare, nec poteſt eum expellere durante tempore conductionis. ita ſingul.dicunt Bal.& Sali.in l.Emptorem. C.locati.& ante eos hoc uoluit Rofredus in paſſu ſuprà allega.licet de eo mentionem non faciant: quod tene menti.

Quid contractus emphyteoticꝰ.

¶ Dicitur autem contractus emphyteoticus quando res traditur alicui in perpetuũ uel ad longũ tempus fruenda, tenenda & poßidenda: hac lege, ut quãdiu penſio ſiue cenſus ſoluatur non poſſet auferri ab ipſo emphyteota ſeu ab habente ab eo cauſam. ut probatur in.§.Adeo.Inſtitu.de loca.& in d.l.j. ff.ſi ager uectiga.uel emphy.pet.& in præal.l.j.& ij. C.de iu.emphy.& in præal.c.Potuit.& ibi plene per Ioan.de Imo.qui magiſtraliter declarat in quo iſte contractus emphyteoticus differt à contractu locationis, & in quo differt à cõtractu uenditionis, & à pluribus alijs & plenißimè de hoc per Iaſonẽ in præall.l.j.in viij.ix.x.xj.& xij.col.C.de iure emphyteo.

Quid contractus libellarius.

¶ Contractus autem libellarius dicitur ſecundum ueram opinionẽ quando emphyteota uel uaſallus dat rem emphyteoticam uel feudalem alteri in emphyteoſim uel feudum. Hoc probatur in c.j.§.Donare.qualiter olim feudum poterat alienari.& in c.j.§.fin.de probi.feudi aliena.per Lotharium.& in c.j.§. Aut ſi libellario.quib.mod.feud.amit. in uſi.feud.& uult not.Bar.in l.Si finita.in.§.Si de uectiga.

in ij.



in iij.q.ff.de dam.inſe.& Bal.in d.l.j.& ibi Iaſon.C.de iur. emphyt.& idem Iaſon in auct.Ingreßi.C.de ſacroſan.eccl.

Quid contractus precariæ.

¶ Contractus autem precariæ in fœminino genere dicitur quando fit conceßio certæ rei immobilis pro annua penſione de quinquennio in quinquennium uel de nouennio in nouennium renouanda, & de iſto cõtractu loquitur c.j.& ij. de precar.& c.precariæ. & ibi bona glo.x.q.ij.& iſte contractus precariæ eſt quaſi eiuſdem naturæ cuius eſt cõtractus emphyteoticus hoc ſaluo quòd in iſto contractu fit pactum de renouando de quinquennio in quinquennium uel de nouennio in nouenniũ, quod non fit in contractu emphyteotico, & quare fiat hæc renouatio ponunt not.Ioã.And. & Ioan.de Imo.in d.c.j.de preca.ubi dicunt quod iſtud fit ad cautelam ut melius teneretur in memoria forma contractus: quos omnino uide, uide etiam de natura huius contractus per Bar.in d.§.Si de uectigalibus.in iiij.q.& per gloſ. in d.c.precariæ. & per Bal.in d.§.Aut ſi libellario. & aliquid per Odofr.& Iaſo.in d.aucten.Ingreßi.De natura autem precarij uide quòd dicam infrà in loco à commodato ad precarium ubi recurre.

Quid contractus feudalis.

¶ Dicitur autem contractus feudalis quando alicui datur res immobilis, ut ad eum hæredesq; ſuos & maſculos & fœminas ſi de his nominatim dictum fuerit in perpetuum pertineat ob fidelitatẽ præſtandã & ſeruitia impendenda, de quo contractu plenißimè habetur in libro feudorũ per totum, & multa in eo ſunt ſingularia ſeu ſpecialia, ut uideri poteſt in dicto notab.& ſingul.tractatu Baptiſtæ de ſancto Blaſio. Ex quibus omnibus concluſiuè patet quòd ſex ſunt cõtractus in quibus utile dominium transfertur retẽto dominio directo, quatuor tamen ex eis magnam habent

ſimil

ſimilitudinem inter ſe,ut cõtractus ſuperficiarius, libellarius,precariæ & emphyteoticus & ſæpe eis promiſcuè utimur:de quo per Ioan.And.Ioan.de Imo. & doct.in d.c.j. de preca.& per Iac.de Alua.& Præpoſi.in præludijs feudorum,circa fi.& per Bar.in d.§.Si de uectigalibus.& per doct.in d.auct.ingreßi.& per Ioan.de Imo.in d. c. Potuit. & per.Bal.in d.rubri.C.de iure emphy.in bona lectura:& aliquid per glo.in c.j.in.§.Præterea. de capi. Conradi.& in cap. Vnico. de controuer.inter uaſal.& alium de benefic.in uſi.feud.& plenißimè per Iaſo.in præal.l.j.in viij.ix. x.xj.& xij.col.C.de iure emphy.quæ omnia tene menti tanquam pulchra, ſingularia, utilia, & quotidiana. & uide quod dixi ſuprà in loco à ſimili.

## LOCVS AB EMPHYTEOSI AD CENſum, ſeu à contractu emphyteotico ad contractum cenſualem. XIII.

PRæterea habemus in iure locum ab emphyteoſi ad cenſum,ſeu à contractu emphyteotico ad cõtractum cenſualem,& econtra,à quo ſumptum argumentũ eſt probabile fundatũ in ſimilitudine quam dicti cõtractus habent ad inuicẽ,conueniunt enim in hoc quod uterq; tam emphyteota quàm cenſuarius ſoluit penſionẽ annuam pro re quã cepit in emphyteoſim uel ad cenſum,& in utrunq; trãsfertur dominium:& hinc ſæpe eis promiſcuè utimur:ut uideri poteſt in c.Conſtitutus.de relig.domi.ubi contractus uerè cenſualis appellatur emphyteoticus:unde uidetur ualida & efficax argumentatio de uno ad aliud, cum de ſimilibus idem debeat eſſe iudicium.c.Tranſlato.de conſti.& l. Non

poſſunt.



poſſunt.& l.De quibus. ff. de legi. cum his quæ plenè dixi ſuprà in loco à ſimili.Si tamen bene & ſubtiliter perpendamus,hæc argumentatio fragilis eſt:quia hi duo contractus multum inter ſe differunt. ¶ Primo enim differunt in hoc quòd in contractu cenſuali in recipientem transfertur omne dominium tam directum quàm utile ita & taliter quod nihil iuris in illa re remanet penes concedentem, ſed ſolum ſibi reſeruatur penſio ſeu uerius cenſus annuæ ſoluendus.In contractu autẽ emphyteotico tantũ transfertur utile dominium in emphyteotam, directo dominio remanente apud dominum:ut dixi in loco præcedenti,ubi recurre: & hinc uulgariter dicimus, quòd cenſum ſoluimus de re noſtra,ſed penſionem de re aliena,ita uult gloſ.ordi. ſingularis approbata per doc. in præall.c. Conſtitutus.ſuper uerbo iuxta ratam.& Bar.in l.j.in uerſic.hic titulus. ff. de publica.& uectiga. licet non ita clarè & apertè loquatur. ¶ Secundo differunt in hoc quòd in contractu emphyteotico res cadit in commiſſum ſi non ſoluitur penſio infra bienniũ,ſi eſt emphyteota eccleſiæ c.Potuit de loca.& aucten.qui rem. C. de ſacroſanc. eccle. uel infra triennium ſi eſt emphyteotica priuati.l.j.& ij.C.de iure emphyteo. Sed in contractu cenſuali ex non ſolutione cenſus etiam ſi per mille annos ceſſauerit res non cadit in commiſſum,ut eſt text.notabilis iuncta ſua ſingulari gloſ.in d. c.Conſtitutus. & ibi Panor.notabiliter ponit rationem diuerſitatis,quem omnino uide.Et idem uult Iaſon in d.l.j.in xj. colum. C. de iure emphyteo.& Iaco.de Aluaro.poſt alios per eum relatos in.§. Sed nec eſt alia.in ti. quæ fuit prima cauſa beneſi. amit.in uſi.feudorum.Ex quo ſequitur quòd utilius eſt pro eccleſia quòd rem ſuã det in emphyteoſim,quàm ad cẽſum.

¶ Ter

¶ Tertio differunt in hoc, quòd iura ſpiritualia non poſſunt concedi in emphyteoſim quia uiderentur quodammodo uendi, quod non licet, de ſymo. per totum, ſed bene poſſunt dari ad cenſum: quia cenſus retinetur non in recōpenſationem iuris conceßi ſed potius in memoriam libertatis conceßæ, ſeu in ſignum præteritæ ſubiectionis & ſeruitutis ſecundum Panor. magiſtraliter loquentem in d.c. Conſtitutus, quod tene menti, quia quotidie iſta occurrunt in practica, & ſæpius ea habui de facto. Et ut plenius in hac materia quotidiana inſtruaris uolo te tria ſingulariter notare.

¶ Primo quòd ſi non appareat de contractu per inſtrumētum uel literas, ſed probatur per teſtes quòd pēſio fuit ſoluta ratione certæ rei. xl. annis & amplius, & ſic uertitur in dubium qualis contractus ſit, an cenſualis uel emphyteoticus, quòd in dubio inſpiciendū erit quis ex dictis duobus contractibus magis frequētetur in prouincia, & ſi contractus emphyteoticus magis frequētetur quàm cenſualis iudicabitur eſſe contractus emphyteoticus. Si uerò econtra magis frequētetur contractus cenſualis. iudicabitur cenſualis & non emphyteoticus ar. l. Semper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. ſi autem æque frequētētur ambo contractus, potius iudicabitur contractus emphyteoticus, quàm cenſualis: ita uult ſing. Io. Fab. in præal. l. j. circa princ. C. de iure emphyt. & ſequitur ſimpliciter Iaſon in l. ij. eo. ti. Contrariū tamen iſtius in hoc ultimo uult Albe. de Roſa. maximus practicus in d. l. ij. & mouetur per gloſ. & Innocen. in d.c. Conſtitutus. effectus autem iſtius deciſionis eſt ualde magnus: quia ſi iudicetur contractus hoc caſu cenſualis non poterit expelli etiam ſi per mille annos ceſſauerit à ſolutione, ſecus ſi iudicetur emphyteoticus per ſupradicta: non eſſet ergo in





hoc caſu ſi accideret de facto præcipitanda ſententia propter contrarietatem opinionum, ſed deberet circunſpectus iudex deſuper bene cogitare & conſulere peritiores: & in dubio ubi aliud non appareret ex actis crederē non eſſe recedendum ab opinione Ioā. Fab. & Iaſo. propter præſumptionem iuris. de qua in l. Cum de indebito. ff. de proba. non enim debemus præſumere translatum eſſe omne dominium per concedentem, ubi poſſumus præſumere duntaxat eſſe translatum utile dominium: niſi aliud appareat. d. l. Cum de indebito. & l. Si cum aurum. ff. de ſolu. Nec obſtat d.c. Conſtitutus. cum ibi not. ſuper quibus ſe fundare uidetur Alber. quia ibi epiſcopus tranſtulit in monaſterium quicquid iuris habebat in illis eccleſijs: per quod clarè conſtat quod contractus de quo ibi fuit cēſualis & nō emphyteoticus ut ibi bene & magiſtraliter declarat Panor. quē omnino uide, ſed nos ſumus in dubio, & quādo tale quid non eſt expreſſum, unde non obſtat: quod tene menti quia poteſt frequenter contingere. ¶ Secūdo uolo te ſcire quòd ſi in inſtrumēto dicatur, concedo tibi talem rem emphyteoſim perpetuam & omne ius quod habeo in illa re, talis contractus iudicandus erit cenſualis & non emphyteoticus, ex quo expreſſe dixit ſe trāsferre omne ius quod non cadit in contractu emphyteotico ut ſuprà dixi, & illa uerba in emphyteoſim impropriantur ratione ſubiectæ materiæ. ita dicit ſingul. Ioan. de Imo. in c. Ad audientiam. in ij. colum. de reb. eccle. non alien. quem refert & ſequitur Iaſon in tractatu ſuo de iure emphy. in commento. l. j. illius ti. in xj. col. & eſt de mente Panor. in d.c. Cōſtitutus. ubi de hoc eſt tex. ſi bene pōderetur.

¶ Tertio uolo te ſcire quod ſi in inſtrumento contineatur hoc modo: talis dedit talem rem tali in emphyteoſim uel

cenſum, prout ſæpe ex imperitia notariorum qui non intelligunt uirtutem & efficaciã uocabulorum ſcribi contingit, quod in dubio præſumetur contractus emphyteoticus & non cenſualis. Ita dicit ſingulariter Ioan. Fabri maximus practicus in d. l. j. poſt prin. & ſequitur Iaſon in d. l. ij. quod tene menti: quia uidi de facto in ſimili caſu. Nam cõfectum fuit inſtrumentum per bonæ memorie magiſtrum Ioan. Vinckel, qui reputabatur & in ueritate fuit ualde expertus in officio notariatus in quo cauebatur hoc modo, Titius uendidit uel in emphyteoſim dedit Seio domum pro penſione xl. florenorum annuatim perpetuò ſoluenda eidẽ Titio & hæredibus ſuis &c. & ualde dubitabatur quis contractus eſſet propter dubium emergens an ſcilicet propter guerrã ſuperuenientem remittenda eſſet penſio pro rata damni nec'ne, quia ſi erat contractus uenditionis non debebat remitti penſio: cum omne periculum interitus & deteriorationis ſpectare debeat ad emptorem. §. Cum autem. cum ſua ſingulari glo. Inſti. de empti. & uendit.

¶ Si uero erat contractus emphyteoticus, tunc licet ſint opiniones inter doc. an remittenda ſit penſio emphyteotæ pro rata damni nec'ne: tamen ſecundũ opinionẽ pluriũ famoſiſſimorũ doct. multùm æquã fienda eſt remiſſio. ut not. Panor. & doc. in d. c. Potuit. & Cy. in d. l. j. in ix. q. C. de iu. emphy. & dicebãt aduocati Titij huiuſcemodi contractum ex mente contrahentiũ cenſeri debere contractũ emptionis & uenditionis, & non eſſe cõtractũ emphyteoticũ, & ſic ſoluendum eſſe integram penſionem nec aliquid debere remitti, pro quo allegabatur lex. ſed & ſi adijciatur. ff. pro ſocio. & l. Species. ff. de auro & argen. lega. in quibus iuribus habetur quòd adiectio incõtinenti facta nihil immutat circa



circa prius diſpoſita. Item allegabatur quòd potius præſumendum eſt quòd adiectio talis facta ſit ex errore notarij qui partibus cõtrahentibus obeſſe non debet. l. Si librarius. ff. de regu. iu. & l. ſi. & ibi Bal. notat. C. de fideiuſſo. quam ut cõtrahentes incontinenti ſe correxiſſe uideantur. l. Non ad ea. cum ibi notatis. ff. de condit. & demon. Item allegabatur tex. in l. Recuſare in. §. Titius. cum ibi notatis per Bar. Io. de Imo. & doc. ff. ad trebel. ubi præfati doc. ſingulariter dicunt quòd ſi in teſtamento dicatur, talis ſubſtituit talem, uulgariter, pupillariter, & per fideicõmiſſum, prout ſæpe ex imperitia notariorum contingit, quia non poteſt ſimul & ſemel ſubſtitutio eſſe directa & fideicõmiſſaria, & per hoc non uiciatur ſubſtitutio. Sed eſt in electione ſubſtituti ex qua ſubſtitutione uelit hæreditatem habere: ergo eodem modo in caſu prætacto debuit eſſe in facultate dicti Titij declarare quòd uere cõtractũ emptionis & uenditionis celebrare intendebat, & non contractum emphyteoticum. In contrarium autẽ allegabatur auctoritas Io. Fabri & Iaſo. in locis ſuprà commemoratis: & nota. per gloſ. & doc. in præal. c. Conſtitutus. & potiſſime pro hac parte allegabatur q; ex tenore inſtrumenti nullibi clarè apparebat quòd omne ius ſiue dominiũ plenũ fuit trãslatũ in Seiũ: & uerba conueniebant cõtractui emphyteotico ergo &c. Item pro hac parte allegabatur. l. Quicqd aſtringendæ. in prin. ff. de uerbo. obli. ubi habetur q; ſi ſtipulatio eſt obſcura ita quòd poteſt interpretari pro actore & pro reo, ſtatur interpretationi rei. cum ergo dictus Seius fuit reus, tractus in ius ob nõ ſolutionẽ pẽſionis uidebatur ſtandũ ſuæ interpretationi, imputet enim ſibi dictus Titius actor qui ſe fundat ſuper huiuſmodi literis in illis uerbis uendidit uel in emphyteoſim

ſim dedit quòd non apertius legem dixit: unde contra eum facienda eſt interpretatio. l. Veteribus. ff. de pac. & propter dubium fuit lis per concordiam ſopita & non expectata ſententia: quæ omnia tene menti tanquam pulchra, utilia, ſingularia, & quotidiana.

## LOCVS A' COMMODATO AD PRECARIVM. VIIII.

PRæterea habemus in iure locum à cõmodato ad precarium, & econtra: à quo ſumptum argumentum eſt probabile fundatum in ſimilitudine quam habent ad inuicem, conueniunt enim commodatum & precariũ in multis. ¶ Primo enim conueniunt in deſcriptione. l. j. ff. de preca: nam ſicut precarium dicitur quod precibus petenti utendum conceditur tandiu quandiu is qui conceßit patitur d. l. j. in prin. ita etiam commodatum, nam qui alteri commodat ſuam rem ſic commodat ut non faciat rem accipientis, ſed ut eum uti re commodata permittat præalle. l. j. in fine. conueniunt ergo primo in hoc quòd in neutro transfertur dominium ſed uſus rei tantus. ¶ Secundo cõueniunt in hoc quòd in neutro transfertur uſus rei perpetuò: ſed tantum ad tempus. ¶ Tertio conueniunt in hoc quòd ſicut precarium conſiſtit tam in re mobili quàm in re immobili (l. ij. §. fi. cum. l. ſeq. & ſeq. ff. de preca.) ita etiam commodatum. l. j. ff. commodati. & difficile diſcernitur unum ab altero, quare de uno ad aliud uidetur bona argumentatio: cum de ſimilibus idem debeat eſſe iudicium. l. Non poteſt & l. De quibus. ff. de leg. cũ his quæ plene dixi ſuprà in loco à ſimili. ¶ Si tamẽ bene & ſubtiliter perpendamus fragilis eſt hæc argumentatio: quia hi duo contractus ſcilicet precarium & com



& commodatum multum inter ſe differunt ¶ Primo enim differunt in poſſeßionis translatione, quia per commodatum non transfertur aliqua poſſeßio: tex. eſt in l. Rei commodatæ. ff. commodati. ſed per precariũ transfertur naturalis poſſeßio: ciuili remanente penes concedentem precario. tex. eſt not. in l. & habet. §. pe. ff. de preca. quod eſt maximi effectus: quia poſſeßio naturalis facit competere interdictum uti poßidetis, ut uult Bar. in l. j. in prin. in pe. q. ff. de acqui. poſ. & idem Bar. in l. j. in prin. ff. uti poßidetis. & Ioan. Fabr. in. §. Retinendæ. in princ. Inſtit. de interdict. & Ang. in. §. Quadrupli. circa fi. Inſti. de actio. Ex quo ſequitur quòd poßidens precario ſi turbetur in ſua naturali poſſeßione poterit contra turbantem intentare interdictũ uti poßidetis, quòd intellige ſanè ſcilicet contra tertiũ eum turbantem, non autem contra illum à quo precario poßidet. d. §. Retinendæ. & præall. l. j. §. fi. cum l. ſeq. ff. uti poßidetis: quod tene menti. Et ne erres, uolo te ſcire unum aliud ſingulare in hac materia: uide, licet quòd plus operatur ſimplex conſtitutum de per ſe quàm ſi adijciatur precatio: quia ſi quis ſimpliciter conſtituat ſe alterius nomine poßidere transfert in alium omnem poſſeßionem: ſed ſi adijciatur precario: ut quia conſtituit ſe alterius nomine precario poßidere iam retinet naturalem & transfert ſolum ciuilẽ: & ergo male faciunt imperiti notarij, qui poſt conſtitutum addunt hanc dictionẽ precario credentes per illã adiectionem prodeſſe emptori uel donatario in cuius fauorem fit cõſtitutum & ei ualde nocent. Ita ſing. dicit Ang. in. §. Actionum. in vj. col. Inſti. de actio. ubi ponit plura pulchra de clauſula cõſtituti & precarij, quem omnino uide: & ſequitur Iaſon in l. Ab emptione. in vij. col. ff. de pactis. quod

tene menti,quia uidi multos turpiter in hoc errare.

¶ Secundo precarium & commodatum differunt in præ-
ſtatione culpæ:quia ille qui poßidet precario tenetur ſolũ
de dolo & lata culpa niſi lite cum eo conteſtata differat re
ſtituere.l.Quæſitum.§.Eum quoq;.& §.Si ſeruitute.ff.de
preca.ſed cõmodatarius regulariter tenetur nedum de do-
lo & culpa lata, ſed etiã de leui & leuißima.l. Si ut certo.
§.Nunc uidendum.ff.cõmod.& ratio diuerſitatis ponitur
per Ioan.de Imol.Panor.& Canoniſtas in ca.fi.de precar.
& per Bar.in l. In commodato.§.ſicut.ff.Commodati.ubi
recurre. ¶ Tertio differũt in reuocationis poteſtate,quia
cõmodatum nõ poteſt reuocari ante uſum expletũ uel ante
expletum tẽpus,ſed demum poſt d.l.In cõmodato.§. Sicut.
& l.ij. C.eo.c.Vnico.extra eod.ti.quia à principio eſt uo-
luntatis,ex poſtfacto autẽ neceßitatis.d.§.Sicut:ſed preca
rium poteſt reuocari ad nutum cõcedentis.l.lucius.ff.de do
na.quia precarium eſt cõtractus in patiẽtia domini conſi-
ſtens nõ in obligatione ſecundũ Bal.in d.l.ij.& eſt pulcher
tex.in l.cũ precario.ff.de prec.ubi plus probatur uidelicet
quòd etiam ſi fiat pactum quòd precariũ nõ poſſet reuoca
ri infra annũ,nõ ualet, quia eſt contra naturã precarij,&
ſic illo pacto nõ obſtãte poterit reuocari,ut ibi eſt tex.no.

¶ Quarto differũt in expiratiõe uel trãſmißione ad perſo
nam hæredis: quia precariũ non finitur morte cõcedentis
licet bene morte eius cui cõceditur.tex.eſt in d.l.cũ preca-
rio.§.fi.Sed cõmodatũ neutrius morte finitur, ſed ſolũ ex-
pleto uſu uel tẽpore.d.l.ij.& præal.§.ſicut.et eſt hoc adeò
uerũ qđ etiã ſi cõmodatarius impediatur uti re cõmodata
caſu fortuito ĩfra tẽpus expreſſum uel tacitũ nihilominus
poterit elapſo tẽpore reuocari.Ita notab.uult Bar.ĩ d.§.Si
cut.& ſequitur Io.de Imo.in præal.c.unico. quia ille caſus

fortuitus potius debet nocere cõmodatario qui certat de lu
cro q̃ cõmodãti,qui certat de dãno,qđ tene mẽti. ¶ Quin
to differũt in alio:quia cõmodatũ cõceditur ad certũ uſum
& certũ tẽpus expreſſum uel tacitũ, exẽplũ de expreſſo:
ut cõmodo tibi ancillã ad texendũ uſq; ad ſex mẽſes:exem-
plũ de tẽpore tacito:ut cõmodo tibi ancillã ad texendũ unã
telã lanæ,nã iſta textura habet naturaliter ſuũ tẽpus.l. Cõ
tinuus.§. cũ ita.ff.de uerb.obli.uel cõmodo tibi æquũ cauſa
eũdi ad uineã,nã ſecũdũ ſpatiũ loci ineſt tẽpus eundi & re
deundi.ar.§.Loca.Inſti.de uer.obl.cũ ſi.Precariũ uerò cõ-
ceditur ut plurimũ ad uſum incertũ uel incertũ tẽpus.Exẽ
plũ cõcedo tibi hãc rẽ ſine alia ſpecificatione,nã intelligi-
tur ad quẽcunq; uſum tu uis:uel cõcedo tibi hãc domũ non
præfixo certo tẽpore nõ intelligitur ad uolũtatẽ meã. d.l.
Lucius:nec eſt uis de hoc caſu an dicatur cõcedo tibi domũ,
an uerò dicatur cõmodo tibi domũ, quia licet uerba hoc ul
timo caſu uideãtur ſonare ĩ cõmodatũ,tamẽ erit precariũ
ex quo nõ eſt determinatus uſus:nã potius debet attẽdi mẽs
quàm uerba.Ita nota.dicũt Cy.Bal.Pau.de Caſt.& doct.in
d.l.ij.& Io.de Imo.et cano.in c.unico.Ex quo infero ſingu
lariter qđ ſi fiat cõceßio ad certũ uſum ſi tamẽ nõ fiat ad
tẽpus determinatũ expreſſe uel tacite erit precariũ & nõ
cõmodatũ.d.l. Lucius.et ibi hoc uult Io.de Imo.& Bar.in
d.l.in cõmodato.§.ſicut.et Cy.Pau.de ca.et alij ĩ præal.l.ij.
Iaſ.in l.ij.in iij.col.ff.ſi cer.pet.quẽ omnino uide,quia ma-
giſtraliter loquitur:ſecus ſi certũ tẽpus fuit expreſſum,uel
ſi tacite intelligatur in cõceßiõe,ut ſupra dixi.Si uerò cer-
tus uſus fuerit expreſſus, et tẽpus ſit limitatũ adiectũq; ſit
qđ cõceßio fiat precario erit precariũ & nõ cõmodatũ
ꝓpter dictionẽ precario ex qua uolũtas cõcedẽtis colligi-

 tur:&

tur: & ſic poterit reuocari ante tempus: cum precarium conceſſum ad tempus poßit ante tẽpus reuocari.d.l. Cum precario:ita nota.uolunt Io.de Imo.& Panor.& alij in d. c.Vnico.de qua materia ſi uis plenè inſtrui,uide glo.magiſtralẽ in d.l.j.ff.de preca.& Bart. in d.§.Sicut.& Cy.Bal. Pau.de Caſ.& legiſtas in d.l.ij.& Iaſon in præal.l.ij.in iij. col.ff.ſi cer.pe. & Cano.in præal.c.Vnico.quæ omnia tenementi tanquam pulchra,utilia,& quotidiana.

## LOCVS À LEGATIS AD FIDEICOMMISSA. XV.

PRæterea habemus in iure locum à legatis ad fideicommiſſa,& econtra:à quo ſumptum argumentũ nedum eſt probabile,ſed forte:frequens:& utile fundatum in executione facta per legem: licet enim olim legata & fideicommiſſa habebant ſe,ut excedentia, & exceſſa: hodie tamen fraternizant,& habẽt ſe,ut paria.l.j.cum ibi not.per glo.Bar.Bal.& doc.ff.de lega.j.& l.ij.C.commu. de lega. & .§.Sed nõ uſq;.Inſti.de lega.& licet formaliter, & denominatiue poßint dici diuerſa cũ ſunt exæquata.d.l.j. Exæquatio autem eſt diuerſorum: cum nullum ſimile ſit idem. c.Innotuit.de elec.& uult glo.in l.Quod nerua. ff. depoſi. tamen uirtualiter habent eandẽ naturam,& uirtutẽ præal. l.ij.& d.§.Sed non uſq;:& ſic de uno ad aliud ualide fit argumentatio:ex quo ſequitur.¶ Primo quòd quicunq; poteſt legare poteſt fideicommittere:& econtra:tex. eſt in.l. ij.ff.de lega.j.ſunt autẽ aliqui qui nõ poſſunt teſtari uel codicillari:nec legata uel fideicommiſſa relinquere:quos uide per glo.not.in l.Si quæramus. ff.de teſt. ¶ Item ex iſto ſequitur ſecundo quòd cui poteſt legari:poteſt etiam per fideicom



deicommiſſum relinqui.& econtra.Sunt autem aliqui quibus non poteſt legari:quos uide per glo.ordi.nota.in.§.Legati.Inſti.de lega.& per glo.in l.j.ff.de iure fiſc.¶ Item ex iſto ſequitur tertio quòd quæ res poſſunt legari, poſſunt etiam fideicommitti, & econtra. ¶ Item ex iſto ſequitur quarto quòd per quæ uerba relinquuntur legata:relinquuntur & fideicommiſſa,& econtra. ¶ Item ex iſto ſequitur quinto quòd omnes actiones quæ competunt pro legato, competunt etiam pro fideicommiſſo,& econtra. præmiſſa probantur in præal.l.j.& ij.C. communia de lega. ut inſti. de lega.§.j.& .§.Sed non uſq;.ſuprà allegato.Et iſto argumento utitur Ludo.de Roma in rep.auctẽ.ſimiliter. in.xx. ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uoluntates.C.ad. l. falci.ad notabilem effectum: & doc. in pluribus alijs paßibus quos commemorare magis eſſet laborioſum quàm ſubtile.Hoc tamen quod dixi recipit duas nota. limitationes. ¶ Prima limitatio eſt,ut.d.regula procedat in legatis, & fideicommißis particularibus ſeu ſingularibus pecuniarium commodum concernentibus,in quibus non eſt hodie differentia, ut ſuprà dixi.Secus autẽ eſt in legatis, & fideicommißis particularibus commodum pecuniarum non concernẽtibus: ut eſt legatum uel fideicommiſſum libertatis, in quo adhuc hodie remanet differentia quia quando dico, lego libertatem ſeruo,recta uia tranſit in ſeruũ libertas l.directis.C.de teſt. manu.ſed ſi relinquo ſeruo libertatem per fideicommiſſum quia grauo uel rogo hæredem,ut eum manumittat:libertas non tranſit directo,ſed capitur à manu hæredis manumittentis eum:& ergo talis eſt libertas hæredis, & non teſtatoris, ut eſt text. in.§. Qui autem.Inſti.de ſingu.rebus per fideicom.relic.quod eſt maximi effectus: nam multum intereſt

tereſt an hæres cõſequatur ius patronatus ex ſua propria perſona, an uerò ex perſona teſtatoris: quia hoc ultimo caſu debilius eſt ius patronatus quo ad multos notab. effectus. ¶ Primo qa patronus iſto ultimo caſu nõ poteſt manumiſſo operas uel ſeruitia imponere. ¶ Secundo quia nõ poteſt libertũ ingratũ in ſeruitutẽ reuocare: quod utiq; poteſt qñ ius patronatus ſibi cõpetit ex ſua propria perſona, ut quia ſpõte uel uolũtariè ipſe ſeruũ ſuũ manumiſit: ut de iſtis duobus notab. effectibus eſt text. in l. ij. & iij & in l. Mater. & in l. Si tuis. & ibi Bal. Pau. de Ca. & doct. not. C. de opc. lib. & bonus text. in l. j. C. de libe. & eor. lib. & in l. Si filius. in prim. iũcta gl. ff. de fideic. lib. ¶ Itẽ ex iſto ſequitur alius & tertius not. effectus: quia ſi teſtator ſit nõ ſoluẽdo uel ſi datis libertatibus deſiturus ſit ſoluendo eſſe: & iubeat ſeruo dari libertatẽ per fideicõ. de manu hæredis, talis ſeruus non cõſequitur libertatẽ: quia fideicõmiſ. nihil ultra uires hæreditarias tenetur præſtare, & ſufficit teſtatorẽ eſſe nõ ſoluẽdo. l. fi. iũcta ſua not. gl. C. qui manumit. nõ poſ. & tamẽ ſecus eſt qñ ipſe teſtator ſeruo dat libertatẽ directè: quia tũc ut impediatur libertas debẽt cõcurrere duo copulatiuè. ſ. q. dans libertatẽ habuit animũ fraudãdi creditores, & q re uera ſit nõ ſoluẽdo, uel deſiturus ſit ſoluẽdo eſſe datis libertatibus: ut eſt tex. in l. j. C. qui manu. non poſ. & habetur & not. in. §. In fraudẽ. Inſti. q. & ex qui. cau. man. nõ poſ. ¶ Itẽ ex iſto ſequitur alius & quartus nota. effectus: quia qñ libertas datur directo ſub diuerſis conditionibus ſeparatim poſitis attẽditur cõditio leuior, & illã ſufficit adimpleri. l. Quod traditũ. iũcta gl. cum. l. ſeq. ff. de cõdi. & demõ. quia hic modus relinquendi libertatẽ eſt nobilior. nam recta uia trãſit libertas ab adita hæreditate d. l. directis. ſed qñ libertas relinquitur per fideic. ſub diuerſis cõditionibus ſeparatim poſitis. attẽditur nouiſſima. tex. eſt in l. Per fideicõmiſ. ff. de cõdi. et demõ. ¶ Itẽ ex iſto ſeqtur alius & quintus notab. effectus: quia directa libertas nõ poteſt relinqui ſeruo alieno. l. Seruo tuo. C. de manu. teſt. & l. Si ſeruus legatus. §. Si ſeruus. ff. de leg. j. Sed per fideic. bene poteſt ſeruo alieno relinqui libertas: ut eſt tex. in. §. Libertas. Inſti. de ſing. reb. per fideicõ. relic. quod procedit ex eo: quia directa libertas debet tranſire ipſo iure: ſed iſto caſu trãſire nõ poteſt ipſo iure: quæ ratio ceſſat in libertate fideicõmiſſaria, quæ capitur à manu hæredis qui poteſt talẽ ſeruũ alienũ redimere à uero dño & manumittere. d. §. libertas. & ſic habes quinq; notab. effectus reſultãtes ex differẽtia inter libertatẽ directã & fideicõmiſ. qui effectus adhuc hodie durãt: quicquid dicat gl. in d. l. ij. & in præal. §. Sed nõ uſq;. quæ ab omnibus in hoc reprehẽditur & bene, quod tene perpetuò mẽti: qa eſt utile & ſeruit pro intellectu multorũ iuriũ. ¶ Secunda limitatio eſt ut dicta regula procedat in legatis & fideicõ. particularibus pecuniariũ cõmodũ cõcernẽtibus, in quibus eſt ſublata differẽtia inter ſe ut. ſ. legata ſingularia æquiparentur fideicõmiſſis ſingularibus, & econtra. Sed legata uel fideicõ. particularia pecuniariũ cõmodum cõcernentia non æquiparãtur legatis uel fideicõ. uniuerſalibus, nec econtra: imo hodie remanet differẽtia in multis. ¶ Primo ĩ hoc q ad inſtãtiã uniuerſalis fideicõ. hæres cogitur adire hæreditatẽ, nõ aũt ad inſtãtiã particularis: ut eſt tex. expreſſus in l. ſi qs omiſſa. ff. ſi qs omiſ. cau. teſt. cũ ſi. & ratio diuerſitatis eſt: qa fideicõ. uniuerſalis ideo cogit hæredẽ adire qa ſibi uniuerſaliter reſtituitur, particularis uerò ideo nõ cogit eũ adire qa ſibi nõ debet uniuerſaliter reſtitui, & eſſet iniquũ q hæres ppter eũ eſſet obligatus creditoribus hæreditarijs q

lex

lex nō uult:ut pulchrè inquit tex.in l.Nam quod.§.fi.& in l.Marcellus.§.Antiſtia.ff.ad Trebel.¶ Itē ſecundo reman ſit differentia in alio: quia licet non ualeat legatū uel fidei= commißum particulare quando hæreditas non eſt ſoluēdo. ut eſt tex.in l.Si uniuerſæ.C.de lega.quia legata non deben= tur niſi deducto ære alieno ut ibi & in l.Papinianus.§.quo niā autē quarta.ff.de inoffi.teſt.cum ſi.Vniuerſale tamē fi= deicōmiſſum ualet:licet teſtator non ſit ſoluendo:ut eſt tex. rotundus in l.Si hæres ab eo.in prin.ff.ad Trebel. & eſt ra tio:quia per hoc non fit deterior conditio creditorum,cum fideicōmiſſarius uniuerſalis ſuccedat loco hæredis & poſ= ſet cōueniri è creditoribus hæreditarijs. Sed ſi legata uel fi= deicōmiſſa particularia ualerent hæreditate non exiſtente ſoluēdo fieret præiudiciū creditoribus qui tantominus acci perent:cū bona hæreditaria diuiderētur inter creditores & legatarios,quod eſſe non debet: quia creditores certant de dāno uitando:legatarij uerò de lucro captādo,ergo meritò creditores ſunt præferēdi, cum fauorabilior ſit cauſa eius qui certat, de dāno uitando quàm eius qui certat de lucro captando ar.l.Iuris ignorantia.& l.Error.ff.de iur.& fa. igno.iuncta l.fi.C.de codic. ¶ Item tertio in alio remanſit differentia:quia aliqui non ſunt capaces hæreditatis uel fi= deicōmißi uniuerſalis:ut fratres minores cle.exiui de para= diſo.poſt med.& ibi Card. & doct.not.de uerb.ſig.& ta= men ſunt capaces relicti uel fideicommißi particularis niſi fiat in fraudē ut ibi habetur.¶ Item quarto in alio remāſit differentia:quia hæres rogatus reſtituere hæreditatē detra hit Trebellianicā: ſed legatarius ſingularis rogatus alteri reſtituere non detrahit Trebellianicā,ſed debetur fideicō= miſſum ab eo relictum uſq; ad modum legatorum ſibi reli= ctorum,



ctorū,ut de utroq; eſt tex.not.iuncta glo.in l. Cohæredi.§. Cum filiæ.ff.de uulg.& pup.Et ergo à fideicōmiſſo parti culari ad uniuerſale uel ecōtra non eſt licita argumentatio niſi quādo eſt eadē ratio in utroq;. ut not.Ioan.de Imol.in d.§.Cum filiæ.de quo uide latius per eundem Io.de Imo.& alios in præal.l.j.ff.de leg.j.& per Salic.in d.l. ij.in quibus locis reperies quādo in dubio cognoſcitur legatū à fideicō= miſſo.& placet mihi opi.Pau.de Caſt.in d.l.j.quē ſequitur ibi Alex.de Imo. uidelicet q̃ inſpicere debemus in dubio ad quem diriguntur uerba: & ſi uerba reperiūtur directa ad honoratū & legatū, ut ſi dicatur, lego uel relinquo Titio decem.Quādo uero uerba dirigūtur ad grauatū dicitur fi= deicōmiſſum ut grauo hærede q̃ det Titio cētū:uel rogo ut manumittat ſeruū:iſtud probatur in.§.pe.& fi.Inſti.de ſin gu.reb.per fideicō.relic. quod eſt utile ſcire: quia licet hæc differentia legatorū & fideicō.ſit hodie ſublata ſaluis modi ficationibus ſuprà cōmemoratis,tamē pro intellectu iuriū antiquorū expedit q̃ iuuenes ſciāt quid eſt unū,& q̃d aliud ne patalogiſentur & decipiantur,quod facile fit ignoratis uirtutibus uocabulorū.l.j.ff.de iuſti. & iur.ignoratis enim principijs neceſſe eſt ut ignorentur principata l. j. & ibi Bal.circa fi.id notat.ff.de orig.iu.quæ omnia tene mēti tan= quā pul.ſing.&c.& uide quod dixi ſuprà in loco à ſimili.

## LOCVS A' FALCIDIA AD TRE= BELLIANICAM. XVI.

PRæterea habemus in iure locum à falcidia ad Trebel= lianicam,à quo ſumptum argumentū nedum eſt pro= babile:ſed forte,frequens & ualde utile fundatū in eo quòd hæc duo à iure purificantur.l. Marcellus. uerſi.quod au= tem.

tem.ff.ad Trebell.& l.Iubemus.C.ad Trebell. & appella-
tione falcidiæ Trebellianica continetur.l.cohæredi.§.cum
filiæ.ff.de uulg.& pup.& l.Titia teſtamento.ff.ad leg.fal.
& eſt bona glo in aucten.unde ſi parens.C.de inoffi. teſta.
quod facit ad multa. ¶ Et gratia exempli pro inſtructione
iuuenum iſtud primo facit ad hoc quòd ſicut de legatis ad
pias cauſas nõ detrahitur falcidia (ut eſt tex.in auct.ſimili
ter.C.ad l.falc.) ita nec Trebellianica de fideicõmiſſo uni-
uerſali ad pias cauſas relicto: ut fit quotidie in diſtributio-
nem pauperũ uel inædificationẽ hoſpitalis. Ita ſingulariter
dicit Bar.in preal.l.Marcellus. & ſequitur Bal.in d.auct.
ſimiliter. & uult Spec.in ti.de inſtr.edit.in.§. cõpendiosè.
in uer.ſed cũ deductio.ubi dicit ita fuiſſe iudicatũ: & Ang.
in.§.ſi uero expreßim.in auct.de hæred.& falc.colla.j.&
Bal.in l.id quod pauperibus.in xvij.q.C.de epiſ.& cle.ubi
dicit ſe infinitis uicibus ꝑ hac parte cõſuluiſſe: & Panor.
in c.Raynaldus.de teſta.ubi dicit ꝙ iſta eſt cõmunis opinio
doc.utriuſq; iuris, & ita eſt tenẽdũ quicquid dicit gl.ord.
in c.ſi pater.de teſta.li.vj.ad cuius motiua patet reſponſio
ex dictis Bar.& Alex.de Imol.in d.l.Marcellus.& ex no-
tatis per Sali.in d.auct.ſimiliter. & per Lud. de Roma.in
ead.auct.in xl.ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uoluntates,
ubi plene repies ad quos breuitatis gratia te remitto: qa ar
ticulus iſte eſt lõgus pulcher brocardicus & quotidianus.
¶ Secũdo iſtud facit ad hoc, ꝙ ſicuti teſtator hodie poteſt
prohibere falcidiã (auct.ſed cũ teſtator.C.ad l.fal.) ita etiã
poterit prohibere Trebellianicã: & ita expreſſe tenet gl.
ord.in d.§.ſi uero expreßim.hoc etiã tenet gl.ord.in §.ſed
quia ſtipulationes.in uerbo liceat.inſt.de de fideicõ.hære.
hoc etiã tenẽt Odof.Iac.de Rauen.Bar.Cy.& Saly.in præ
al.auct.ſed cũ teſtator.& Bar.Alex.& alij in d.l.Marcel-



lus, & Ang.in d.§.ſi uero expreßim: ad quos breuitatis gra
tia te remitto: quia iſte articulus etiã eſt lõgus pulcher &
quotidianus. ¶ Tertio iſtud facit ad hoc ꝙ ſicut ceſſat fal-
cidia qñ hæres ſoluit unũ legatũ integrũ poſtquã ſubtiliter
patrimoniũ agnouit (d.§.ſi uero expreßim.& præal.auct.
ſed cũ teſtator) ita etiã hoc caſu ceſſare debebit Trebell.qa
eadẽ eſt ratio, et ita reperio expreſſe uelle Ang.in d.§.ſi ue-
ro expreßim. ¶ Quarto iſtud facit ad hoc ꝙ ſicut ceßat
falcidia qñ res legata uel ꝑ fideicõ.relicta ꝓhibita eſt alie-
nari.ut eſt tex.in.§.pe.in auct.ut ſpõſ.larg.coll. ix.& auct.
ſed & in ea re.C.ad l.falc.ita etiã tũc ceſſabit Trebell.eadẽ
ratione.Ita not.reperio uelle Ang.in d.§.ſi uerò expreßim.
¶ Quinto iſtud facit ad hoc ꝙ ſicut hæres nõ faciẽdo inuẽ
tariũ perdit falcidiã.l.fi.C.de iure delib.& d.auct.ſed cũ te
ſtator: ita etiã nõ cõficiẽdo inuẽtariũ perdit Trebell.& ita
tenẽt Cy.Bal.& Sali.in præall.auct.ſed cũ teſtator. & ita
cõſuluit Oldr.in cõſi.cxxxiiij.incip.Satis credo.& Bar.in
cõſi.ccxxxiiij.incip.Lena mactarelli.& eſt æqua & ratio
nabilis opinio, licet cõtrariũ teneat Bar.in d.l. Marcellus.
& Ang.in d.§.Si uero expreßim.& Ioã.de Imo.in l.j.hæc
ſtipulatio.ff.ſi cui plus quàm ꝑ l.falc.licue.& Alex.de Imo.
in præal.l.Marcellus.ubi exactißimè hũc artic.quotidianũ
& brocardicũ examinat, ad quẽ breuitatis gratia te remit-
to. ¶ Et generaliter pro regula teneas ꝙ in teſtamentis in
quibus ceſſat falcidia ceſſat etiã Trebellianica per d.l.Mar
cellus.uerſi.quod autẽ.ubi hæc regula habetur ſecundũ unũ
intellectũ. ¶ Itẽ teneas ꝓ regula ꝙ hæres à legatis particu
laribus regulariter detrahit falcidiã, ab uniuerſalibus autẽ
legatis uel fideicõ.hæres regulariter detrahit Trebell.ut in
toto tit.ff.& C.ad l.fal.& in toto ti. ff.& C.ad Treb.niſi
ex aliqua cauſa priuatus ſit, ut ſuprà dixi.nõ tamẽ credas ꝙ

*in omnibus & per omnia falcidia & trebellianica æquiparentur: imo in multis differunt: nam multa imputantur in quarta trebellianica quæ non imputantur in falcidia, ut eſt tex. no. in l. in quartam. ff. ad l. Falci. & habetur & no. per gloſ. Panor. & docto. Cano. in ca. Rainutius. de teſta. unde hæc argmentatio à falcidia ad trebellianicam tunc demum procedit quando contrarium non eſt in iure deciſum expreſſe: & quando ſubeſt eadem ratio, aliàs ſecus: quia expreſſum facit ſilere tacitum. l. fi. C. de pact. conuen. & diuerſitas rationis diuerſitatem diſpoſitionis inducit. l. adigere. §. quãuis. cum ibi not. ff. de iurepat. & l. cum pater. §. Dulciſſimis. ff. de leg. ij. cum concor. quæ omnia tene menti tanquàm pulchra: & uide quod dixi ſupra in loco à ſimili.*

## LOCVS A' CONTRACTIBVS AD VLTIMAS VOLVNTATES. XVII.

3. ſimi[...] ... (handwritten marginal note)

PRæterea habemus in iure locum à contractibus ad ultimas uoluntates: à quo ſumptum argumẽtum nedum eſt probabile: ſed frequens & multum forte quando eadem eſt ratio in utroq;. text. eſt not. in l. fi. & ibi habetur pulchrè per Salyc. C. de lega. & bonus tex. inſti. de lege Fuſia canina toll. & ibi habetur per gloſ. Io. Fab. Ange. de Are. & doc. Et iſto argumẽto utitur Lud. de Ro. in repe. auct. ſimiliter. in xij. ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uolũtates. & in pe. col. eiuſdem repe. C. ad l. Falci. & doct. in infinitis alijs paſſibus: quos commemorare magis eſſet laborioſum quàm ſubtile: & ſimiliter econtra bonum eſt argumentum ab ultimis uoluntatibus ad contractus: text. eſt no. in l. pactum inter hæredem: & ibi Bart. no. ff. de pact. & bonus tex. in l. Iure Ciuili. ff. de condi. & demon. & pulcher tex. in l. Seruum filij. §. Eum qui chirographum. & ibi habetur per Dy. Ray. & Io. de Imo. ff. de lega. j. & bonus tex. in l. Si diuortio. & ibi Ange. not. ff. de uerb. obliga. & habetur plene per Bal. in l. Vnica. C. de lege fuſia canina toll.



¶ Pro cuius quotidiani articuli clara reſolutione dicas breuiter hoc modo. Aut contractus & ultima uoluntas conueniunt in rationis identitate: & tunc procedit argumentum de uno ad aliud, ut in dictis iuribus: aut diſconueniunt & tunc ſi ſit maior ratio in ultima uoluntate quàm in cõtractu: ualidè argumentatur ab ultima uoluntate ad cõtractum negatiuè per locum à maiori l. Obligationum fere. §. Placet. ff. de actio. & oblig. & econtra à contractu ualidè argumentatur ad ultimam uoluntatẽ affirmatiuè per locum à maiori, & ſic propriè loquitur d. l. fi. C. de lega. Aut ecõtra maior eſt ratio in contractu quàm in ultima uoluntate, & tũc procedit argumentum à contractu ad ultimam uoluntatem negatiuè, & ab ultima uoluntate ad contractum affirmatiuè, & ſic loquitur d. l. Pactum inter hæredẽ. quando autem ſumus in dubio, tunc quia in ultimis uoluntatibus regulariter fit plenior interpretatio quàm in contractibus (l. In teſtamentis. ff. de regu. iur. & c. Cum dilecti. de dona. cum ſi.) à contractu ad ultimam uoluntatẽ ualidè argumẽtatur affirmatiuè, & de ultima uoluntate ad contractũ negatiuè. Ita not. dicit Sali. in d. l. fi. & Io. de Imo. in d. §. Eum qui chirographum. & Ange. de Aret. in d. ti. Inſti. de lege fuſia cani. toll. in quibus locis plenè de hoc reperies.

¶ Hoc autem tene pro regula quòd hoc argumẽtum nunquàm procedit ad derogationem legis. Ita nota. dicit Bal. in d. l. Vnica. C. de lege fuſia cani. toll. & idem Bal. in c. Inter cæteras. de reſcrip. circa quod uide quod dixi ſuprà in loco

à ſimili.in prima fallentia.Item ſcias ꝙ plures ſunt not.differentiæ inter contractus ex una parte & ultimas uolũtates ex alia: ex quibus uidere poteris ſeptẽ magiſtraliter collectas per Iaſo.in d.l.Pactũ inter hæredẽ.In quibus & ſimilibus certũ eſt hanc argumentationẽ non procedere, ad quẽ quia pulchrè loquitur breuitatis gratia te remitto:quæ omnia tene menti tanquàm pulchra utilia & quotidiana.

## LOCVS A' CONTRACTIBVS AD QVASI CONTARCTVS. XVIII.

PRæterea habemus in iure locũ à cõtractibus,ad quaſi contractus,à quo ſumptum argumentũ eſt probabile,frequẽs & utile.tex.eſt no.in l.Si pupilli.§.Si quis ita.ff. de nego.geſt.& in l.Apud Iulianũ.§.fi.cũ.l.ſeq.ff. ex quib. cau.in poſſ.ea.& in l. Ait prætor.in princ.iuncto.§.Non ſolum.cum ſeq.ff.de mino.& hoc ſentiunt Bal.& Ang.in cõſtitutione ſacramenta puberũ,in uerbo,contractibus.C. ſi aduerſ.uend.ubi uolũt ꝙ ſicut contractus firmatur iuramento ita etiã quaſi contractus. Et quẽadmodum bonũ eſt argumentum à contractibus ad quaſi contractus, ita etiam econtra bonũ eſt argumentũ à quaſi contractibus ad cõtractus,hoc probatur multũ bene per locũ à ſpeciali in c.Decet. circa fin.iuncta glo. ſuper uerbo proceſſus, de immu. eccle.li.vj. Nam ſi in materia pœnali & quando agitur de annullatione actus in odium alicuius non licet arguere à quaſi contractibus ad contractus:ut ibi eſt tex. iuncta glo. ergo regulariter aliàs ualebit illa argumentatio per ea quæ dicã infrà ĩ loco à ſpeciali. ¶ Hoc tamẽ uolo te ſcire ꝙ hæc argumẽtatio à cõtractibus ad quaſi cõtractus nõ procedit, qñ diſpoſitio concepta ſuper contractu eſt odioſa,uel pœnalis:



nalis:tunc enim non extenditur ad quaſi contractũ. Ita dicit Bar.& poſt eum Bal.Ang.Io.de Imo.& doc. in l.More.ff.de acquir.hæred.& idem Bar.in d.l. Apud Iulianũ.in §.Si pupillus.et habetur plenè per Bar.Ang.Io.de Imo.& doc.in l.Mutũ.ff.de acquir.hæred.& per Panor.in c.Cum eccleſia.in iij.col.de immu.eccle.& per eundem in c. Qua fronte.in prin.de appell.& per Ange. Inſti. de oblig. quæ ex quaſi contractu naſcun.in prin. & per eundem Ang.in §.Neq;.Inſti.de aucto.tuto. in quibus locis præfati doc. dicunt ꝙ ſi ſtatutũ prohibet mulierẽ cõtrahere ſine cõſenſu ꝓpinquorũ uel ſine alia ſolẽnitate requiſita per ſtatutũ in contractu mulierũ,poterit nihilominus mulier ſine tali ſolennitate requiſita per ſtatutũ, hæreditatem adire licet hæreditatem adeundo quaſi contrahat:ut eſt tex.in.§.Hæres. Inſti.de oblig.quæ ex quaſi cõtractu naſcũ.& in d.l.Apud Iulianum.§.fi.cum.l.ſeq. & eadẽ ratione poſſet dici ꝙ mulier ſine huiuſmodi ſolennitate poſſet litigare in iudicio in quo quaſi contrahitur.l.iij.circa fi.ff.de pecul.nec mirum: quia ſtatuta & diſpoſitiones odioſè debẽt ſtrictè & ꝓpriè intelligi:ut eſt tex.in l.iij.§. Hæc uerba.ff. de ne.geſt.& in c.In noſtra.de iniu.Et hinc ſing.dicit Bar.in l.j. §. Hoc interdictũ. ff .de fonte.ꝙ mulier cadẽs in pœnã ex forma ſtatuti propter delationẽ perlarum,non incidit in pœnã ſi deferat perlas fictas & cõtrafactas:quia ſtatutũ intelligitur de perlis naturalibus,& ueris,& nõ de fictis,& ꝙ ſtatuta loquẽtia de cõtractibus,non porrigãtur ad quaſi cõtractũ: tenet etiã Albe.de Roſ.poſt Dy. in prima parte ſtatutorũ. q.centeſima.Et quemadmodũ non licet arguere à cõtractibus ad quaſi cõtractus,in ſtatutis et alijs diſpoſitionibus odioſis,uel pœnalibus,ut ſuprà dixi:ita etiã non licet arguere

à quaſi contractu ad contractum quando diſpoſitio cõcepta ſuper quaſi cõtractu eſt odioſa uel pœnalis. Ita uult gl. ordin. in d. c. Decet ſuper uerbo, proceſſu, nam in iudicijs quaſi contrahitur ut ſuprà dixi: & tamen pœna nullitatis iudicij & ſic quaſi contractus, in eccleſia celebrati non extenditur ad uerum cõtractum: quod patet quia uerus contractus in eccleſia celebratus ualet & tenet licet contrahentes peccent ut dicit glo. ordi. ſing. in præal. c. Decet. & tamen iudicium ibi redditũ uel ſententia ibidem lata per laicos non ualet, ut ibi eſt tex. cuius non eſt alia ratio niſi quia diſpoſitio d. c. Decet, annullans actum iudicialẽ in eccleſia celebratũ in odium exercentis eum eſt pœnalis ſecũdũ Panor. in c. ij. de conſti. & Bal. in l. Non dubiũ. C. de legi. Verba autẽ conſtitutionis pœnalis debent ſtrictè & propriè intelligi ut dixi, nimirũ ergo ſi argumẽtatio hoc caſu nõ ſit ualida quaſi à cõtractu ad cõtractũ, qđ tene menti, & uide quod dixi ſuprà in loco à ſimili. Et quemadmodum dixi bonum eſſe argumentum à contractibus ad quaſi contractus: ita etiã bonũ eſt argumentũ à cõtractibus ad iudicia. gl. eſt ordina. ualde nota. in d. cõſtitutione ſacramẽta puberũ. & ibi hoc uolunt Bar. Bal. & doct. de quo uide ibi latius per eos, & per doct. in l. Inter ſtipulantem. §. j. ff. de uerb. obli. ad quos breuitatis gratia te remitto.

## LOCVS A' CONTRACTV AD DISTRACTVM. XIX.

PRæterea habemus in iure locũ à cõtractu ad diſtractum, à quo ſumptũ argumentũ nedum eſt probabile ſed forte, frequens & utile, qñ eadẽ eſt ratio in utroq;: concurrente enim identitate rationis cõſtitutio ſeu ſtatutũ loquens



quens in contractu habet etiã locũ in diſtractu. tex. eſt nota. in l. Item ueniũt. in prin. iuncto. §. j. ff. de peti. hæredi. & bonus tex. in c. De illis. j. in prin. de deſpon. impu. iuncto c. Vnico. §. Idem quoq;, eo. ti. li. vj. cũ utrobiq; nota. & eſt gl. ord. ſing. in l. iij. §. Ecõtrario. ff. de contra. iudi. tute. & ſentit Bal. in rubr. extra de iureiur. & uolunt Bar. Bal. Salice. Ang. Iaſon, & alij doc. in conſtitutione ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. uendi. & idem Iaſo. in l. Si unus. §. Pactus ne peteret. ff. de pac. Et iſto argumẽto utitur Pau. de Caſt. in l. Actione. C. de tranſac. & idem Pau. de Caſt. in l. pe. & ibi etiã Bar. C. de dolo. hoc argumento etiam tacitè utitur glo. ordi. in l. De tutela. & ibi Pau. de Caſt. & doc. not. C. de in integ. reſt. mino. & de eo cõmemorãt doc. in pluribus alijs paſſibus quos commemorare magis eſſet laborioſum quàm ſubtile. Et hinc eſt q̃ ſicut in deciſorijs quando actio oritur ex cõtractu attenditur conſuetudo loci contractus: & non conſuetudo loci iudicij, ut eſt tex. in l. Si fundus. ff. de euictio. & habetur plenè per Bar. & omnes doc. in l. Cunctos populos. C. de ſum. tri. & fid. cath. & pulchrè per Panor. & Canon. in c. Quod clericis. de foro cõpe. Ita etiam qñ actio oritur ex diſtractu attẽditur cõſuetudo loci diſtractus ut uideri poteſt in actione de dote, nã attenditur cõſuetudo loci diſtractus puta domicilij uiri tẽpore ſoluti matrimonij, & nõ cõſuetudo loci iudicij uel cõtractus celebrati. ut eſt tex. ſing. & uulgaris in l. Exigere dotem. ff. de iudi. de quo habetur plenè p doc. & maxime per Iaſ. & nouiſſimos in præal. l. Cũctos populos. & per Ant. de But. Panor. Præpoſi. & Canon. in c. j. de ſponſa. quod tene menti, quia eſt quotidianũ & frequẽtiſ. in practica. Hinc etiã eſt q̃ ſicut dolus dãs cauſam cõtractui bonæ fidei reddit cõtractũ ipſo

 iure

iure nullũ.l.eleganter.ff. de dolo,ita etiã dolus dans cauſam diſtractui ſeu reſolutioni contractus bonæ fidei reddit cum ipſo iure nullũ d.l. De tutela.& ibi not. et ponit pro cõſtãti Bar.in l.Et ideo.circa prin.ff.de cõdi. fur.quia cõtractus & diſtractus iudicantur eiuſdẽ naturæ ſecũdũ eũ,quod tene menti.Et ad multa alia pulchra & quotidiana induci poteſt hæc argumentatio à cõtractu ad diſtractũ, quæ uidere poteris per Bal.in d.§.Pactus ne peteret.& eleganter per Iaſo.in d.conſtitutione ſacramenta puberũ. & in locis per eum cõmemoratis ad quem breuitatis gratia te remitto;ubi autẽ non cõcurrit identitas rationis, tunc hæc argumẽtatio non ꝓcedit,& poteſt poni exẽplũ in caſu quotidiano poſito per Sali.in l.Sancimus.C.de don.poteſt etiã poni exẽplũ in caſu quotidiano poſito per Bal.Pau.de Caſt & doct. in l.ij.C.ubi & apud quẽ.quia ratione cõtractus non ſortitur quis forũ diſtractus uel reſciſionis.d.l.ij.quæ ad hoc eſt nota. & mẽti tenẽda ſecundũ Bal.ibidẽ. & ratio huius eſt,qꝛ cõtractus & diſtractus ſunt multum diuerſa.l.fi.et ibi Bal. not.C.ſi tut. uel cura.interue. ſeparatorũ autẽ ſeparata eſt ratio:& de uno ad aliud regulariter non eſt bona argumẽtatio.l.fi.in fi.& ibi Bar.& Pau.de Caſt. not.ff. de calum. & l.Neq; natales.C.de proba.& l. Nõ hoc.C. unde cogna. & c.In præſentia.de proba.cum ſim.Pro cuius articuli pleniori ĩtelligẽtia uolo te ſcire ſex pulchra et notabilia dicta.

¶ Primo ꝙ eo caſu quo cõtractus eſt bonæ fidei eo caſu diſtractus ſeu liberatio ab eo cõtractu etiã eſt bonæ fidei.tex. eſt.no.in l.ab emptione.& ibi Bar.Bal.Ang.& doc.id no. ff.de pac.et bo.tex.in l.j.C.qñ lic.ab emp.diſc.et ibi Bar.& Pau.de Caſ.dicũt ꝙ ubi habitus eſt bonæ fidei ſimiliter eius priuatio,& iſtud eſt ualde utile,et ut ibi uidere poteris per





eos & per Iaſo.in d.l.Ab emptione.ubi recurre. ¶ Secũdo uolo te ſcire quòd eius eſt deſtituere cuius eſt inſtituere,& quòd ad eum ſpectat deſtitutio ad quem ſpectat inſtitutio. tex.eſt nota.in c.Cum ex iniuncto.in fi.de hæreti.Hoc tamẽ intellige ſanè quãdo inſtitutio cõpetit de iure cõmmuni. Si autẽ alicui cõpetat inſtitutio de iure ſpeciali puta inferiori ab epiſcopo ex cõſuetudine uel præſcriptione:talis non poterit deſtituere uel priuare beneficio niſi id præſcripſiſſet. quia præſcriptio in uno non extẽditur ad reliquũ etiã ſi detur inter ea quædam cõmunio. c. Cum cõtingat.de deci.Ita ſing.uolunt Hoſti.Io.Andr.Panor.Feli.& doc.in d.c.Cum ex iniuncto.& Panor.in c.Accepta.in fi. de reſti. ſpoli. ad quos breuitatis gratia te remitto. ¶ Tertio uolo te ſcire ꝙ prohibito diſtractu prohibita etiam cenſentur præambula diſtractus.l.Si ad reſoluẽdam.C.de prædi.mino. ſine decre. non alienan. ſicut prohibito contractu prohibentur præambula eiuſdem l.Oratio. ff. de ſponſa. cum ſimilibus.

¶ Quarto uolo te ſcire ꝙ ſolennitas requiſita in cõtractu regulariter requiritur etiã in diſtractu.l.Nihil tã naturale. ff.de reg.iur.& l.prout quiſq;.ff.de ſol.& auct.ecõtra.& ibi Sali.id no.C.de repu.& hinc eſt ꝙ ubi reqritur decretũ in cõtractu,reqritur etiã in diſtractu:& ſic in trãſactiõe uel refutatione faciẽda per minorẽ de re immobili reqretur decretũ præal.l.Si ad reſoluẽdã:quæ ad hoc eſt not. ſecũdũ Bal.in l.Præſes.C.de trãſac.& eſt bo.tex.in l.nõ ſolũ.C.de præd.mi.& idẽ in remiſſiõe hypoth.uel pignoris faciẽda ꝑ pupillũ:nã reqritur decretũ iudicis.l.ſi cõſenſit.in prim.iũcta gl.ff.quib.mo.pig.uel hyp.ſol.quod tene mẽti: quia eſt ſingulare & quotidianũ. Et ecõuerſo id qđ non eſt neceſſariũ in conſtruendo nõ eſt etiam neceſſariũ regulariter in

deſtruẽdo. quod facit ad duas pulchras & quotidianas quæſtiones: ut uidere poteris per Pau. de Ca. in l. Vnica. C. de ſatiſdan. ubi recurre. Hoc tamen fallit in degradatione clerici: quia in eius degradatione requiritur præſentia pluriũ epiſcoporum quàm in ordinatione eiuſdem. c. Degradatio. de pœnis. li. vj. & c. Inter corporalia. & ibi Ant. de But. no. de transla. præla. cum ſi. ¶ Quinto uolo te ſcire q qui habet auctoritatẽ legitimã in contractu habet etiã in diſtractu. tex. eſt not. in l. fi. & ibi Bal. & Sali. notant. C. pro ſocio.

¶ Sexto uolo te ſcire q reſolutio contractus quam uocamus diſtractũ non dicitur nouus contractus, & ergo ſtante ſtatuto q de quolibet contractu ſoluatur gabella: nõ erit ſoluenda gabella de iſta reſolutione ſiue diſtractu. Ita not. dicit Pau. de Ca. in d. l. j. C. quan. lic. ab emp. diſce. poſt gloſ. ord. ibidem. & idem uult Pau. de Caſt. in l. j. C. de pac. inter empt. & uen. cõpo. idem etiã uult Bal. in d. l. Ab emptione. circa fi. ubi etiã inter alia ſingulariter dicit q gabella debetur fiſco, licet contractus cancelletur de partiũ uolũtate. de quo tamen uide latius per Io. Fab. Inſti. de emp. & uendi. in prin. quæ omnia tene menti, tanquã pulchra, ſingularia, utilia & quotidiana. Et uide quod dixi ſuprà in loco à ſimili.

## LOCVS À CONTRACTIBVS AD DELICTA ET ECONVRA. XX.

PRæterea habemus in iure locum à cõtractibus ad delicta & econtra, à quo ſumptũ argumentũ nedum eſt probabile: ſed forte, frequẽs & utile: quia cõtractus & delicta pariſicãtur à iure l. Omnẽ. ff. de iudi. auct. qua in prouincia. C. ubi de cri. agi opor. & c. fi. de for. cõpe. cum ſi. Et iſto argumento à contractibus ad delicta utitur Gandinus in tra



in tract. ſuo malefic. in ti. de pœn. reo. in v. col. ubi per hoc ſing. dicit q quemadmodũ iudex in deciſorijs tenetur ſeruare conſuetudinẽ loci ubi celebratus eſt cõtractus: ut eſt caſus in l. Si fundus. ff. de euict. & not. per Bart. & doct. in l. Cunctos populos. C. de ſum. tri. & fi. cath. Ita etiã dicemus in delictis ut cõſuetudo loci cõmiſsi delicti attẽdatur: & pœna per cõſuetudinẽ impoſita imponatur, licet de iure cõmuni pro illo delicto alia ſit pœna impoſita. de quo uide latius per Cy. Bart. Sali. Iaſo. & doct. in d. l. Cunctos populos. & in locis per eum cõmemoratis. Hinc etiã eſt q ſicut in contractibus inſpicitur initiũ contractus. l. Pomponius. ij. ff. de neg. geſt. ita etiã in delictis inſpicitur tẽpus delicti, adeo q ſi tẽpore cõmiſsi delicti alia pœna ſit impoſita per ſtatutũ pro delicto quàm tẽpore inquiſitionis uel ſententiæ imponetur pœna quæ erat tẽpore cõmiſsi delicti: quia tunc erat obligatus arguendo à contractu ad delictũ: ita ſing. decidit Gandinus ibi ſupra, uer. pone me accuſaſſe Titiũ, quod tene menti. Ecõuerſo à delictis ad cõtractus etiã bona eſt argumentatio, & ea utitur Bar. in l. Ciuitas. ff. ſi cer. peta. ad illum effectũ q ſicut ciuitas obligatur ex delicto l. Metum. §. Animaduertendum. ff. quod met. cau. ita etiã obligatur ex cõtractu mutui, de quo uide ibi plenè per eum, quia materia eſt utilis & quotidiana. ¶ Hoc tamen uolo te ſcire, quòd à cõtractibus ad delicta & econtra tunc eſt argumẽtatio bona quãdo eadẽ eſt ratio in utroq;: non autẽ quãdo eſt diuerſa ratio. Ita not. dicit Sali. in l. Vnica. C. ubi de poſſeſ. aga. & eſt de mente Cy. ibidẽ. Et hinc eſt q æquiparatio quæ fit inter contractus & delicta locũ habet quantũ ad obligationem inducendã. d. l. Omnẽ. & quantũ ad ſortiendũ forũ, ut ſcilicet queadmodũ in loco cõtractus quis ſortitur forum.

*l.hæres abſens.§.j.ff.de iudi.& c.dilecti.de foro cōpe.cum ſimi.*Ita *& in loco delicti.d.auct.qua in prouincia.& præ alle.c.fi.* Ita dicit *gl.ord.not.in d.l.hæres abſens.§.j.ſuper uerbo,debebat.& ibi* Pau.de Caſt.*& doct.Nō autē locum habet dicta æquiparatio quātum ad actū remiſſionis quæ in delictis regulariter fieri debet de iure:ut eſt tex. in auct. ſi uero.C.ad l.iul.de adul. & in §.ſi qs uero cōprehēſorū. in auct.ut nulli iudicū.col.ix.*In *cōtractibus autē ecōtrario regulariter nō fit remiſſio,ut eſt tex.ī c.*Romana.*§.cōtrahentes.& ibi habetur per* Canoniſtas.*et precipuè per* Philip.*Fran.de fo.cōpe.lib.vj.& in cle.paſto.de re iudi.& in c.j.& ibi* Panor.*de rapt.& not.per* Legiſtas *in d.l.hæres abſens.§.j.et habetur pulchrè per* Lud.de Rom.*in ſuis ſingu.ſingulari.cclxxxiij.inci.*Regula *eſt & c.*V*bi ponit tres ſingulares limitationes in quibus habet locū remiſſio in cōtractibus:ad quē breuitatis gratia te remitto.*Hinc *etiā eſt quòd licet in loco deſtinatæ ſolutionis quis cōueniatur & nō in loco cōtractus.l.Cōtraxiſſe.ff.de actio.& obli.tamē ratione uiolētiæ cōmiſſæ quis nedū poteſt cōueniri ubi ſita eſt poſſeſſio:ſed etiā ubi uiolētia eſt cōmiſſa. d. l.*V*nica.& ibi no.per glo.& doc.rationē autē diuerſitatis uide ibi per* Cy.*Sali.& alios,quod tene mēti,quia eſt utile & quotidianum.*Et *uide quod dixi ſuprà in loco à ſimili.*

## LOCVS AB VLTIMA VOLVNTATE AD IVDICIA. XXI.

PRæterea *habemus in iure locum ab ultima uoluntate ad iudicia à quo ſumptum argumentum nedū eſt probabile ſed forte,frequens, & utile ſi formetur affirmatiuè.* Quod *enim poteſt teſtator poteſt & iudex.tex.eſt not.in l.*Non *eſt mirū.& ibi not.per* Bar.Sali.Pau.de Ca.*& doc. ff.de pign.act.& bonus tex.in l.*Solent.*& ibi glo. &* Bar. *ff.de alimen.& cib.leg.& in l.*Seruus *hac lege. ff.de manumiſ.& hinc eſt quòd ſicut teſtator poteſt prohibere alienationē,& ſi poſtea fiat non ualet l.cum pater. §.libertis. ff.de leg.ij.& l.*Filiusfamilias.*§.*Diui.*ff.de leg.j. ita & iudex.tex.eſt not.in l.*De pollicitationibus.*in fin.ff.de pollicita.qui tex.ad hoc eſt ſing.ſecundū* Bal. *in l.* Per *diuerſas. in ix.q.in fi.C.manda. de quo articulo uide pleniſſimè per* Alex.de Imo.*in d.§.* Diui.*& per* Panor.*&* Canoniſt.*in c.* Raynaldus.*de teſta.*Item *econtra à iudicijs ad ultimam uoluntatem* procedit *argumentum negatiuè.*Qui *enim nō poteſt eſſe teſtis in iudicio,nec etiā in teſtamento. tex.eſt not. in l.*Qui *teſtamento.§.eum qui.& ibi* Bar.Bal. Ang.Paul. de Caſt.Io.de Imo.*hoc not.ff.de teſta.* Sed *affirmatiuè non ualet argumentū à iudicijs ad ultimā uoluntatē.ut eſt text. in d.l.*Qui *teſtamēto.§.*Mulier.*cum ibi not.per gl. & doc.* Mulier *enim poteſt eſſe teſtis in iudicio,& tamē nō poteſt eſſe teſtis in teſtamento,de quo uide latius per doct. in d.§.* Mulier.*& p* Ang.*in.§.*Teſtes.*Inſti.de teſta.quod tene mēti,quia poteſt induci ad multa.et uide qd' dicā infra in loco à ſentētia ad teſtamētū,& quod dixi ſuprà in loco à ſimili.*



## LOCVS A' MILITE ARMATAE militiæ ad militem cœleſtis militiæ. XXII.

PRæterea *habemus in iure locū à milite armatæ militiæ ad militē cœleſtis militiæ qualis eſt ſacerdos,à quo ſūptū argumētū nedū eſt pbabile ſed forte, frequēs & ualde utile,*Omnia *enim priuilegia cōceſſa à iure militib⁹ armatæ militiæ*

militiæ (ex quibus multa recitantur per Bar. in l. neq; ff. de milit. teſt. & per Bal. in l. milites. C. eo. tit. & per Alexã. de Imo. in l. Centurio. in ij. iij. iiij. col. ff. de uulg. & pupil. ſubſtit.) competunt etiã militibus cœleſtis militiæ: & nedum illis, ſed etiã militibus iuſtitiæ, quales ſunt doctores & aduocati. Ita dicit gl. ord. no. in l. Miles. & ibi Bar. Ange. & doct. ff. de re iudi. & probatur in l. ſacroſanc. & in auctẽ. preſbyteros. C. de epiſ. & cleri. & in l. Aduocati ibi. militant nãq; cauſarum patroni, &c. C. de aduoca. diuerſo. iudiciorum. Et iſto argumẽto utitur ſummus pontifex. in c. Degradatio. de pœnis. li. vj. & gl. in l. Milites. C. loc. & doctο. in pluribus alijs paßibus quos cõmemorare magis eſſet laborioſum quàm ſubtile. Et hinc eſt quòd ſicut miles armatæ militiæ nõ cogitur cedere bonis nec poſſet carcerari pro debito ſed habet priuilegiũ ne cõueniatur ultra quàm facere poteſt deducto ne egeat. d. l. Miles. ĩ prin. ita nec miles dci ut uult gl. ord. in preal. l. Miles. & pro hoc eſt tex. ſecundũ unam lecturã in ca. Odoardus. de ſolu. de quo uide latius per Pet. de Ancha. Io. de Imo. Panor. & alios docto. canoniſtas ibidẽ. Hinc etiã eſt quòd ſicut miles armatæ militiæ de iure nõ poteſt torqueri uel ſuſpendi. l. deſertorẽ. §. j. cũ ſua not. gloſ. ff. de re mili. & l. Miles. C. de quæſtio. ita nec ſacerdos. de quo uide latius per Cy. & doc. in l. Nullus. C. ad l. Iul. maieſta. & per cano. in ca. j. de depoſito. Et idẽ dici poteſt de doct. & aduocatis qui ſunt milites iuſtitiæ. d. l. Aduocati. ſecundũ Cy. in d. l. Milites. C. de quæſt. & gl. in d. l. Miles. ſed ſi atrocitas delicti expoſcat doctor debet decapitari nõ ſuſpẽdi ſecundũ Alex. de Imo. in d. l. Deſertorẽ. in prin. Imo nõ ualet cõſuetudo uel ſtatutũ diſponens ꝗ milites poßint torqueri. Ita ſingulariter dicũt Bar.

Ioan. de



Ioan. de Plat. in l. omnes iudices. per illũ tex. C. de decurio. lib. x. & uult Lud. de Roma in ſuis ſingularibus ſing. ccccxcij. incip. Milites, doctores & decuriones, &c. Hinc etiã eſt ꝗ ſicut ſtipẽdia militũ nõ ſunt capiẽda pro executione ſentẽtiæ, ita nec etiã ſtipẽdia clericorũ. de hoc eſt tex. iuncta gl. in l. Stipẽdia. C. de execu. rei iudi. & facit tex. iuncta ſua not. gl. in l. Nepos proculo. in fi. ff. de uerb. ſign. de hoc tamen uide latius per doc. canoniſtas in. c. peruenit. de pig. & latè per Panor. in repet. c. Cũ eſſes. in iiij. q. princ. de teſta. & per Bar. & legiſtas in l. Si finita. §. Si de uectigal. in ij. col. ff. de dam. infec. ubi recurre. Hinc etiã eſt ꝗ ſicut nõ ualet legatũ relictũ cõcubinæ per militẽ. ut eſt tex. not. in l. miles ita. §. mulier. ff. de mil. teſt. ita etiã nõ ualet legatum relictũ per clericũ uel ſacerdotẽ cõcubinæ ſuæ. Ita not. dicit Bar. & poſt eũ doc. in d. §. Mulier. & idẽ Bar. in l. Mulierem. ff. de ijs quib. ut indi. & facit in argumentũ. l. Claudius illo. eo. ti. quod tene mẽti. Hinc etiã eſt ꝗ ſicut nõ ualet donatio inter uiuos facta cõcubinæ per militem ſeculi. l. ij. C. de don. inter ui. & uxo. ita nec donatio facta cõcubinæ per clericũ, cũ ſit miles cœleſtis et honorabilior quàm miles ſecularis. c. duo ſunt. xcvj. diſt. & c. ſolite. de maio. & obed. & ita diſputando tenuit Richardus Malumbræ, & ſequitur Bar. in l. Affectionis. ff. de don. & no. Cy. in. d. l. ij. C. de dona. inter uirũ & uxo. & idẽ uult Io. and. in. c. de ijs. de ſepul. & Alex. de Imo. in. d. l. Centurio. in ij. col. & Ioã. de Imo. Panor. & doc. in c. j. de cler. egro. Et idẽ eadẽ ratione dici poteſt in doctore uel aduocato, & ita ſpecialiter reperio tenere Hoſtiẽ. in ſumma ſua. ti. de dona. in. §. & cui. & Bar. in d. l. Miles. in fi. & ſequitur Præpoſi. in rubri. de dona. inter uirum & uxo. ubi pulchrè loquitur: quod tene

menti

menti ad infringēdū donationes factas cōcubinis uel focarijs per militē, ſacerdotē, doctorē uel aduocatū. Hinc etiā eſt ꝙ ſicut filiusfa. miles in dubio præſumitur capere & expendere mutuū in cauſis caſtrēſibus ſic ꝙ ceſſat ſenatuſcōſul. Maced. ut eſt tex. ſing. in l. fi. in fi. C. ad Maced. ita etiam filiusfa. ſcholaris accipiēdo pecuniā mutuā præſumetur eā expēdiſſe in cauſas ſcholaſticas neceſſarias. ita ſingul. dicit Bar. in d. l. fi. quod tene mēti. Hinc etiā eſt ꝙ ſicut diſciplina militaris poteſt exerceri diebus feſtiuis. l. Diuus. ff. de ferijs. ita etiā diſciplina legalis cū æquiparentur. d. l. Aduocati. & ſic licitū eſt ſtudere & legere dictis diebus, de quo uide pleniſsime per Panor. in c. j. de ferijs. & per Iac. Alua. in prin. feudorū. An autē in bello maxime iuſto ſint ſeruandæ feriæ. uide per gl. & doc. in. c. j. de treug. & pa. Id autē quod dixi ſuprà ſcilicet ꝙ priuilegia tributa militibus ſæculi extēduntur ad milites dei debet limitari ut ꝓcedat in caſibus in quibus ſubeſt eadē ratio, & ubi cōtrariū nō reperitur diſpoſitū in iure, aliâs ſecus, & ergo licet militi armatæ militiæ nō imputetur ignorātia iuris. l. j. C. de iu. & fac. igno. militi tamē dei uel militi iuſtitiæ nō parceretur in hoc, ita limitat Panor. in. d. c. j. de cler. egro. & doc. in prædl. l. j. C. de iur. & fac. igno. & Alex. de Imo. in. d. l. Miles. ff. de re iud. quē oīno uide. & hinc eſt ꝙ doctor minor. xxv. ann. nō auditur petēs reſtitui in integrū propter leſionē, profeſsio enim & deſideriū hoc caſu inter ſe diſcrepāt. ita dicit gl. ordi. ſing. in l. profeſsio. C. de mun. patri. lib. x. de quo articulo uide latius per Pet. Cy. Bal. Pau. de Caſt. & doc. in l. j. C. qui & aduerſus quos. ubi plenè reperies: quæ omnia tene menti tanquā pulchra, ſingularia utilia et quotidiana, & uide qđ dicam infrà in loco à ſpeciali, & quod dixi ſuprà in loco à ſimili.

Diebus feſtis ſtudeñ.

Locus



## LOCVS A' LIBERTATE AD PIAM CAVSAM. XXIII.

PRæterea habemus in iure locū à libertate ad piā cauſam à quo ſumptum argumentum nedum eſt probabile ſed efficax, forte & utile ualde. ubicunq; enim lex aliquid ſtatuit uel diſponit in fauorē libertatis, illa lex etiam locum habet in pia cauſa quādo eadē ratio militat in utroque, quia libertas eſt actus pietatis: ut eſt tex. in l. j. circa fi. & ibi Bal. notat. C. de cōmuni ſeruo manumiſſo. & libertas & cauſa pia æquiparātur: ut uult Bal. in. l. ij. circa principi. C. de fideicōmiſ. liber. & idem Bal. in l. ſi iure. C. de manumiſ. teſta. & Bar. in l. ſi unus. C. de teſta. & idē Bar. in l. Titio uſufructus. §. fi. ff. de condi. & demon. & idē Bar. & Ioā. de Imo. in l. proxime. in fi. ff. de his quæ in teſta. delen. & Alex. de Imol. in l. centurio. in ij. col. ff. de uulga. & pupilla. & iſtud facit ad multa pulchra & ſingularia dicta quotidie occurrētia in practica. Ex quibus pro inſtructione iuuenum referam primo xix. poſita per Lud. de Roma in ſua aurea repetitione. auct. ſimiliter. C. ad l. Falcidiā. & deinde ſubnectā ſeptem alia pulchra non minnus utilia ex hac argumentatione reſultantia. ¶ Primo ergo iſtud facit ad hoc, ꝙ ſicut fauore libertatis mulier quæ fideiubet pro ſeruo ut cōſequatur libertatē nō iuuatur beneficio Velleiani. ut eſt tex. not. in l. penult. C. ad Velleia. ita etiam mulier nō iuuabitur beneficio Velleiani quādo fideiubet ꝓ pia cauſa eadem ratione: ita ſing. dicit Lud. de Roma in repeti. d. auct. ſimiliter. in tertio ſpeciali piæ cauſæ circa cōtractus. ¶ Secundo iſtud facit ad hoc, quòd ſicut fauore libertatis mandatum re integra morte mandantis non finitur, ut eſt tex. notabilis iuncta gloſ. in l. ſi pater filio. in princip. ff. de manumiſ.

Libertatis eſt actus pius.

manumiſ.uind.ita etiã mandatũ non finitur re integra mor=
te mandãtis fauore piæ cauſæ eadẽ ratione.& ita uult Lud.
de Ro.in repeti.d.auctẽn.ſimiliter.in xvij.ſpeciali piæ cau=
ſæ,circa cõtractus. ¶ Tertio iſtud facit ad hoc quòd ſicut
fauore libertatis pluribus probationibus hincinde repu=
gnãtibus & cõtrarijs,illa probatio aſſumitur quæ eſt pro
libertate,ut eſt tex.not.unicus & ſingul.in l. Lege Iulia &
Papia.ff.de manumiſ. ita etiã erit fauore piæ cauſæ eadẽ ra
tione:magna enim eſt ratio quæ pro religione facit l. Sunt
perſonæ.ff.de relig.& ſumpt.fune. & ita uult Lud.de Ro.
in repeti.d.auct.ſimiliter.in primo ſpeciali piæ cauſæ circa
iudicia. ¶ Quarto iſtud facit ad hoc q ſicut legatũ liberta
tis debetur licet reperiatur cancellatũ,quia iuris præſum=
ptione cenſetur cancellatũ inconſultè circa intẽtionẽ teſta=
toris,niſi contrariũ probetur:ut eſt tex.ſing.in d. l. Proxi=
ximè.in fi. ita etiã erit in legato relicto ad pias cauſas eadẽ
ratione:& hoc uolunt Bar.& Ioan.de Imol.in prælleg.l.
Proximè.& idem Bar.in d.l.Si unus. ubi dicit ſe ſic conſu=
luiſſe.& ſequitur Lud.de Rom.in repetitione d.auct.ſimi=
liter.in primo ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uoluntates.
¶ Quinto iſtud facit ad hoc quòd ſicut non reijcitur con=
ditio fauore libertatis quæ aliàs reijceretur : Vt eſt text.in
præal.l.Titio uſusfructus.§.fina.ita nec etiã reijcitur fauo=
re piæ cauſæ eadem ratione:& per hoc dicit Bar.poſt Gu=
lielmum de Cunio in d.l.Titio uſufrusctus.§.fi. quòd ſi ali=
cui indicitur uiduitas, uel apponitur cõditio quòd nubat de
conſenſu tertij,& ſi ſecus fecerit quòd bona applicentur
alicui pio loco, hoc caſu non reijcitur conditio,quia cauſa
in quam ſit translatio eſt priuilegiata,& hoc dictũ refert
& ſequitur Ludo.de Roma in repetitione d.auctẽn.ſimili=





ter in ſecundo ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uoluntates.
¶ Sexto iſtud facit ad hoc quòd ſicut fauore libertatis li=
bertas relicta per uerba notantia tẽporis lapſum puta an=
no tali,peti poteſt in initio temporis,ut eſt tex.nota.in l.Si
ita fuerit libertas relicta.ff.de manumiß. teſta.ita etiam le=
gatũ tali modo relictũ ad pias cauſas peti poterit in ipſius
temporis initio eadem ratione,& ita uult Lud.de Roma in
repetitione d.auctẽn.ſimiliter in.v.ſpeciali piæ cauſæ circa
ultimas uoluntates,& idem repetit ipſe in ſpeciali xxxj.
¶ Septimo iſtud facit ad hoc quòd ſicut fauore libertatis
libertas relicta ſeruo cum Titius ad certam ætatem perue=
nerit peti poteſt: licet Titius ad ætatem determinatam per
teſtatorẽ morte præuentus non peruenerit:ut eſt tex.nota.
in l.Si ita ſcriptũ.ff.de manumiß.teſta.& in l.Si ſeruus iuſ=
ſus liber eſſe.ff.de ſtatu lib.ita etiã relicta tali modo ad pias
cauſas peti poterunt, licet ille Titius morte præuentus ad
ætatem determinatam per teſtatorem nõ peruenerit eadem
ratione.& ita uult Ludo.de Roma in repe.d.auctẽ.ſimili=
ter in vj.ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uoluntates.
¶ Octauo iſtud facit ad hoc q ſicut legatũ libertatis ſer=
uorum alienorũ ualidũ eſt & debitum per hæredẽ,licet te=
ſtator ignorauerit illos alienos,ut eſt tex.in l.Quidã ita.§.
Si quis filium.ff.ad Trebel.& in l.Paulus.in prin. ff. de fi=
deicõ.liber.etiã ualebit legatũ rei alienæ ad pias cauſas ea=
dem ratione.& ita uult Lud.de Roma.in repetitione dictæ
auctẽ.ſimiliter.in.x.ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uolun=
tates.de quo uide ibi latius per eum,& per Ange.in.§.Non
ſolũ.Inſti.de lega.& per Alex.Iaſo.& doc.in l. Cum alie=
nam.C.de lega.& per Canoniſtas in c.Filius.de teſtamen.
¶ Nono iſtud facit ad hoc q ſicut fauore libertatis teſta=

mẽtũ imperfectũ ratione uolũtatis eſt ualidũ: ut eſt tex. no. in l. In teſtamẽto. ff. de fideicõ. lib. ita etiã teſtamentũ imperfectũ ratione uolũtatis ad pias cauſas erit ualidũ quo ad diſpoſita. Ita not. dicit Bar. in d. l. In teſtamento. ubi dicit ſe ſic cõſuluiſſe. de quo art. pulchro & quotidiano uide latius per eũdẽ Bar. & doc. in l. Si is qui. & in l. Ex ea ſcriptura. ff. de teſta. & per Panor. & cano. in c. j. de ſucceſ. ab inteſta. & per Lud. de Ro. in repet. d. aucten. ſimiliter in xviij. ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uoluntates ubi recurre. ¶ Decimo iſtud facit ad hoc ꝗ ſicut fauore libertatis legatũ libertatis debetur hæreditate nõ adita ut eſt tex. pulcher in l. Tractabatur. ff. de teſta. mil. & in l. Antoninus. ff. de fideicõ. lib. ita etiã debetur legatũ pium hæreditate nõ adita eadẽ ratione. Et ita tenent Bal. Florianus de ſancto Petro, & alij docto. in l. j. in fi. ff. de lega. j. & glo. ordi. ſing. in l. Eam quã. & ibi docto. C. de fideicõmiſſ. de quo articulo pulchro, & quotidiano uide latiſſimè per Lud. de Ro. in repet. præalleg. aucten. ſimiliter in xx. ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uoluntates ubi plenè reperies: ad quẽ breuitatis gratia te remitto.

¶ Vndecimo iſtud facit ad hoc quòd ſicut fauore libertatis ſi rei legatæ & uoluntariæ poſtea alienatæ ſequatur redẽptio reſultat eiuſdem legati reſuſcitatio ut eſt tex. nota. in l. Verum. ff. de manumiſ. teſta. quem tex. ad hoc not. Bal. in l. Qui poſt. C. de lega. ita etiã legatũ pium per redemptionem ſubſecutam cenſebitur reſuſcitatum eadẽ ratione, & ita notab. uult Ludo. de Roma in repet. dictæ aucten. ſimiliter in xxiij. ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uoluntates.

¶ Duodecimo iſtud facit ad hoc quòd ſicut fauore libertatis relictæ ſub conditione negatiua non requiritur pro implemento cõditionis cautio mutiana: nec extinguitur legatũ





libertatis, licet legatarius ex interuallo contraueniat: ut eſt tex. ſing. in l. Libertas. §. j. ff. de manumiſſ. teſta. niſi aliud appareat de expreſſa intentione teſtatoris. l. fi. eo. ti. ita etiam erit in legato pio eadem ratione. & ita ſingu. uult Ludo. de Roma in repetitione præal. auctẽ. ſimiliter in xxiiij. ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uoluntates: quod eſt no. dignum: quia quilibet prima facie diceret contrarium.

¶ Decimotertio iſtud facit ad hoc ꝗ ſicut fauore libertatis legatũ relictum ſub cõditione & per mortem ciuilẽ iam extinctum reuiuiſcit ſi pendente cõditione legatarius reſtituatur, ut eſt caſus ſing. in l. Ariſto. ff. de manumiſ. teſta. ita etiam erit in legato pio eadẽ ratione: & ita no. uult Lud. de Roma in repetitione d. aucten. ſimiliter in xxv. ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uoluntates. ¶ Decimoquarto iſtud facit ad hoc quòd fauore libertatis uerba adulatoria ad honoratum directa inducunt diſpoſitionem: ut eſt caſus ſingularis in l. Paulus. §. j. ff. de fideicom. lib. ita etiam erit in legato pio eadẽ ratione ſecundũ Ludo. ibi ſuprà in xxvj. ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uoluntates. ¶ Decimoquinto iſtud facit ad hoc quòd ſicut fauore libertatis conditio exiſtens trahitur retro in legatis: ut eſt text. notabilis in l. Neracius. ff. de manumiſ. teſta. Ita etiã erit in legato pio ſecundum Ludo. ibi ſuprà in xxviij. ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uoluntates. ¶ Decimoſexto iſtud facit ad hoc quòd ſicut fauore libertatis pluribus conditionibus diſiunctim in diuerſis teſtamenti partibus legato libertatis aſſcriptis ſufficiat leuiorem pro conſecutione libertatis impleri, ut eſt tex. in l. Sub diuerſis. in principio. ff. de cõdi. & demon. & in l. In libertatibus. & in l. Quod uulgo. ff. de manumiſ. teſta. ita etiam erit in legato pio eadem ratione ſecun-

dum Ludouic. ibi ſuprà in xxix. ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uoluntates. circa hoc tamẽ uide quod dixi ſuprà in loco à legatis ad fideicõmiſſa. ¶ Decimoſeptimò iſtud facit ad hoc quòd ſicut libertatis fauore debetur libertas relicta à ſubſtituto uulgari etiã hærede inſtituto adeunte hæreditatẽ: quia iuris præſumptione et libertatis fauore ab utroq; gradu legatũ relictum uidetur, ut eſt caſus ſing. mirabilis et peregrinus in l. ij. ff. de manumiſ. teſt. ita etiã erit in legato pio eadẽ ratione ſecundũ Ludo. ibi ſuprà in xxx. ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uoluntates, ubi dicit hoc eſſe mirabile, & quiuis diceret cõtrarium qui ignoraret illam legẽ, & uerum dicit. ¶ Decimooctauo iſtud facit ad hoc quòd ſicut fauore libertatis tempora interpellata coniunguntur etiam cõtra expreſſam uoluntatẽ teſtatoris: ut eſt tex. nota. in l. Fideicommiſſaria libertas. §. fi. ff. de fideicommiſſa. liber. ita etiam erit in legato pio eadem ratione, & ita nota. uult Ludo.. de Roma in repetitione præal. auct. ſimiliter. in xxxij. ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uolũtates ubi per hoc dicit quòd ſi piæ cauſæ relinquantur prædia ſub conditione, ſi cõtinuis annis certũ quid fiat, nihilominus pia cauſa cõſequitur legatum ſi ex pluribus tẽporibus ſeparatim ad inuicem coniunctis reſultat perfectum tẽpus à teſtatore præfixum: licet illud non ſit continuum, quod eſt nota. dignum. ¶ Decimonono iſtud facit ad hoc quòd ſicut fauore libertatis non reijcitur conditio iuriſiurandi aſſcripta legato libertatis, licet remittatur id quod eſt in ea conditione poſitũ. ut eſt tex. in l. Si quis ita. §. Qui ita. ff. de ſtatu libe. & in l. Si quis libertatem. ff. de manumiſ. teſta. ita etiã erit in legato pio eadem ratione ſecundũ Ludo. ibi ſuprà in xxxvj. ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uo luntates. ¶ Vltra præ



præmiſſa iſtud facit uigeſimo ad hoc quòd ſicut fauore libertatis cõditione mixta aſſcripta libertati deficiẽte per caſum fortuitum & non facto eius cui relicta eſt libertas: debetur legatũ libertatis: ut eſt tex. in l. Libertatc. iuncta glo. ff. de manumiſ. teſta. & in l. fi. C. de cõdit. inſer. niſi teſtator adiecerit quod niſi uel cõditio impleatur libertas nõ debeatur. l. fi. in fi. iuncta glo. de manumiſ. teſta. ita etiã erit in legato pio eadem ratione. & ita ſing. uult Ludo. in ſuis ſingularibus ſing. cclxxxiiij. incip. Tu habes quòd quando cõditio mixta &c. ¶ Vigeſimoprimò iſtud facit ad hoc, q; ſicut olim iure digeſtorũ teſtamento exiſtente inualido ex cauſa præteritionis non debebantur libertates. ut eſt tex. in l. Filio præterito. ff. de iniuſto, rupto, irritóue teſta. ita nec legata ad piam cauſam. ita nota. dicit Io. de Imo. in d. l. Filio præterito. in j. no. hodie autẽ hoc caſu debentur legata etiam non pia. ut eſt tex. in aucten. ex cauſa. C. de libe. præte. de quo uide pleniſſimè per Io. de Imo. in d. l. Filio præterito. ad quem breuitatis gratia te remitto. ¶ Vigeſimoſecũdò iſtud facit ad hoc quòd ſicut fauore libertatis fideicõmiſſum libertatis non eſt nullum ſed debetur ab hærede licet legatum ſerui ſit nullũ & pro nõ ſcriptũ, ut eſt tex. in l. Cum uero. §. Si pro non ſcripto. ff. de fideicom. liber. Ita etiam fideicommiſſum relictũ ad piã cauſam non erit nullũ licet legatũ ſit nullũ. Ita ſing. dicit Pau. de Ca. in l. Vnica. §. In primo. circa prin. C. de cadu. toll. & idem uult Bar. in l. Alio. in j. col. ff. de alimen. & ciba. lega. unde ſequitur q; ſi lego mille Titio, q; non eſt in rerũ natura, & mãdo ut diſtribuat illa inter pauperes, ualet fideicõmiſſum licet non ualeat legatũ, & tenebuntur hoc facere illi apud quos remanet legatũ, quod eſt not. dignum. ¶ Vigeſimotertiò iſtud facit ad hoc, quòd quẽadmodum

modum legatum libertatis relictũ in teſtamento cõdito inter liberos,ſcripto manu patris ſine teſtibus, nõ debetur,ut eſt tex.in auctẽ.de teſta.imperfec.uerſi.ſi tamen.in uerbo, libertates.coll.viij.ita nec legatũ ad pias cauſas arguendo à libertate.ad piã cauſam. Ita ſing.dicit Alex.de Imo.in conſi. ſuo lxxvj.iij.uolu.incip.Redẽptoris &c. ponderatis ijs de quibus in themate,&c.in pe.col.& hoc dictũ refert & ſequitur Iaſon in aucten.quod ſine.C.de teſta.Nec obſtat tex. in d.aucten.quod ſine.in fine : qui uidetur præmiſsis refragari,quia ille tex.debet intelligi & ſuppleri per tex.in corpore unde ſumitur,qui clarè hoc decidit: quod tene menti, quia eſt quotidianũ : & habui de facto & faciliter errares ſi non bene perpenderes. ¶ Item uigeſimoquartò iſtud facit ad hoc,quòd ſicut fideicommiſſum libertatis relictũ ab uno ex hæredibus illo abſtinẽte ab hæreditate,debetur à cohærede ſubſtituto,nec contradictio fideicommiſſarij poteſt eam impedire ex quo non eſt hæres:ut eſt caſus ſingulariſsimus in l.Lucius.j.ff.de fideicõ.liber.Ita etiam erit in legato pio eadem ratione,quod tene menti:quia cum caſus occuriſſet de facto ita conſului per d.l.Lucius,& per l.ij.ff.de ma.teſta.ſuprà alle.& per l.iiij.§.Lucius.cũ ibi nota.per Bar.ff.de alimen.& ciba.lega.licet neminẽ repererim ſpecificè hoc tangentẽ. ¶ Item uigeſimoquintò iſtud facit ad hoc,ꝗ ſicut fauore libertatis ſciẽtia abſq; cõtractione habetur pro cõſenſu & operatur remiſsionem pignoris : ut eſt tex.in l.j.C.de remiſs. pigno.ita etiã fauore piæ cauſæ ſciẽtia & patiẽtia habebitur pro cõſenſu,& operabitur remiſſionẽ pignoris, & ergo ſi debitor rem mihi pignoratã me præſente & non cõtradicẽte donaret eccleſiæ uel pio loco ualeret donatio:& cenſeretur remiſſum pignus fauore piæ





cauſæ,eadẽ ratione qua cenſetur remiſſum pignus hoc caſu fauore libertatis.ita nota.dicit Bal.in d.l.j.C. de remiſ. pigno.& ſequuntur Ludo.de Ro.& Alex.de Imo.in l. Quæ dotis.ff.ſolu.matri. & probatur in auctẽ. ſi ſeruus ſciente. C.de epiſ.& cleri.& idẽ eſt fauore fiſci: ut eſt tex. nota.in l.Si hypothecas.iuncta ſua gl.C.de remiſ. pigno.quod tene mẽti quia eſt quotidianũ. ¶ Item uigeſimoſextò iſtud facit ad hoc ꝗ ſicut fauore libertatis ualet ſentẽtia lata pro mortuo,ut eſt tex.in l. Cum quaſi.in prin.ff.de fideicõ.liber.ita etiã erit ubi agitur de fauore eccleſiæ uel piæ cauſæ eadẽ ratione.Ita ſing.dicit Bal.in præal.l.Vnica. §.In primo. circa fi.ubi dicit Romæ in cõſiſtorio papæ deciſam eſſe talẽ quæſtionẽ.A,litigauit cõtra B,ſuper quodã beneficio,tãdẽ auditor ꝓnunciauit pro iſto A,credẽs eũ uiuere cũ eſſet mortuus,depoſt quidã C, obtinuit ſe ſurrogari in locũ dicti A, & petiuit ſententiã latã pro dicto A,mãdari executioni cõtra dictum B,qui B, obiecit dictam ſententiam,eſſe nullam ex quo lata fuit pro dicto A,mortuo.l.Eius qui in prouincia.quam ad hoc ibi notant Pau.de Caſt.ff.ſi cer. peta.ſicut ſi fuiſſet lata cõtra mortuum l.pe.ff.quæ ſenten.ſine appel. reſcin. ſed hoc non obſtãte dicit Bal.fuiſſe deciſum dictam ſententiam ualere & executioni mandandam eſſe contra dictum B, fauore eccleſiæ ſicut reperitur in d.l. Cum quaſi diſpoſitum fauore libertatis, arguendo à libertate ad eccleſiam,uel piam cauſam,quod eſt ualidum ſecundum eum, & hoc dictum tanquam pulchrum & ſingulare refert & ſequitur Alex. de Imo.in præall.l.Eius qui in prouincia. in vij.colum.quod tene menti.quia eſt quotidianum.Poſſet & ad multa alia induci hæc æquiparatio libertatis & piæ cauſæ quæ ſtudioſus per ſe cum tempore colligere poterit.

Et procedit hæc argumētatio à libertate ad piam cauſam: quando eadē ſubeſt ratio in utroq;: & ubi contrarium non reperitur deciſum in iure aliâs autē ſecus. Et ratio eſt quia expreſſum facit ſilere tacitū. l. fi. C. de pac. cōuen. & diuerſitas rationis diuerſitatē diſpoſitionis inducit. l. Adigere. §. Quāuis. cū ibi no. ff. de iure patro. & l. Cū pater. §. Dulciſſimis. ff. de lega. ij. cum cōcord. quando autē legatū dicatur pium ſeu ad pias cauſas: uide per glo. nota. & doc. in l. Si Titio. ff. de lega. ij. & per gl. & doc. in l. Illud. C. de ſacroſanc. eccle. & per Panor. in rubri. extra de teſta. In quibus locis reperies quòd legatū relictū pro anima pauperibus etiam amicis, eccleſijs, hoſpitalibus uel alijs zenodochijs dicitur piū ſeu ad pias cauſas: & talia legata pia ſunt multū priuilegiata, ut patet ex prædictis, & uidere poteris latius per canoniſtas in c. Relatū. j. de teſta. & per legiſtas in l. j. maximè per Bar. & Bal. in repetitione. C. de ſacroſan. eccle. & pleniſſimè per Ludo de Ro. in aurea ſua repetitione d. auct. ſimiliter. C. ad l. Falc. quæ omnia tene mēti tanquā pulchra, ſingularia, utilia, & quotidiana, & uide quod dicā infrà in loco à ſpeciali, & quod dixi ſuprà in loco à ſimili.

## LOCVS AB ALIMENTIS AD PIAM CAVSAM. XXIIII.

PRæterea habemus in iure locum ab alimentis ad piam cauſam, à quo ſumptum argumentū nedum eſt probabile ſed forte, frequens & utile ualde, quando eadē eſt ratio in utroq;: & eo utūtur doc. in pluribus paſſibus ut infrà patebit: ubicunq; enim lex aliquid ſtatuit uel diſponit fauore alimētorū: illa lex etiā locū habet in pia cauſa, dūmodo eadem ratio ſit in utroq;, ut dixi: quia cauſa alimentorū de ſe

eſt pia



eſt pia & fauorabilis l. Mela. ibi pietatis intuitu. & c. cum ibi nota. per gl. Bar. & doc. ff. de alimē. & ciba. lega. Et ſimiliter ecōtra bona eſt argumentatio à pia cauſa ad alimēta: quia cauſa redēptionis captiuorū quæ eſt pia & cauſa alimentorū iudicātur à pari: ut eſt gl. ord. quæ hoc argumento utitur ad notabilē effectū in l. Sancimus. C. de ſacroſan. eccle. & ibi Bal. id not. & dicit eſſe nota. Plura autem ſunt ſpecialiter ſtatuta à iure in fauorē alimētorū, ut magiſtraliter uidere poteris per Bar. in d. l. Mela. ex qbus ſubſiſtēte idētitate ratiōis argui poteſt ad piā cauſam. et ex hoc maxima reſultat utilitas huius loci. ¶ Primò enim iſtud facit ad hoc q; ſicut in cauſa alimētorū ꝓcedi poteſt die feriato inducto ob utilitatē hominū l. ij. ff. de fer. & uult Bar. in d. l. Mela. ita etiā eodem tēpore procedi poterit in cauſa pia eadē ratione, & hoc eſt de mente Specul. in ti. de ferijs. §. Sequitur. circa prin. & ſequitur Ludo. de Ro. in repe. auctén. ſimiliter. in viij. ſpeciali piæ cauſæ circa iudicia. C. ad l. Falci. ¶ Secūdò iſtud facit ad hoc, quòd ſicut legatū pro non ſcriptum uel caducum, quod aliâs regulariter eſt nullū l. Vnica. §. Et cum triplici. cū ſeq. C. de cadu. toll. fauore alimentorū non eſt nullū, ſed debetur ab hærede, uel ab eo qui dare rogatus eſt: ut uolunt Bar. Alex. & doc. in l. Alio. in j. col. per illū tex. ſecundū unam lecturā. ff. de alimē. & ciba. lega. & idē Bar. Alex. Florianus de ſancto Petro & doc. in l. Pater. §. Tuſculanus. ff. de lega. iij. & Pet. de Anch. in cle. ij. de religio. domibus. Ita etiam legatum ad pias cauſas pro non ſcriptum uel caducum non erit nullū, ſed debebitur ab hærede, uel ab illo à quo relictū eſt. Ita not. uolūt Bar. Alex. Floria. de ſancto Pe. & Petr. de Anch. in locis ſuprà alleg. ¶ Tertiò iſtud facit ad hoc, quòd ſicut fauore alimentorū

n 5 relict

relictorum in ultima uolūtate minus ſolēni, præſtatio trien
nalis operatur & inducit neceſſariam præſtationem in fu-
turum, ſicut ſi relicta fuiſſent in teſtamento ſolēni & uali
do: ut eſt tex. ſing. in l. j. C. de fideicom. ita etiā hoc idē ope-
rabitur præſtatio triēnalis cōcurrente ultima uoluntate, li
cet minus ſolēni in pia cauſa eadem ratione, ita ſing. deci-
dunt Bar. Bal. Ange. Alex. & Iaſon in l. Si certis annis. C.
de pac. & idem Alex. & Iaſon in præal. l. j. quod tene mēti.
¶ Quarto iſtud facit ad hoc q, ſicut fauore alimentorum
diminutio eorū quæ relicta ſunt in teſtamēto facta in codi
cillis per uerba generalia non extenditur ad ea quæ relicta
ſunt pro alimentis, ut eſt tex. ſing. in l. Libertis. ij. §. poſthu.
ff. de alimē. & cib. leg. & uult Bar. in d. l. Mela. ita etiā p ta
lia uerba generalia nō minuitur legatū relictū ad pias cau-
ſas eadem ratione, & ita not. ult. Lud. de Roma. in repet. d.
auct. ſimiliter. in quarto ſpeciali piæ cauſæ. circa ultimas
uoluntates, quod eſt ſingulare, quotidianū & not. dignum.
¶ Quinto iſtud facit ad hoc q, ſicut fauore alimentorum
legata relicta nominatim ab hærede uel nominatim relicta
ab hæredibus debentur à ſubſtituto uel à coniunctis à qui-
bus alimentorū fauore cēſentur tacitè repetita, ut eſt caſus
ſing. in l. iiij. §. Lucius. ſecundū unam lecturā glo. quam ſe-
quitur ibi Bar. ff. de alimē. & cib. leg. & uult idem Bart. in
præal. l. Mela. & Ludo. de Roma in conſi. ſuo ccclxxxviij.
Ita etiā erit in legato pio eadē ratione, & ita ſing. uult Lu-
do. de Roma in repet. d. aucten. ſimiliter. in xv. ſpeciali piæ
cauſæ. circa ultimas uoluntates: quod eſt notatu dignū &
memoriæ perpetuò cōmendandum. ¶ Sexto iſtud facit ad
hoc quòd ſicut fauore alimentorū legatum aliàs incertum
ratione ſummæ eſt ualidum & debetur inſpecta patrimo-

nij legan



nij legantis facultate & perſonæ legatarij qualitate ſeu
dignitate: ut eſt tex. not. in l. Si cui. ff. de annuis leg. Ita etiam
erit in legato pio ſeu ad pias cauſas relicto eadem ratione:
& ita not. ult gl. ord. in d. l. Si cui. ubi hoc argumēto uti-
tur: & ſequitur Lud. de Roma in repetitione d. auct. ſimi-
liter. in xxvij. ſpeciali piæ cauſæ. circa ultimas uoluntates.
¶ Septimo iſtud facit ad hoc q, ſicut fauore alimentorum
deficiēte conditione mixta ob caſum interueniētem in per-
ſonam eius cui debet impleri nō deficit legatum, ut eſt tex.
not. in l. illis libertis ſecundū lecturam Bar. ff. de condit. &
demō. & in l. j. C. de leg. & in l. ſi peculiū. §. cui ſeruus. ff.
de ſta. lib. & in l. cū ita datur. ff. de cōdi. & demō. ita etiam
erit in legato pio eadē ratione: & ita ſing. uult Lud. de Ro
ma in repet. preal. auct. ſimiliter in xxxvij. ſpeciali piæ cau
ſæ circa ultimas uoluntates: quod eſt ſingulare, notatu di-
gnum & quotidianum. ¶ Octauo iſtud facit ad hoc quòd
ſicut fauore alimentorū relictū pro alimētis ab eo qui nō
eſt iſtitutus uel honoratus ualet: ut eſt tex. in preal. l. Alio.
& ibi not. per gl. Bar. & doc. ita etiam ualebit legatum ad
pias cauſas eadē ratione, & ita no. uult Bar. in preal. l. alio.
quod tene mēti. ¶ Item nono iſtud facit ad hoc quòd ſicut
fauore alimentorū res ex qua ſolui debet legatum cenſetur
pro legato tacitè obligata & hypothecata etiā iure dige-
ſtorū: ut eſt gl. ord. not. in l. Lucius. ff. de ali. & ciba. leg. &
glo. in l. Gaius. ff. de annuis leg. & gl. in l. fi. ff. de cōtrahē.
emp, & uēdit. & eſt de mēte Bar. & aliorū in l. Cū hi. §. Si
uni. ff. de tranſac. licet gl. ibi uacillet, & probatur in l. ij. in
fi. ff. de alimē. & cib. leg. & ponit pro cōſtanti Lud. de Ro
ma in dicto cōſi. ccclxxxviij. ita etiā erit in legato pio eadē
ratione: & ita reperio expreſſe uelle Lud. de Roma in ſuis

ſingul

ſingularibus ſingu.ccccxxxj. in fi.ubi per hoc ſingulariter dicit quòd ſi teſtator in eadem oratione poſuerit legatum pium & rem ex qua uoluit legatum pium perſolui, licet poſtea rem illam alienauerit non cenſetur tale legatum per huiuſmodi alienationem extinctum, ex quo dicta res cenſetur pro legato pio obligata & hypothecata & non præciſe poſita ut ex illa legatum ſoluatur, & dicit ſe hoc habuiſſe de facto Romæ & iudicaſſe pro eccleſia ſancti Pauli de urbe cum domino Ioanne Milis & domino Ioanne de Roma ualentiſſimis doctoribus, quod tene menti quia eſt quotidianum, & limitat mirabiliter l. Lucius. §. Ciuilibus. ff. de leg. ij. de quo uide ibi latius per eum, & ad multa alia pulchra & quotidiana induci poteſt hæc argumentatio ab alimentis ad piam cauſam ut ex notatis per Bart. & doct. in preal. l. Mela. & in iuribus ſuprà alleg. colligi poteſt, quæ breuitatis gratia referre omitto. ¶ Et hæc argumentatio tunc ualida eſt & efficax quãdo eadem ratio militat in utroq;, ut ſuprà dixi, aliâs autẽ nõ procedit: & hinc eſt ꝙ licet in cauſa alimentorum nõ admittatur appellatio l. fi. ff. de appel. recip. uel nõ. & uult Bar. in d. l. Mela. tamẽ in cauſa pia admittitur appellatio, quia non eſt eadẽ ratio utrobiq;: nam in cauſa alimentorum ideo nõ admittitur appellatio: quia ipſa alimẽta re ipſa nõ recipiunt dilationem, ergo nimirum ſi non admittitur appellatio iuxta regulam traditam in d. l. fi. quæ ratio ceſſat in pia cauſa. & ergo nõ eſt mirum ꝙ in ea admittitur appellatio, & ita expreſſe reperio uelle Ludo. de Ro. in repet. d. auct. ſimiliter. in vj. ſpeciali cauſa circa iudicia. quæ omnia tene menti, tanquam pulchra, ſingularia, utilia & quotidiana, & uide qđ dicã infrà in loco à ſpeciali, & quod dixi ſuprà in loco à ſimili.

Locus



## LOCVS À DOTE AD PIAM CAVSAM. XXV.

PRæterea habemus in iure locum à dote ad piam cauſam, à quo ſumptũ argumentum nedum eſt probabile ſed forte, frequẽs & utile: quia dos & pia cauſa æquiparantur à iure. tex. eſt not. in. §. Donare. qualiter feudũ olim poterat alie. in uſi. feu. & dos in ſe pietatẽ habet. l. Cũ is. §. Si mulier. ff. de cõd. indeb. & uult Bal. in l. Sicut ab initio. in fi. C. de act. & oblig. & idem Bal. in l. Mandatũ. in iiij. col. C. mãda. & eſt de mẽte Bar. in l. ij. §. fi. in prin. ff. de don. & eſt de mẽte eiuſdẽ in l. Si ego. ff. de iure dot. & uult Alex. de Imo. in d. l. Cũ is. §. Si mulier. & iſtud (ut dixi) eſt ualde utile: quia multa ſunt priuilegia dotis, ex quibus plura recitantur per Spe. in ti. de dote poſt diuor. reſti. in §. Formatis. in fi. & per gl. Bar. Bal. Pau. de Caſt. Lud. de Ro. Io. de Imola Alex. de Imo. & doc. in l. j. ff. ſol. matri. & per Bal. in rub. C. de priuil. dot. & per Sal. in l. j. illo. e. ti. & pleniſſimè per dominũ Baptiſtã de ſancto Blaſio in ſuo ſingulari tractatu de priuil. dotal. ubi ponit. ccclv. & bona priuilegia dotalia, ex quibus ſubſiſtente idẽtitate rationis ubi cõtrarium nõ reperitur expreſſè deciſum in iure ualidè argui poteſt ad piam cauſam, & ſic iſte modus arguẽdi à dote ad piam cauſam induci poteſt ad infinita pulchra & quotidiana. ¶ Et gratia exẽpli, pro inſtructiõe iuuenũ iſtud primò facit ad hoc, ꝙ ſicut fauore dotis in cõtractu innominato nõ admittitur pœnitẽtia re integra quin hæres cogatur adimplere uotũ defuncti (ut eſt tex. ſing. ſecundũ unũ intellectũ in d. l. Si ego. §. j. licet regulariter in cõtractu innominato admittatur pœnitẽtia re integra. l. Si pecuniã. ff. de condi. cauſa data cauſa nõ ſecuta) ita etiã fauore piæ cauſæ in cõ-

tractu

tractu innominato re integra nō admittitur pœnitētia eadem ratione, & ita not. uult Bal. in d. l. Sicut ab initio. in fi. & Lud. de Roma in repet. auctē. ſimiliter. in xviij. ſpeciali piæ cauſæ circa contractus: de quo uide ibi latius per eum. ¶ Itē ſecūdò iſtud facit ad hoc q. ſicut fauore dotis mādatum re integra morte mandātis nō finitur (ut eſt tex. ſing. ſecundū alium intellectū in d. l. ſi ego. §. j. licet regulariter mandatū finiatur morte mādantis re integra. d. l. mandatū. cū ſimil.) ita etiā fauore piæ cauſæ morte mādantis re integra nō finietur mādatū eadē ratione. & ita not. uult Bal. in d. l. mandatū. in iiij. col. & illud ſequitur Lud. licet occaſionē quærat impugnādi in repetitione d. auct. ſimiliter. in xvij. ſpeciali piæ cauſæ circa contractus. ¶ Itē tertiò iſtud facit ad hoc qđ ſicut fauore dotis mulier creditrix poteſt cōuenire unū ex hæredibus debitoris ſui ad quē pertinet ſolutio dotis ex diſpoſitione defuncti in ſolidū etiā inuitū: ut eſt tex. ſing. in l. Cū ab uno. & ibi Bar. & doct. no. ff. de lega. ij. quē etiā ad hoc ponderat & ualde exclamat Pau. de Caſt. in l. debitorū. C. de pac. ita etiā erit hoc caſu ī pia cauſa eadē ratione. qđ tene mēti: quia in caſu occurrēte de facto ita uidi iudicari in fauorē cuiuſdam hoſpitalis Mech linień. ¶ Itē quartò per hūc arguēdi modū dicit ſing. Lud. de Roma in repet. d. auct. ſimiliter. in ix. ſpeciali piæ cauſæ circa iudicia qđ ſicut in cauſa dotis quæ eſt pia poteſt ꝓcedi ſummarie & de plano, ut eſt text. not. ſecundū eum in cle. diſpēdioſam. de iudi. ita etiā erit in pia cauſa. ſed hoc ultimū nō credo uerū, imò cōtrariū tenet Pau. de Caſt. & cōmuniter doc. in præal. l. j. ff. ſol. mat. Nec obſtat d. cle. diſpēdioſam. ſuper qua ſe fundat Lud. quia dicti doctores intelligunt eā quādo agitur principaliter corā iudice eccleſiaſti co ad



co ad ſeparationem thori propter adulteriū, & ſecūdario ad lucrū dotis, quo intellectu tanquā uero ſtante nihil inferri poteſt ex hoc à dote ad piam cauſam: cū caſus nō ſit applicabilis, ſeparatorū autem ſeparata eſt ratio. l. fi. ff. de calum. & l. neq; natales. C. de proba. cū ſimi. & ad multa alia pulchra & quotidiana induci poteſt hæc æquiparatio dotis & piæ cauſæ, ut ex not. per doct. in locis præall. ſtudioſus per ſe cū ociū ſuperfuerit, & caſus occurrerit uidere et colligere poterit. quæ cōſultò recitare omiſi, ne iuuenes multitudine ac uarietate caſuū ſeu materiarū onerarē ac legētibus faſtidiū generarē cōtra doctrinā imperatoris in. §. His igitur. Inſti. de iuſti. & iur. que omnia tene menti tanquam pulchra, utilia & quotidiana: & uide quod dicam infrà in loco à ſpeciali, & quod dixi ſuprà in loco à ſimili.

## LOCVS A' FISCO AD ECCLESIAM VEL PIAM CAVSAM. XXVI.

PRæterea habemus in iure locū à fiſco ad eccleſiā uel ad piam cauſam à quo ſumptū argumentū nedum eſt probabile ſed forte quia æquiparātur à iure l. fi. C. de ſacro ſan. eccle. & §. Sinimus. iuncta gl. in auct. de non alienā. uel permut. reb. eccl. coll. ij. & c. Quid ergo. iuncta gl. xxiij. q. iiij. & eſt bona gl. in c. Auditis. & ibi Panor. no. de in inte. reſt. Et iſto argumēto à fiſco ad eccleſiā ſeu piā cauſam utitur glo. ordi. ad notab. effectū in l. Si procurator. §. fi. ff. de iure fiſci, & eam ſequitur & cōmendat Panor. in c. ij. in fi. de preca. & Bar. in l. A' diuo pio. §. Sed ſi emptor. ff. de re iudic. ubi per hoc dicit quòd executor ad pias cauſas nō poteſt alienare niſi præſenti pecunia per d. l. Si procurator. in fin. quod tene menti. Iſto argumento etiam utitur glo. ordi. ad notabi

ad notabilem effectum in l.Vnica.& ibi Io.de Platea notat. C.de ſentẽ.aduerſus fiſcum la.retractan.lib. x. & commemorat Pau.de Caſt.in l.Velamento. C. de poſtulan. & iſte arguendi modus à fiſco ad eccleſiã uel piam cauſam eſt frequẽs & ualde utilis: quia multa ſunt priuilegia fiſci enumerata ſubtiliter & magiſtraliter per Bal.in l.j.C. de hæred. uel actio.uendi.& per Sali.in l.fi.C.de priuile. fiſci. ex quibus ſubſiſtente identitate rationis ubi contrarium non reperitur expreſſè deciſum in iure argui poteſt ualidè ad eccleſiam uel piã cauſam,& ſic ad infinita trahi poterit hæc argumẽtatio: quod ut euidentius appareat,addo ultra priuilegia fiſci poſita per Bal.in d.l.j. & per Sali. in præal.l. fina.ſex alia pulchra & ſingularia priuilegia fiſci.

¶ Quorum primum eſt,ꝙ repudians hæreditatẽ debitoris fiſcalis occaſione tributorũ, priuatur omnibus bonis quæ accepit inter uiuos ab ipſo debitore fiſci eũ inſtituẽte quocunq; titulo.caſus eſt ſingul. in l.Hæredes.C. de omni agro deſer.li.xj.quẽ ad hoc põderat Ludo.de Ro.in repe.auctẽ. ſimiliter.C.ad l.Falc.& Bar.& Io.de Plat.in d.l.hæredes. ¶ Secundum eſt,quòd reus cogitur fiſco edere inſtrumenta ad fundandũ eius intentionẽ. caſus eſt ſing. & uulgaris in l.Nec quiſquã.ff.de edend. ¶ Tertiũ eſt quòd fiſcus poteſt ſpecies ſuas uetuſtate corruptas, quas pro ſe ſine magno damno uendere nõ poteſt niſi illas cũ bonis immiſceat, licitè immiſceret.tex.eſt ſing.in l.j. C.de cõditis in publicis horre.lib.x.quẽ ad hoc ponderat Ang.in l.Annonam. ff.de extraordi.crim. ¶ Quartum eſt,quòd ſecuritas alicui data à principe,non extenditur ad debitũ fiſcale, niſi id expreſſè dicatur.tex.eſt nota.in.§.Publicorum.in auctẽn.de manda.prin.coll.iij.& uult dominus Martinus Laudeñ.in tractatu



ſtatu ſuo de priuilegio & reſcripto concluſione xiiij.& in tractatu ſuo de bello concluſione.cxciiij. ¶ Quintum eſt, quòd fiſcus ſuperueniens ad defenſionem emptorum,trahit actorem ad ſuũ iudicẽ,ſcilicet corã procuratore Cæſaris. tex. eſt ſing.ſecundũ unam lecturã in l.Si minori. & ibi Io. de Platea notat.C.de iure fiſci lib.x. ¶ Sextum eſt, ꝙ ſciẽtia creditoris anterioris abſq; cõtradictione fauore fiſci habetur pro conſenſu & operatur remiſſionẽ pignoris. tex. eſt nota.iuncta glo.in l.Si hypothecas. C.de remiſ. pign. unde deducendo utilitatẽ ex hac argumẽtatione à fiſco ad eccleſiam,uel piã cauſam reſultãtẽ ad practicã, referã ex multis pro inſtructione iuuenũ aliqua pulchra & quotidiana exẽpla ¶ Et in primis per iſtã æquiparationẽ fiſci& piæ cauſæ dixit ſing.And.Sicu.in c.Relatũ.infrà in xviij.col.de teſta.ꝙ ſi ſunt duo teſtamenta, & non ſcitur quod eſt prius & quod poſterius: quia ſunt confecta eadẽ die, licet regulariter ambo ſe confundãt,& neutrũ ualeat iuxta not. per glo.ord.nota.in l.j.§. Non autẽ.& ibi pulchrè per Bar. ff. de bo.poſſeſ.ſecundũ tabulas.& not.per glo.& doc.in l.fi. C.de edic.diui Adriani toll. & per glo. & Canoniſtas in d. c.Duobus.de reſcrip.li.vj. tamen fauore piæ cauſæ illud in dubio præſumitur poſterius, in quo eſt inſtituta pia cauſa uel aliquid relictũ piæ cauſæ.quia ſicut fauore fiſci in dubio tẽporis præſumitur pro fiſco,ut eſt caſus ſing.ſecundũ unã lecturã in l.j.C.de iur.fiſc.li.x.& uult Bal.in d. l.j.C.de hæredi.uel act.uẽdi.Ita fauore piæ cauſæ præſumitur illud teſtamentũ eſſe poſterius,in quo pia cauſa eſt inſtituta: quia hoc expedit piæ cauſæ, & idẽ ante Andreã Siculũ reperio uelle Lud.de Ro.in repe.d.auct. ſimiliter in xij.ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uolũtates. Idem etiã reperio uelle Iaſo.

o in præ

in præal.l.fi.in penul.col.C.de edic.diui Adriani toll. ubi di cit ſe ſic cõſuluiſſe Brixiæ in cauſa hoſpitalis magni, quod tene menti, quia eſt ſingulare & quotidianũ. ¶ Item ſecundò ex iſta æquiparatione fiſci & piæ cauſæ poteſt inferri unũ aliud ſingulare: uidelicet quòd ſi non cõſtet donationẽ factã priuato, præceßiſſe obligationẽ bonorũ generalem, ſeu hypothecã quam habet eccleſia uel pia cauſa in bonis donatoris, in dubio præſumitur talis donatio ſecuta generalẽ obligationẽ bonorũ, & ergo donatarius ſi uult triũphare cõtra eccleſiã uel piã cauſam agẽtem actione hypothecaria debet probare donationẽ præceßiſſe hypothecam, licet regulariter aliud ſit l. In rebus. C.de dona. ante nupt. cum enim hoc reperiatur in fiſco pro quo in dubio tẽporis præſumitur: ut eſt caſus ſing.in d.c.j.ſecundum unam lecturam C.de iure fiſci li.x.& uult Bal.in d.l.Si debitor.C.de priuil. fiſci. & idẽ Bal.in præal.l.j.C.de hæredi.uel actio.uen. & Ang.in.§.Illud.ij.in auct.de triẽte & ſemiſſ.coll.ij. & Ludo de Roma in ſuis ſingularibus ſingu.clx.ergo etiam idem erit in pia cauſa quæ fiſco æquiparatur iuribus ſuprà in prin.alleg.& ita ſing.determinat Ludo.de Ro. in repe.dictæ aucten.ſimiliter in xiij.ſpeciali piæ cauſæ circa cõtractus, & eſt de mẽte Bar.in l.j.in prin.ff.ſolu. matri.& uult expreſſe Io.de Pla.in præal.l.j.C.de iure fiſci.li.x.per quod nota.limitatur præal. l. De rebus. quod tene menti quia eſt quotidianum. ¶ Item tertiò ex iſta æquiparatione fiſci & piæ cauſæ inferri poteſt unũ aliud ſingulare, uidelicet, quòd ſicut fauore fiſci reus tenetur ei ædere inſtrumenta ſua ad fundandũ ipſius intentionẽ: ut eſt tex.ſing.in d.l. Nec quiſquã.ita etiã pia cauſa agente reus cogetur ſibi ædere inſtrumenta ſua eadem ratione, & ita ſingu. determinat Anto.de But.



But.in c.j.de proba. & ſequitur Ludo.de Roma in repeti. d.aucten.ſimiliter in.v. ſpeciali piæ cauſæ circa iudicia. & approbat Feli.in d. c.j.quod tene mẽti quia eſt quotidianũ. ¶ Itẽ quartò ex iſta æquiparatione fiſci & piæ cauſæ inferri poteſt unũ aliud ſingulare, uidelicet, ꝙ ſicut in cauſis fiſcalibus proceditur die feriato, inducto ob utilitatẽ hoĩm: ut eſt text.in l.Publicas.C. de ferijs. ita etiã poterit ꝓcedi dictis diebus feriatis in cauſis eccleſiæ, & cauſis pijs eadẽ ratione. Et ita not. determinat Specu.in ti.de ferijs in.§.Sequitur.in prin.et ſequitur Lud.de Ro.in repet.d.auctẽ.ſimiliter in viij. ſpeciali piæ cauſæ, circa iudicia, & iſtud firmãt & ualde exclamãt Pañ.et Feli.in c.fi.de iud. qđ tene mẽti. ¶ Itẽ quintò ex iſto poteſt inferri unũ aliud ſingulare, uidelicet, ꝙ ſicut fiſcus ſuperueniẽs ad defenſionẽ emptoris, trahit actorẽ ad ſuũ iudicẽ.ſ.corã procuratore Cæſaris, ut eſt tex.ſing.ſecundũ unã lacturã in d.l.Si minori.& ibi Io. de Plat.not.C.de iure fiſci li.x.ita etiã eſt in eccleſia, gl. eſt ordi.ſing.in c.Clericũ nullus præſumat.xj.q.j.licet ſecus ſit inter priuatos.l.Venditor.ff.de iudi. & iſtud expreſſe firmat Io.de Plat.in præal.l.Si minori. & idẽ Io.de Platea in l.ij.C.de ſuarijs li.xj.quod tene mẽti.Contrariũ tamẽ iſtius determinat Panor.in c.fi.de empti.et uẽd.quẽ omnino uide. ¶ Itẽ ſextò iſtud facit ad hoc ꝙ ſicut fiſcus nõ tenetur conficere inuentariũ, nec tenetur ultra uires hæreditarias.l.j.§. An bona.et ibi gl.& Bar.ff.de iur.fiſc.& l.Nõ poßunt.eo.ti.licet ſecus ſit in priuato.l.fi.C.de iure delibe.ita etiã eccleſia gaudet eodẽ priuilegio.Ita notab.dicit Bal. in auct.ſicut alienatio.C.de ſacroſan.eccl.et ſequitur.Pau.de Caſ.in l. Si ſeruus plurium.§. Sed ante. ff.de lega. j. Quod tene menti. ¶ Item ſeptimò ex iſto poteſt inferri unum aliud ſingulare,

lare, uidelicet, q̄ ſicut fauore fiſci ſcientia abſq; contradictione habetur pro conſenſu & operatur remiſsionem pignoris: ut eſt tex. notab. iuncta ſua glo. in d. l. Si hypothecas C. de remiſsio. pigno. ita etiam fauore piæ cauſæ ſciētia & patiētia habebitur pro cōſenſu, & operabitur remiſsionē pignoris: & ergo ſi debitor rem mihi pignoratā me præſente & non contradicente donaret eccleſiæ uel pio loco, ualeret donatio, & cēſeretur remiſſum pignus fauore piæ cauſæ, eadē ratione qua cenſetur remiſſum pignus hoc caſu fauore fiſci, et ita reperio ſentire Bal. quo ad hoc ultimū in l. j. per illum tex. loquentem in libertate. C. de remiſſ. pigno. & Ludo. de Roma & Alexan. de Imo. in l. Quæ dotis. ff. ſolu. matri. quod tene menti: quia eſt quotidianum.

¶ Præterea octauò iſtud facit ad hoc quòd quemadmodū fauore fiſci inſtrumēto ſubtracto ſtatur depoſitionibus teſtium de tenore inſtrumenti deponentiū, licet non ſint adeò periti, ut ſciāt cognoſcere defectus inſtrumētorū, ubi aliâs hoc requireretur. l. ij. §. Diuus. & ibi no. elegāter per Bar. ff. de iure fiſci. & per docto. in l. Si de poſſeſsiōe. C. de proba. & habetur per glo. Panor. & Canoniſtas in c. Cū olim eſſemuus. de priuil. ita etiā erit in eccleſia quæ gaudet beneficio & priuilegio fiſci, iuribus ſuprà in princ. allega. cum utrobiq; no. per gl. & doc. et ita in ſpecie decidit Præpoſi. in c. Quis neſciat. ix. diſtin. quod tene menti, quia eſt utile & quotidianū, & ad multa alia pulchra & quotidiana ex præmiſsis & alijs iuribus colligibilia induci poſset hæc argumentatio, quæ breuitatis gratia omitto: quia nimis laborioſum & faſtidioſum eſſet ſingula enarrare. Hoc tamen uolo te ſcire q̄ tunc bona eſt argumentatio à fiſco ad piam cauſam uel eccleſiā, & priuilegia cōpetentia fiſco tunc de-





mum debent obſeruari in pia cauſa uel eccleſia, quādo ſunt talia priuilegia quæ congruunt piæ cauſæ uel eccleſiæ, & quādo ſubeſt eadē ratio in utroq;, & quādo contrariū non reperitur expreſsè deciſum in iure: aliâs ſecus, ut dixi in ſimlii ſuprà in loco à milite armatæ militiæ ad militem cœleſtis militiæ circa finē. ¶ Item nonò uolo te ſcire, quòd iſta non eſt ſemper bona conſequentia. Lex loquitur in fiſco, ergo non habet locum in priuato, imò econtra ualet conſequentia. Ita eſt in fiſco, ergo idem erit in priuato, & econtra, niſi appareat cauſa uel ratio ſpecialitatis in fiſco, uel niſi cōtrarium quo ad fiſcum ſit ſpecialiter deciſum in iure. Fiſcus enim utitur iure communi niſi appareat de iure ſpeciali, tex. eſt notabilis in l. Item ueniunt. §. Aptanda. uerſi. In priuatorum. & ibi glo. Pau. de Caſt. & docto. notant. ff. de peti. hæredi, bonus text. in l. j. & ibi etiam glo. Pau. de Caſt. & doct. C. de peti. hære. & uult Odofredus in l. Iuſtū deſiderium. C. de edendo. & eſt tex. cum glo. in l. Iuſtas. & ibi Ioan. de Platea notat. C. de iure fiſci lib. x. & text. cum glo. in l. ij. & ibi etiam Ioan. de Platea notat. C. de paſcuis publi. uel priuatis li. xj. & bona glo. in l. Si fundū. & ibi Salic. notat. C. qui potio. in pigno. habean. quod tene menti.

¶ Poſtremò uolo te ſcire, quòd ſicut bona eſt argumentatio à fiſco ad eccleſiā uel piam cauſam: ita etiā eſt argumentatio à fiſco ad dotem, quia æquiparantur & paribus paſſibus ambulant. l. Dotis tuæ. & ibi nota. C. de iure dotium. & l. ij. & ibi etiam nota. C. de priui. fiſci. & à fiſco ad minores gloſ. eſt ordi. notabilis in præal. l. Si procurator. §. fi. ff. de iure fiſci, quæ omnia tene menti tanquam pulchra utilia, ſingularia, & quotidiana. Et uide quod dicam infrà, in loco à ſpeciali, & quod dixi ſuprà in loco à ſimili.

## LOCVS À MILITE AD ECCLESIAM VEL PIAM CAVSAM. XXVII.

PRæterea habemus in iure locum à milite ad eccleſiam, uel piam cauſam: à quo ſumptũ argumentum eſt probabile, frequens, & utile fundatũ in eo quod parificantur à iure in multis. ¶ Primò in hoc, ꝙ tam in teſtamẽto militis quàm ad pias cauſas cõdito, ſufficit cõmunis probatio uolũtatis teſtãtis, uidelicet per duos teſtes, ut eſt tex. in l. Lucius. in princ̃. ff. de teſta. mili. iuncto c. Relatum. j. de teſta.

¶ Item in hoc ꝙ falcidia ceſſat tam in teſtamento militis, quàm in relicto ad pias cauſas: ut eſt tex in l. In teſtamẽto. C. ad l. Falci. iuncta auc̃ten. ſimiliter illo eo. ti. & in multis alijs, quæ enumerare magis eſſet laborioſum quàm ſubtile.

¶ Vnde generaliter uidetur bona argumentatio de uno ad aliud, quando eadẽ eſt ratio in utroq;, & quãdo cõtrarium non reperitur expreßè diſpoſitũ à iure ar. c. Translato. de conſti. cum ſimilibus. & hac (ut opinor) ſumpta occaſione doc. in diuerſis paßibus utuntur hoc argumẽto à milite ad eccleſiam uel piã cauſam, ut infrà patebit, & in primis hoc argumẽto utitur glo. ordi. ad notabilẽ effectũ in l. Si ut proponis. C. de rei uẽdi. & gl. in c. Apoſtolicos. xij. q. ij. & Bal. in l. fi. C. de pac. ad alium notabilẽ effectum, & doc. in pluribus alijs paßibus, quos commemorare magis eſſet laborioſum quàm ſubtile. ¶ Et quia multa ſunt priuilegia militum enumerata & collecta per Bar. & doc. in l. Neq;. ff. de teſta. milita. & per Bal. in l. Milites. C. eo. ti. & per dominũ Alexan. de Imo. in l. Centurio. in ij. iij. & iiij. col. ff. de uulg. & pup. Idcirco ad multa induci poteſt hæc argumentatio.

¶ Et gratia exempli, pro inſtructione iuuenum iſtud primò facit ad hoc, quòd ſicut fauore militis ualet teſtamentum,

tum,



tum, quòd tabellio ſcripſit in imbreuiatura ſeu protocollo, licet antea decedat teſtator, q̃ tabellio illud legat corã teſtibus & in publica forma cõſcribat, ut eſt tex. ſing. in præal. l. Lucius. in prin. licet ſecus ſit in pagano, ut eſt tex. clarus iuncta gl. in l. Fideicõmiſſa. §. j. & ibi Bar. Bal. & docto. ff. de lega. iij. ita etiã erit in pia cauſa eadẽ ratione. Et ita ſing. determinat Dy. in d. l. Lucius. & hoc reputat pulchrũ & ſingulare Lud. de Ro. in repet. dictæ auctẽ. ſimiliter in xiij. ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uolũtates. ¶ Item ſecundò iſtud facit ad hoc, ꝙ ſicut fauore militis ualet teſtamẽtũ cõſcriptũ per notas ſeu cyfras inuſitatas & incognitas, dummodo tamẽ de uoluntate teſtatoris cõſtare poßit, ut eſt tex. ſing. in præal. l. Lucius. quẽ ibi Dy. Ange. & alij ad hoc notãt: ita etiã erit in pia cauſa eadẽ ratione. Ita ſubtiliter not. Dy. in d. l. Lucius. quẽ in hoc ſequitur & multũ cõmendat Lud. de Ro. in repet. dictæ auct. ſimiliter in xvij. ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uoluntates. ¶ Item tertiò iſtud facit ad hoc ꝙ ſicut fauore militis debẽtur legata ꝑ eũ in teſtamẽto relicta, licet eius nõ ſit adita hæreditas, ut eſt tex. no. in præalle. l. Neq;. §. fi. ff. de teſta. mil. et in l. Antoninus. ff. de fideicommiß. liber. ita etiam legata pia debentur hæreditate non adita, & hoc firmant Bal. Florianus de ſancto Pet. & alij in l. j. in fine. ff. de lega. j. & glo. ordi. ſing. in l. Eam quã. & ibi doctores. C. de fideicommiſ. & habetur plenißimè per Lud. de Roma in repetitione dictæ aucten. ſimiliter in. xx. ſpeciali piæ cauſæ circa ultimas uoluntates, ubi recurre.

¶ Item quartò iſtud facit ad hoc, quòd ſicut fauore militis pactum futuræ ſucceßionis deferendæ digreditur ad ſpeciem ultimæ uoluntatis, & ualet in uim ultimæ uoluntatis: licet non in uim pacti. ut eſt text. ſingularis in l. Licet.

C.de pact.ita etiam erit in pia cauſa eadem ratione, ut tale pactum etiã à pagano factum interpretetur, ut ualeat in uim teſtamenti, & ita ſing.determinat Bal.in præal.l.fi.in v.col.C.de pac.& ſequitur Alex.de Imo.in l.pactũ. quod dotali.C.de pac.& hoc etiã uidetur tenere Iaſon, licet uacillet in præal.l. Licet.& quamuis cõtrarium iſtius teneat Lud.de Roma in repetitione d.auct.ſimiliter in vij.ſpeciali piæ cauſæ circa contractus: mihi tamen plus placet prima opinio per rationes Alex.in d.l.pactum quod dotali, quem omnino uide: quia articulus iſte eſt pulcher, & quotidianus, brocardicus tamen & dubius: ut uidere poteris per docto.in paßibus ſuprà allegatis, ad quos breuitatis gratia te remitto. ¶ Item quintò iſtud facit ad hoc, q̃ ſicut fauore militis nominatus ſeu appellatus per eũ hæres in actu inter uiuos, per talem appellationẽ enũciatiuã cenſetur inſtitutus hæres: ita q̃ ex illis uerbis enũciatiuis reſultat inſtitutio.d.l.Licet: ita etiã erit in pia cauſa. Ita mirabiliter dicit Bar.in l.Tale pactũ.§.fi.ff.de pac.per tex.in c.fi.de ſucceſſio.ab inteſt.pro quo etiã facit tex.in l.fi.C.famil.herciſc. ubi nominatio filij ut hæredis per patrem in actu, inter uiuos facta ſufficit, ut hæreditatem illi dediſſe uideatur, & hoc dictũ Bart.ſequitur Alex.in d.l.Licet.& idem uidetur tenere Iaſon ibidẽ, licet uacillet, & licet cõtrariũ iſtius expreſſe teneat Lud.de Roma in repet.d.auct.ſimiliter.in vj. ſpeciali piæ cauſæ circa cõtractus: et Ang.& Pau.de Caſt. in d.l.Tale pactũ.§.fi.mihi tamẽ plus placet prima opinio per rationes domini Alex.in d.l.licet.circa fi.quem omnino uide: quia articulus iſte etiã eſt pulcher & quotidianus brocardicus tamen & dubius, ut uidere poteris per doc.in locis ſuprà alleg.ad quos breuitatis gratia te remitto.

Non



¶ Non procedit tamen hæc argumentatio à milite ad eccleſiam uel piam cauſam, quãdo nõ eſt eadẽ ratio in utroque, uel quãdo contrarium reperitur aliquo iure deciſum, quia in incertis nõ in certis locus eſt cõiecturis l.Cõtinuus. §.Cum ita.ff.de uerb.oblig.& expreſſum facit ſilere tacitum.l.fi.C.de pac.cõuen.cum ſimi. Hinc eſt q̃ licet uolũtas militis captatoria nõ ualeat.l. Captatorias.C.de teſta.mili. tamen uoluntas captatoria ad pias cauſas ualida eſt: ut eſt tex.ſing.ſecundũ unũ intellectũ in c.Cum tibi. cũ ibi nota. extra de teſta.& ita no.uult Bar.in rep.l.j.in iij.q.v.quæſtionis princip.C.de ſacroſanc.eccle.de quo articulo pulchro, ſubtili & quotidiano uidere poteris plenißimè per Ioan.de Imo.& canoniſtas in d.c.Cum tibi. Et per hoc credo etiã male dicere Lud.de Roma in repet.præalle.auctẽ. ſimiliter.in xj.ſpeciali piæ cauſæ. circa ultimas uolũtates, ubi arguendo à milite ad piam cauſam dicit, q̃ ſicut in teſtamento militis teſtantis in tentorio, non dico in conflictu belli teſtes debent eſſe rogati.ut eſt tex.in l.Diuus.ff.de teſta.milit.& in §. Planè.Inſti.eo.ti.ita etiã in teſtamẽto ad pias cauſas cõdito, teſtes debent eſſe rogati ſecundũ eum: ſed errat, quia contra eum eſt tex.in d.c. Relatũ.primo.de teſta.ſi ſubtiliter ponderetur in ſua diſpoſitiua, ubi uult ultimam uoluntatẽ piam decidi ſecundum canones & legem Euangelicã: ſecundum quam nõ requiritur q̃ teſtes ſint rogati, nec illud eſſet fauorabile piæ cauſæ ſed diſpendioſum & oneroſum, quod tollere uoluit canon.in d.c. Relatum. ut ibi uidere poteris per Ioã.de Imo. & alios, & ita communiter per legiſtas in d.l.j.C.de ſacroſanc.eccle. & per Canoniſtas in præalle.c.Relatum. ut uidere poteris per te ipſum: quæ omnia tene menti tanquam pulchra, ſingularia,

Quando non procedit argumentatio à milite ad eccleſiã vel piã cauſam.

Q 5 ria,

ria, utilia & quotidiana. Et uide quod dicam infrà, in loco à ſpeciali: & quod dixi ſuprà, in loco à ſimili.

## LOCVS A' PVPILLO AD REMPVBLICAM. XXVIII.

PRæterea habemus in iure locum à pupillo ad rempublicam, à quo ſumptum argumentum nedum eſt probabile, ſed forte, frequẽs, & utile, quãdo eadem eſt ratio in utroq;: quia æquiparãtur à iure. l. Rempublicam. cũ ibi no. C. de iure reipub. lib. xj. l. Qui ſolidum. §. Etiam. & ibi Io. de Imo. not. ff. de lega. ij. l. Reſpublica. C. ex quib. cau. maio. & l. j. iũcta gl. C. de offi. eius qui uicẽ alicuius iudi. obtinet. cum ſi. & per hoc ſemel dixi in quæſtione de facto occurrente, q̃ cõuentio facta per gubernatores oppidi Louanienſis, qua cauebatur, q̃ de damnis & intereſſe ſtaretur ſolo dicto partis ſeu creditoris, nõ ualebat: quia ſi talis conuentio fieret per tutorẽ, uel per pupillũ cum autoritate tutoris nõ ualeret. l. Iuriſiurãdi gratiam. cum gl. & ibi expreſſè hoc no. Bar. ff. de iureiur. & habetur pleniſſimè per Iaſ. in l. Iuſiurandũ quod ex conuentione. illo eo. tit. ergo etiam non debet ualere talis cõuentio, quãdo fit per gubernatores oppidorũ uel reipublicæ. iuribus ſuprà alle. & ita fuit iudicatum, quod tene menti. ¶ An autem talis conuentio ualeat, & quid operetur quando fit per maiorem xxv. annis: uide pulchrè per Bar. & doct. in l. fi. ff. de præto. ſtipul. & per Cyn. & doct. in l. Si quis in cõſcribendo. C. de epiſc. & cler. ad quos breuitatis gratia te remitto. ¶ Secundo iſtud facit ad hoc, q̃ ſicut ſententia diffinitiua, lata cõtra pupillũ uel minorem indefenſum, eſt nulla ipſo iure: ut eſt tex. cum ſua ſingulari gl. in l. Cum & minores. C. ſi aduer. rem iudi. ita



ita etiam ſententia lata cõtra rempublicã alicuius ciuitatis indefenſam, eſt nulla ipſo iure. ut eſt tex. cũ glo. in l. j. & ibi Bart. & Io. de Platea not. C. de iure reipub. lib. xj. ¶ Tertiò iſtud facit ad hoc, q̃ ſicut debitor pupilli uel adulti repellitur à tutela uel cura, auct. minoris debitor. C. qui dari tuto. poſ. & in corpore unde ſumitur: ita etiã debitor reipublicæ repellitur ab honoribus, niſi prius ſoluat debitum. l. j. C. de debito. ci. lib. xj. & l. Reſcripto. §. Debitores. ff. de mune. & hono. & eadẽ ratione bonũ eſt argumentũ econtra à republica ad pupillũ, iuribus præalleg. ¶ Et hinc eſt quòd ſicut fauore reipublicæ, prætextu inſtrumentorũ de nouo repertorum, reſcinditur ſentẽtia, licet ſecus ſit in priuato. l. Imperatores. ubi de utroq; eſt tex. ff. de re iudica. ita etiam fauore pupilli, prætextu inſtrumentorũ de nouo repertorum reſcindetur ſententia, & ita decidit gl. in l. Sub prætextu. j. & ibi Barto. Bald. & docto. C. de tranſact. per d. l. Rempublicã. & gl. in d. l. Imperatores. & ibi Bar. Ioã. de Imo. Alexã. & doct. & ſentit gl. in l. Vnica. & ibi Io. de Platea not. C. de ſenten. aduer. fiſc. latis retractã. lib. x. quod tene menti, & ad plura alia pulchra & quotidiana induci poteſt hæc argumẽtatio à pupillo ad rẽpublicam, & econtra, ut pulchrè & magiſtraliter declarat Ioã. de Platea in d. l. Rempublicam. & latius in l. fi. C. de iure reipub. lib. xj. & in l. j. & ij. C. de adminiſtr. reipub. lib. xj. quem omnino uide: quia reperies ibi plura pulchra, utilia, & quotidiana in hac materia, ad quẽ, quia ab omnibus habetur, breuitatis gratia te remitto. ¶ Et queãdmodũ dixi bonũ eſſe argumẽtum à pupillo ad rẽpub. ita etiã bonũ eſt argumentũ à pupillo ad eccleſiam, uel piam cauſam. gl. eſt ord. no. in l. Non eſt ignotum. C. de adminiſtra. tuto. quæ ſingulariter dicit, quod

quòd ſicut tutor uel curator nõ habens iuſtam cauſam litigandi, debet proprio noimne condẽnari in expẽſis, & illas ſoluere de burſa ſua, nec eas poteſt computare pupillo uel adulto in reddẽda ratione. ut ibi eſt tex. & ita etiam prælatus eccleſiæ hoc caſu tenetur eccleſiam cõſeruare indẽnem de ſuo proprio patrimonio, & illã gloſ. ſequuntur ibi Cy. Bal. Ang. Sali. & doct. & idẽ eadem ratione dicendum eſt de rectoribus hoſpitalium, magiſtris fabricæ, prouiſoribus menſæ ſancti ſpiritus, & ſimilibus habentibus adminiſtrationem piorũ locorũ. Et ita ſæpius obſeruaui cũ eram Officialis recolendæ memoriæ domini Henrici de Bergis epiſcopi Cameracenſis digniſſimi. Imò (quod fortius eſt) idem dicendum eſt in procuratore generali nõ habente ſpeciale mandatũ, ad intentandum actionẽ calumnioſam. Ita ſingulariter dicit Sali. in d. l. Nõ eſt ignotũ. Hinc etiam eſt, quòd ſicut pupillus nõ poteſt uẽdere rem immobilẽ, niſi urgente debito & cũ decreto. l. j. & l. Magis puto. §. Non paſſim. ff. de reb. eorum. ita etiã eſt in eccleſia. auct. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccle. & c. Sine exceptione. xij. q. ij. cũ ſimi. Hoc argumẽto etiã utitur gl. ad aliũ notabilẽ effectũ in l. Meminerint. & ibi Bald. & Salice. notant. C. unde ui. ¶ Et quemadmodũ dixi bonũ eſſe argumentum à pupillo ad rempublicam & econtra, & à pupillo ad eccleſiam uel piam cauſam: ita etiã bonum eſt argumentũ à republica ad eccleſiam uel piam cauſam: quia æquiparãtur. l. fi. C. de ſacroſan. ecc. & §. Sinimus. in auct. de non alienã. reb. eccle. coll. ij. & notat gloſ. ordin. in prælleg. l. Rempublicam. in fi. quod poteſt induci ad multa, ut ex not. per Ioan. de Platea in iuribus ſuprà alleg. colligi poteſt. ad quem breuitatis gratia te remitto. quæ omnia tene menti tanquam pulchra, utilia, ſingularia & quotidiana. Et uide quod dicam infrà in loco à ſpeciali: & quod dixi ſuprà in loco à ſimili.



## LOCVS AB ALIMENTIS AD DOTEM. XXIX.

PRæterea habemus in iure locũ ab alimẽtis ad dotem, à quo ſumptũ argumentũ uedum eſt probabile, ſed frequens, ualidũ & efficax, quando eadem eſt ratio in utroq;, & quando cõtrariũ uon reperitur diſpoſitũ in iure: fundatum in eo quòd dos & alimenta æquiparantur. ut uult gl. ord. in l. Ob æs. C. de prædi. mino. quã ad hoc notat Salic. in l. Qui liberos. ff. de ritu nupt. & Alex. de Imo. in l. Cum is. §. Si mulier. ff. de condi. inde. & idem Alex. in d. l. Ob æs. in apoſtillis. ad Bar. imo maior eſt ratio dotis quàm alimentorum ut dicit Cyn. in l. j. C. de alen. libe. & idem Cyn. in l. Non omni. C. de adminiſt. tuto. & idem Cy. in l. fi. C. de dotis promiſ. & Cy. Bal. & Saly. in l. Neque mater. C. de iure dot. & Panor. in c. Peruenit. in ij. no. de arbi. ¶ Et q̃ iſtud argumentum ab alimẽtis ad dotẽ eſt efficax & ualidũ: firmat Alex. de Imo. in l. Centurio. in ij. col. ff. de uulg. & pupil. allegãs ad hoc autoritatem Bar. in diuerſis locis, ut uidere poteris per eum, & eo utuntur doct. in pluribus alijs paſſibus ut infrà patebit, & quia multa ſunt priuilegia alimentorum magiſtraliter collecta per Bart. in d. l. Mela. ff. de alimen. & cib. leg. & quod dixi ſuprà in loco ab alimẽtis ad piã cauſam: idcirco ad multa induci poteſt hæc argumentatio ab alimentis ad dotẽ. ¶ Et gratia exẽpli, pro inſtructione iuuenũ iſtud primò facit ad hoc, q̃ ſicut alimẽta poſſunt denegari filijs ingratis, & generaliter ex omni cauſa, ex quo poſſunt exhæredari. ut eſt tex. cum gl. & ibi Bart.

Priuilegia alimentorum.

Bar.in l.Si quis à liberis. §. Idem iudex.ff.de libe. agnoſ.& bonus tex.cum glo.& ibi etiã Bar.in l.fi.C.de alen. libe. & ponit pro cõſtãti Io.An.in c.Quintauallis.in fi.& poſt eũ Panor.ibidẽ de iureiurã. ita etiã filiæ ingratæ & dignæ exhæredari, poteſt pater dotẽ denegare arguẽdo ab alimẽtis ad dotẽ.ita not.dicit Bal.in præal.l.fi.C.de dotis promiſ.& ſequitur Alex.de.Imo.in d.§.Idem iudex.quod tene menti. ¶ Secundò facit ad hoc ꝙ ſicut pater poteſt et tenetur hodie de iure canonico relinquere filio ſuo ſpurio uel ſpuriæ alimenta,ut eſt tex ſing.mitigãs rigorẽ iuris ciuilis in c.Cũ haberet.de eo qui duxit in mat.quã polluit per adul.ita etiã poteſt pater hodie filiæ ſuæ ſpuriæ donare uel relinquere dotẽ,arguẽdo ab alimẽtis ad dotẽ. ita ſing.dicit Bar. in auctẽn.ex cõplexu.C.de ince.nup.& idem Bar.in l.fi.ff.de his quib.ut indig.in quibus locis dicit ſe ſic conſuluiſſe. & idẽ uoluit ipſe Bar.& poſt eum Io.de Imo.in l.Meuius.§.Duobus in iij.q.ff.de lega.ij.& ſequitur Panor.in d.c.Cũ haberet,in ulti. not.& iſtud ius canonicũ ſeruãdũ eſt in utroq; foro,ut uolũt canoniſtæ in d.c. Cũ haberet.et declarat latè Ange.Inſti.de iure natura.gen.& ciui.in prin.ubi refert ſe ſic cõſuluiſſe:quod tene menti.¶ Tertiò iſtud facit ad hoc quòd ſicut mater diues tenetur alere filiã inopem in ſubſidium,quando pater eget:ut eſt tex.in.§. Illud.in auctẽn.ut liceat matri & auiæ coll.viij. & in l. penul. ff.de liberis agnoſ.item etiã hoc caſu mater tenebitur dotare filiã inopẽ arguendo ab alimentis ad dotem:licet regulariter ipſa mater ad hoc non teneatur:tex.eſt nota. probãs utrunq; dictũ in præalle.l.Neq; mater.& ibi hoc expreſſè tenent Iaco.de Rauen.Cy.Bal.Sali.& doc.& Bar.in auct. res quæ.C.cõmu.de lega. quod tene menti.¶ Quartò iſtud facit ad hoc, quòd



quòd ſicut pater naturalis tenetur alere filium inopem.auctẽn. licet patri. C.de natura.libe.& d.c.Cum haberet. ita etiã pater naturalis tenebitur hoc caſu dotare filiã ſuã inopem, uſq; ad condignã quantitatem, ex qua poſſet alimentari,arguendo ab alimentis ad dotem:ita ſing.decidit Bal.in præal.l. Neq; mater.dicẽs hoc modo debere limitari.l.Vxorem.§.Pater naturalis.ff.de lega.iij. ut ſcilicet intelligatur quãdo filia eſt diues, uel q̃n poteſt ex licito exercitio uictũ quærere & dotẽ ſibi cõſtituere:quod tene mẽti.¶ Quinto iſtud facit ad hoc,ꝙ ſicut frater tenetur fratrẽ uel ſororem egentem alimẽtare:ut eſt tex.iuncta glo.in l.j.circa prin.ff. de tute.& ratio.diſtra.& tex.cum glo.in l. Qui filium.ff. ubi pupillus educa.debeat.& bonus tex. in l. Tutor ſecundum dignitatem.§.fi.ff.de adminiſtr.tuto. & firmat glo. in præal.l.j.C.de alen.libe. quã ibi ſequũtur Cy.Bar.Ang.Sali. & doc.ita etiã frater tenetur ſororem egentem dotare, arguendo ab alimentis ad dotẽ,& ita ſing.determinat glo. in præall.l.Non omni:quam ſequuntur ibi Cy.Bar.Bal. Ang. Salice. & docto. & idem uolunt Bal. & Ange. in præal.l. fi.C.de dotis promiſſ.& Io.de Imo.in d.§.Duobus.& Panor. in præal.c.Peruenit.& eſt bonus tex. cũ glo.in l.Cum plures.§.Cũ tutor.ff.de adminiſt.tuto. quod tene mẽti:imò plus dixit Panor.in præal.c.Peruenit.in ij. notab. uidelicet quòd clericus beneficiatus,ſi nõ habet bona patrimonialia, poteſt cũ bona cõſcientia de bonis ſeu fructibus bñficij ſui dotare ſororẽ ſuã uel aliã conſanguineã inopẽ,quia poteſt eas alere,ergo & dotare,arguendo ab alimentis ad dotẽ.ut ibi latius per eum:quòd tene perpetuò mẽti.imò quod plus eſt, impenſa alimentorum non minuit legatum dotis, text. eſt ſingularis in d. l. Qui filium.quem ad hoc ponderat & ualde

ualde exclamat Sali.in d.l.Non omni.in fi.quod tene menti:
quia eſt ualde ſingulare & quotidianiſsimũ in practica:&
quod fortius eſt, ſi mater filiæ dotatæ per patrẽ alimenta
miniſtraret poſt mortem patris: poſſet ea à filio hærede
uniuerſali inſtituto per patrẽ repetere.ut ſing. decidit Cy.
in l.Alimenta.in fi.C.de nego.geſt.ubi dicit ſe in caſu de fa=
cto occurrente ſic cõſuluiſſe & reſpondiſſe,quod tene men
ti: quia eſt quotidianum, & quod longe fortius eſt, ſi fra=
ter & ſoror poſsidẽt bona paterna pro indiuiſo, & frater
ſororem maritet & ei dotem det de bonis indiuiſis: deinde
cum inter eos diuiditur ſucceſsio paterna, frater uult ſoro=
ri cõputare quantũ habuit in dote: ipſa autẽ excipit,& di=
cit,tu uideris mihi donaſſe partẽ tuã.rectè excipit,nam fra
ter uidetur donaſſe,niſi fuerit ꝓteſtatus.arguẽdo ab alimẽ
tis ad dotẽ.Ita ſingulariter dicit Cy.in præal.l. fi.C. de do=
tis promiſs.circa fi.Et idẽ tenet ibi Sali.& eſt de mẽte Bar.
in d.§. Pater naturalis. quod tene menti. ¶ Præterea iſtud
facit ad hoc,quòd ſicut fauore alimentorum relictorum in
ultima uoluntate minus ſolenni, præſtatio triennalis ope=
ratur & inducit neceſſariam præſtationẽ in futurum: ſicut
ſi relicta fuiſſent in teſtamento ſolenni & ualido.ut eſt tex.
ſing.in l.j.C.de fideicõ.ita etiam hoc idem operabitur præ=
ſtatio triennalis concurrente ultima uoluntate minus ſo=
lenni, in qua relictum eſt annuum legatum pro dote fauore
dotis eadem ratione.Ita ſing.decidunt Bar.Bal.Ange.Alex.
& Iaſon in l.Si certis annis.C.de pac.& idẽ Bar.in l.Cum
de in rem uerſo. ff.de uſu. & idem Bar.in diſputatione ſua
incip.Mulier habens magnũ patrimoniũ,circa fi.& Alex.
& Iaſ.in d.l. j. C.de fideicõ.quod tene mẽti. ¶ Et ſimiliter
econtra bonum eſt argumentum à dote ad alimenta: quia
æqui



æquiparãtur,ut ſuprà dixi.Vnde ſicut fideicõmiſſum dimi=
nuitur ex cauſa dotis,ut eſt caſus in d.aucten.res quæ.& in
corpore unde ſumitur:ita etiã diminuitur fideicõmiſſum ex
cauſa alimentorum,quãdo filius uel filia grauatus uel gra=
uata, non habet aliunde unde ſe alat.Ita dicunt Bar.Pau. de
Caſt.& doc.in præal.auctẽ.res quæ.circa fi.quod tene mẽ
ti:quia eſt cõmunis opinio doctorum, licet aliud ibi ſentiat
glo.& malè, & ad multa alia induci poſſet hæc argumen=
tatio:quæ breuitatis gratia omitto,et ſtudioſo in rebus pu=
blicis nõ occupato, indagãda relinquo. ¶ Et procedit hæc
argumentatio ab alimentis ad dotẽ,& econtra: quãdo ea=
dem ratio militat in utroq;,& quãdo cõtrariũ non reperi=
tur expreſsè deciſum in iure, alias autem fragile eſt,debile,
& infirmum. ¶ Et hinc uidemus, qđ licet filia quæ habet
aliunde unde ſe alat:non poſsit à patre petere alimenta.d.l.
Si quis à liberis.§.Sed & ſi filius. tamen filia diues quæ ha=
bet aliunde unde ſe poſſet dotare,eſt nihilominus à patre do
tanda.tex.eſt nota.iuncta gl.in d.l.fi.C.de dotis promiſſ.&
ibi hoc uolunt Bal.& Ange.& idẽ Ange.Iaſon. & doc.in
d.aucten. res quæ. de qua materia poteris uidere latius per
Ludo.de Ro.Io.de Imo.& Alex.in l.j.ff.ſolu.matri. et per
eundẽ Alex.de Imo.in d.l.fi.ff.de his quibus ut indig.& per
doc.maximè nouiſsimos in d.auctẽ.res quæ.Et eadẽ ratione
non ſemper procedit argumentatio ab alimentis ad legiti=
mã.Ita uolunt Bal.Pau.de Caſt.Iaſon & docto.in l. Si quis
in ſuo.C.de inoffi.teſta.Nam.in alimentis proceditur ſum=
mariè ſimpliciter & de plano et die feriato.l.ij.ff.de ferijs.
& uult Bar.in d.l.Si quis à liberis. §.Si uel parens. per illũ
tex.& in præal.l.Mela.ſed in petitione legitimæ ſeruari de=
bet ordo iuris.d.l. Si quis in ſuo.ibi iudiciorũ ſtrepitu &c.

p Ex

¶ Ex quo patet has propoſitiones non eſſe ſimpliciter & indiſtinctè ueras. Dos ſuccedit loco alimentorũ. Itẽ legitima ſuccedit loco alimentorũ. de qua materia uide plenius in locis ſuprà cõmemoratis. & ꝑ Cy. in l. Sancimus. C. de nuptijs. & per Bar. & doct. in l. Titio centũ. §. Titio genero. ff. de cond. & demõ. & per Panor. & canoniſtas in c. Raynutius. de teſtamẽ. quæ omnia tene mẽti, tanquã pulchra, utilia, ſingularia & quotidiana. & uide quod dicã infrà, in loco à ſpeciali: & quod dixi ſuprà, in loco à ſimili.

## LOCVS A' MINORIBVS AD FVriosos, mente captos, ſeu dementes. XXX.

Privilegia furioſorũ, mente captorum, ſeu dementiũ.

PRæterea habemus in iure locũ à minoribus ad furioſos, mente captos, ſeu demẽtes, à quo ſumptũ argumẽtum nedũ eſt probabile, ſed forte, frequẽs et utile: nam omnia priuilegia cõceſſa minoribus, quæ ſunt multa ſparſa in corpore iuris, ex quibus aliqua recitabo infrà, in loco ſequẽti, extẽduntur ad furioſos, mente captos, ſeu demẽtes: ita dicit gl. ord. nota. in l. ij. C. de cura. furio. quã gl. reputat ſing. Bal. in c. j. de benefi. fra. in uſi. feud. et idẽ Bal. in l. Qui neq;. ubi eſt bonus tex. ff. de rebus eo. & idem Bal. in l. fi. in prin. C. in quib. cau. in integ. reſti. nõ eſt neceſ. & idẽ Bal. in l. Infantis. in ij. q. C. qui admitti. & Io. de Imo. in l. Imperatores. ff. de re iudi. & idẽ Io. de Imo. in l. Si uero. §. De uiro. ff. ſolu. matri. & Panor. Feli. et morderni in c. Cũ nõ liceat. de præſcrip. & Io. de Platea in l. Rempublicã. C. de iure reipub. li. xj. & Pe. de Anch. in cõſi. ſuo quinto, circa fi. Et qđ dixi ſuprà de furioſo, mẽte capto, ſeu demẽte: intelligo etiã ĩ prodigo, cui bonis interdictum eſt: ut ſcilicet omnia beneficia, quæ



quæ dantur minoribus, adultis, ſeu pupillis extẽdãtur nedũ ad furioſos, mẽte captos, ſeu demẽtes: ſed etiã ad ꝓdigos, et generaliter ad oẽs, qui curatoribus regũtur: prodigus enim & furioſus æquiparãtur pupillo: tex. eſt notab. in l. Fulcinius. §. Adeo. & ſeq. et ibi Alex. de Imo. not. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſ. ea. & bonus tex. in d. l. qui neq;. et ibi Bal. & pulcher tex. in l. Properãdũ. in fi. C. de iudi. & in auctẽ. minoris debitor. in fi. C. qui dari tuto. poſ. et in corpore unde ſumitur. & ꝙ furioſus, mẽte captus & prodigus æquiparantur, eſt gl. ord. in l. Si quis in tantã. C. unde ui. ¶ Ex quo ſequitur primò, ꝙ ſicut nõ ualet alienatio bonorũ immobiliũ ſine decreto iudicis facta per minores. l. Magis puto. §. Nõ paſſim. ff. de reb. eor. q ſub tutela uel cura ſunt, & toto titulo. C. de prædi. mino. ſine decre. nõ alie. ita etiã nõ ualebit alienatio facta ſine decreto per furioſos, mẽte captos, demẽtes uel prodigos l. Is cui. ff. de uerbo. oblig. ¶ Item ſecundò ſequitur, quòd tales in ſuis cõtractibus læſi, ſunt reſtituendi in integrum inſtar minorũ et piæ cauſæ, de quo uide quod dicam infrà, in loco ſequẽti. ¶ Itẽ tertio ſequitur, quòd ſicut ſentẽtia lata cõtra pupillũ uel minorẽ reſcinditur prætextu inſtrumẽtorũ de nouo repertorũ intra trienniũ per ſimplicem querelã, ſine beneficio reſtitutionis. d. l. Imperatores. iuncta glo. & l. unica iuncta gl. C. de ſenten. aduer. fiſcum la. retract. lib. x. ita etiam erit in ſententia lata contra furioſum, dementem, mente captum uel prodigum: quia æquiparantur dict. §. Adeò, & ſequen. & ita notabiliter decidunt Bart. Ioan. de Imo. Alexand. & doct. in d. l. Imperatores. & Bal. in l. prima, in prima oppoſitione. circa finem. C. de condit. indeb. & Ioan. de Platea, in præalleg. l. Vnica. ¶ Item quartò ſequitur, quòd cõtra eos non currit

 præſc

præſcriptio longi temporis.ita not.dicit Pau.de Caſt.in l. Marcellus.in fi.ff.de fideiuſ.& idem Pau.de Caſt.in l.Si curatorem habẽs.C.de in integ.reſti.per tex.iuncta gl.in d.l. ij.C.de cura.furio.& idem uult Pau.de Caſt.& doc.in d.l. fi.C.in quib.cau.in integ.reſt.nõ eſt neceſ. Idẽ etiã uult Io. And.in additionibus ad Spec.in rub.de præſcri.circa med. & Panor.Feli.& alij moderni in d.c.Cũ nõ liceat.¶ Hoc tamen quòd dixi de præſcriptione, intellige ſanè de præſcriptione extraiudiciali: & ita propriè loquitur d.l.fi.C. in quib.cau.in integ.reſti.nõ eſt neceſ.ſecus autẽ eſt in præſcriptione iudiciali: quia illa ita bene currit ipſo iure cõtra minores furioſos,mente captos & prodigos,ſicut contra maiores,licet poſſet peti reſtitutio in integrũ in ſubſidiũ: quãdo ſcilicet minori furioſo, mẽte capto,uel prodigo ſuccurri nõ poteſt contra ſuos adminiſtratores,quia forte nõ ſunt ſoluẽdo.text.eſt ſing.in d.l.Properandum.in fi.& ibi hoc uolunt Bal.Ang. Pau.de Caſt.Sali.Alexã.Iaſ.& doct. qui dicũt quòd minoribus, ſicut maioribus currit tempus ipſo iure ad appellandũ & ad inuẽtariũ cõficiendũ:& idẽ dicũt in præſcriptiõe ſtatutaria de qua ĩ c.Cõſtitutus.de in integ.reſt.ut ibi latius ꝑ eos, quæ omnia tene menti,tanquã pulchra,utilia,ſingularia,et quotidiana. Et uide quod dicã infrà in loco à ſpeciali, & qđ dixi ſuprà,in loco à ſimili.

## LOCVS À MINORIBVS AD ECCLESIAM VEL PIAM CAVSAM. XXXI.

PRæterea habemus in iure locum à minoribus ad eccleſiam uel piam cauſam,à quo ſumptum argumentum, nedum eſt probabile, ſed forte,frequẽs & utile: quia eccleſia fungitur iure minoris.c.j.& c. Auditis.de in integ.reſti.& minori pius locus æquipatur.l. Orphanotrophos. in prin.& ibi Bal.not.C.de epiſ.& cleri. & pulcher tex. in cle.quia cõtingit.poſt mediũ.& ibi Io.de Imo.no.de relig.domi.& iſto argumento à minoribus ad eccleſiam, uel piam cauſam utitur glo.ord.notab.in l.iij.C.quãdo ex fact. tuto.& gl.in l.Reſpublica.C.ex quib. cauſis maio.& doc. in pluribus alijs paſſibus,quos cõmemorare magis eſſet laborioſum,quàm ſubtile. ¶ Vnde cũ multa ſint ſtatuta à iure fauore minorũ,ad multa trahi poterit hæc argumentatio.Et gratia exempli, pro inſtructione iuuenum iſtud primò facit ad hoc,ꝙ ſicut fauore minorũ mora contrahitur re ipſa abſq; interpellatione.l.In minorũ.C.in quib.cau.in integ.reſt.nõ eſt neceſ.et l.Titia ſeio.§.Vſuras.ff.de leg.ij. Ita etiam fauore eccleſiæ uel piæ cauſæ mora cõtrahitur re ipſa,abſq; interpellatione,quam doc.appellant moram irregularem:ita dicit Bal.in auct.hoc amplius.in ij.col.C.de fideicõ.Et eſt gl.or.ſing.in §. Item mixta,ſuper uerbo,iudicium,circa prin.Inſti.de act.Quã ad hoc ponderat & exclamat Lud.de Roma in ſuis ſingularibus,ſing.cxviij.incipien.Tu habes &c.¶ Itẽ ſecundò iſtud facit ad hoc,quòd ſicut minor læſus reſtituitur in integrũ.toto ti.ff.de mino. ita etiã eccleſia,pia cauſa,uel loca pia,ut hoſpitalia,monaſteria,collegia,et quælibet alia pia loca,in quibus ſenes debiles,infantes,ſeu paruuli expoſiti,& aliæ perſonæ miſerabiles,& languidæ alũtur,& alia charitatis opera exercentur,ſi lædãtur,reſtituũtur in integrũ:ita ſingulariter dicit Io.An.in c.ij.de reſti.in integ.li.vj.in nouella. Quẽ refert & ſequitur Panor.in c. Relatũ.j.de teſta.& idẽ Panor.in præal.c.j.de reſt.in integ.& glo.ord.in d.c.Auditis, & ibi Panor.qui dicit,ꝙ oĩa iura loquẽtia de minoribus in materia reſt

ria reſtitutionis, poſſunt & debēt trahi ad eccleſias, quod dicit menti tenendū. Et idem ſentit Pau.de Caſt.& doct.in d.l.Orphanotrophos. & Lud.de Ro.in ſuis ſingularibus ſingu.cxv. Vbi per hoc decidit illā pulchram & quotidianam quæſtionē. Hoſpitali relicta erat hæreditas, ſub cōditione ſi intra annū ædificet capellam in certo loco, & ſi capella intra annū cōſtructa nō fuerit, uoluit teſtator, quòd alius pius locus habeat hæreditatē. Adminiſtratores hoſpitalis intra annum nō conſtruxerūt capellam: quæritur, an hoſpitale poterit reſtitui aduerſus lapſum tēporis, & negligētiam cōmiſſam in nō ædificādo capellā, in præiudiciū alterius pij loci. Et decidit ipſe ſingulariter ꝙ ſic inſtar minoris: per tex.ſing.in l.iij.§.Sed ſi hæres.ff.de mino.& idē fuit de mente Bal.licet uacillet in l.Pupillorū.C.de repud. hæred. De quo breuitatis gratia, remitto te ad eos, & ad iura per eos alleg. quod tene perpetuò menti. ¶ Item tertiò iſtud facit ad hoc, ꝙ ſicut præſcriptio iudicialis hodie currit ipſo iure cōtra minorem, ſicut olim l.Properandū.in fi. & ibi hoc uolūt Bal.Ang.Pau.de Caſt.Salic.Alex.Iaſ. & doct.C.de iudi. Nō obſtāte l.fi.C.in quib.cau.in integ.reſt. nō eſt neceſ. quā doc. dicūt procedere in præſcriptione extraiudiciali, & rectè: Ita etiā præſcriptio iudicialis currit hodie ipſo iure cōtra eccleſiam, & piā cauſam: licet eccleſia uel pia cauſa læſa poſſet reſtitui in integrū in ſubſidiū, quando ſibi ſuccurri non poteſt contra ſuos adminiſtratores, arguendo à minoribus ad eccleſiā & piam cauſam. Ita not. dicit Card.in cle.unica.in x.q.de in integ.reſti.& uolunt Salic.Alex.Iaſ.& doct. in d.l.Properandū.in fi. quod tene menti. ¶ Quartò iſtud facit ad hoc, ꝙ ſicut minori ſuccurritur, nedū qñ ipſe facto ſuo læſus eſt, ſed etiā quādo læ

do læ



do læſus eſt per ſuos curatores ſeu adminiſtratores.l.fi.C. ſi tut.uel cur.interue. Ita etiā eſt in eccleſia uel pia cauſa: ut ei ſuccurratur, quādo læſa eſt facto ſuorū adminiſtratorū: quia delictū perſonæ, & c. regula delictū.de reg.iur.lib.vj. & ita not. uult Hoſti.in ſua aurea ſumma, in ti.de in integ. reſti.§.In quibus, quod tene mēti. ¶ Quintò iſtud facit ad hoc, ꝙ ſicut ſingulare beneficiū reſtitutionis in integrum, competens minori ratione ætatis nō porrigitur ad fideiuſſorem, ut eſt tex. in l.j.& ij.C.de fideiuſ.mino. cū ibi not. per gl.& doc. Ita etiā ſingulare beneficiū reſtitutionis in integ.competens eccleſiæ uel piæ cauſæ non porrigetur ad eius fideiuſſorē eadem ratione. Ex quo ſequitur, ꝙ fideiuſſor eccleſiæ uel piæ cauſæ rectè cōuenietur, & excutietur, & excuſſus nō habebit regreſſum contra eccleſiā uel piam cauſam: ſed manebit ſolus in damno, quando creditori non eſſet aliunde cōſultum argumentorū dictorum iurium & lex in l.Cauſæ.j.cū ibi not.ff.de mino. & faciunt nota.per gl.not.in l.Minor.ſuper uerbo, ſuccurritur.ff.de procura. & ea quæ habentur & not.per glo.& doct.in l.Marcellus.ff.de fideiuſ. caueat ergo ſibi quiſq;, ne efficiatur fideiuſſor pro minore uel pro adminiſtratoribus eccleſiarum uel piorū locorū, niſi prius ſibi prouideat, unde ſuæ indēnitati ſit conſultum: Quod tene menti, quia eſt ſingulare, & habui de facto, & non recordor me alicubi legiſſe, uel reperiſſe tactum ab aliquo quo ad eccleſiam uel piam cauſam. ¶ Item ſextò iſtud facit ad hoc, quòd ſicut ſententia lata pro procuratore minoris non legitimè conſtituto, uel pro minore in iudicio per ſe litigante, ualet: licet contra eum lata non ualeret, ut eſt text. pulcher & menti tenendus in l. Non eo minus. C. de procura. ita etiam ſenten

 tia

tia lata pro eccleſia uel pia cauſa ualet: licet non interuenit conſenſus ſuperioris, quamuis lata contra eccleſiam uel piam cauſam hoc caſu non ualeret: ita ſingulariter uolunt Ioan.And.Panor. Ioan. de Imo.& communiter doc. cano. in c.Cauſam.j.de iudi.& eſt de mente Io.de Imo.in l.Quæſitum. ſuper prima gloſ.ff.de re iudica. & uolunt expreſſe Alexand. de Imo. & Iaſon in d.l. Non eo minus.quod tene menti: & ad multa alia pulchra & quotidiana ex præmiſſis & alijs iuribus colligibilia induci poteſt hæc argumentatio, quæ ſtudioſo in rebus publicis non occupato indaganda relinquo. ¶ Hoc tamen uolo te ſcire, quòd iſta argumentatio à minoribus ad eccleſiam uel piam cauſam non procedit in præſcriptione temporali: nam licet præſcriptio temporalis non currat hodie ipſo iure contra minorem: ut eſt text.notabilis in præall.l.fin. C. in quibus cauſis in integ. reſti.non eſt neceſſ. limitando (ut dixi ſuprà, & in loco præcedenti) tamen currit contra eccleſiam uel piam cauſam. ut probatur in auctent. quas actiones. C. de ſacroſanc. eccle. ubi uſucapio triennij de iure ciuili etiam auctenticorum currit contra eccleſiam, licet reſtituatur. Et ita notabiliter decidit Ioan. de Imo. in l. Si uero. §. De uiro. ff. ſoluto matri. & eſt de mente Anto. de Butrio in repetitione c. fin.de conſue. in ſexta fallentia.in fine. Et de mente Hoſti.in ſua aurea ſumma, in ti.de in integ.reſti. in. §. Cui in fine.ubi etiam dicit, quòd priuilegia minoris & eccleſiæ, quantum ad reſtitutionem, habent ſe ut excedentia & exceſſa. de quo uide ibi latius per eum, quæ omnia tene menti tanquam pulchra, ſingularia, utilia & quotidiana. Et uide quod dicam infrà, in loco ſequenti, & in loco à ſpeciali, & quod dixi ſuprà, in loco à ſimili.





## LOCVS AB ECCLESIA AD PIA LOCA. XXXII.

PRæterea habemus in iure locũ ab eccleſia ad pia loca à quo ſumptum argumentũ nedum eſt probabile: ſed forte frequens & utile. Quia generaliter omnia priuilegia cõpetentia eccleſijs, cõpetunt etiam pijs locis.tex. eſt ualde nota.in l.Omnia priuilegia.& ibi Bar.notat. C. de epiſ.& cleri. & bonus tex.in.§.Pro tẽporibus.in auctẽn.de eccleſiaſticis ti.coll.ix.et facit l.Illud.cũ gl.C.de ſacroſan.ecc.et uult nota.Io.An.in c.ij.de in integ.reſti.li.vj.in nouella, quẽ refert & ſequitur Panor.in c.Relatũ.j.de teſta.& idẽ Panor.ĩ c.j.de ĩ integ.reſti. ¶ Et hinc eſt, ꝙ ſicut cõtra eccleſiã non præſcribitur niſi ſpacio quadraginta annorũ (c.De quarta.de præſcrip.& auctẽ.quas actiones. C.de ſacroſan. eccle.) ita nec cõtra pia loca.d.§.Pro tẽporibus, ubi de hoc eſt caſus, & uult nota.Bal.in d.auctẽ.quas actiones, ubi dicit hoc eſſe notabile, & menti tenendũ: & idẽ uult Panor. in d.c. De quarta.in ulti.no.ubi dicit idem eſſe in legatis ad pias cauſas.Hinc etiã eſt ꝙ ſi capitulũ, collegiũ, uniuerſitas uel hoſpitale lædatur, poteſt petere reſtitutionẽ in integrũ, ſicut eccleſia læſa.ita nota.uolunt Innoc.Pe.de Anch.& Io. de Imo.in c.Niſi eſſent uiri prouidi.de præbẽ.& Ioan. An. in d.c.ij.& Panor.in præal.c.Relatũ.& in d.c.j. quod tene menti quia eſt utile, & quotidie uenit in practica.

¶ Hinc etiam eſt ꝙ in alienationibus rerum hoſpitalis, uel pij loci requiritur eadem ſolennitas, quæ requiritur in alienatione rerum eccleſiæ: ita notab.dicunt Anto.de But.Imo. & Panor.in c.Nulli.de rebus eccle. non alienan. quod tene menti, & ad multa alia pulchra & quotidiana induci poteſt hæc argumẽtatio, ab eccleſia ad pia loca.ut pleniſſimè

uidere poteris per Feli.in d.c.de quarta, ubi ultra hæc tria priuilegia competẽtia eccleſijs & pijs locis magiſtraliter collegit xvij.alios caſus in quibus hoſpitalia parificantur eccleſijs,& gaudẽt priuilegio eccleſiarũ. Ad quẽ (quia ab oĩbus habetur) breuitatis gratia,te remitto, qđ tene mẽti: quia faciet tibi honorem,ſi ſciueris practicare,& uide qđ dicã infrà,in loco à ſpeciali,et qđ dixi ſuprà ĩ loco à ſimili.

## LOCVS A' MATRIMONIO CARNALI AD SPIRITVALE. XXXIII.

PRætereà habemus in iure locũ à matrimonio carnali ad ſpirituale,à quo ſumptũ argumẽtum nedũ eſt probabile ſed forte, frequẽs & utile: quia æquiparãtur à iure, tex.eſt no.in c.Quoniã frequẽter.§.Porro.ut lite nõ cõteſ. & bonus tex.in c.inter corporalia. & in ca.fi. de transla. præla. & pulcher tex.in c. Cum inter canonicos. de elect. & in c.Sicut alterius.& ibi Dominicus notat.vij.q.j.et bonus tex.in auct.niſi rogati.& ibi Cy.Sali.& doc.not.C.ad Treb. & in corpore unde ſumitur cũ ſimili. ſicut enim matrimoniũ carnale rite contractũ nõ diſſoluitur per inferiorem à Papa, ſed per ſolũ Papã qui uicẽ dei gerit in terris: ita nec etiã matrimoniũ ſpirituale d.c.inter corporalia.& præal.c.fi.Item ſicut per mutuũ cõſenſum uiri & mulieris contrahitur matrimoniũ carnale, ita etiã per cõſenſum eligentium & electi cõtrahitur matrimoniũ ſpirituale inter eccleſiã & epiſcopũ,præal.c. Cum inter canonicos. nedũ enim in carnali matrimonio,ſed etiã in ſpirituali cõtrahendo requiritur cõſenſus mutuus.c.pe.de ſpõſa.& c.Quàm ſit.de elec.lib.vj.& c.Si tibi abſenti.de præben.eo.lib.Item ſicut cũ agitur de matrimonio carnali poſſunt teſtes recipi,&



pi & ſententia diffinitiua ferri cõtra cõtumacem lite non conteſta.Ita pariformiter fieri poteſt cũ agitur de matrimonio ſpirituali cũ in hoc æquiparẽtur,nam ſicut abſentia uiri eſt periculoſa uxori, ita etiã abſentia prælati eſt periculoſa eccleſiæ,& ergo neuter ſe poteſt abſentare ſine cauſa.d.§.Porro.cũ ibi no.per Panor. & doc.Profundius tamen iſtam materiã tangẽdo & deducẽdo utilitatem ex hac argumentatione prouenientẽ ad practicã referam pro inſtructione iuuenũ ex multis pauca pulchra & quotidiana exempla.¶ Et primò ultra prædicta iſtud facit ad hoc, ꝙ ſicut filia cõtrahens matrimoniũ carnale debet dotari à patre.l. Qui liberos.ff.de ritu nup.Ita etiã ingrediens monaſterium & ibi profeſſionẽ faciens, quia per profeſſionem contrahitur ſpirituale matrimoniũ d.c. Inter corporalia. & ita expreſſe decidit Bal.in l.fi.in ij.col.C.de dot.promiſ. imò quod fortius eſt,ſtatutũ dictans filiã contrahentẽ matrimoniũ carnale debere dotari uendicat ſibi locum in filia profitente & ingrediẽte religionẽ approbatam, ut ſingu. decidit do.Petrus de Ancha.in cõſi.ſuo.cviij.incip.In paucis uerbis,&c. ¶ Secũdò iſtud facit ad hoc,ꝙ ſtatutum diſponens aliquid cõtra cognoſcentẽ mulierẽ nuptã uendicat ſibi locum in cognoſcente monialẽ, quia dicitur matrimonium contrahi cum eccleſia uel Chriſto.c. Viduas.c. Quæ Chriſto.& ca.Hi qui.xxvij. q.j.Ita ſingu.determinat dominus Marianus in ca.Qualiter & quando.ij.de accuſa. ¶ Tertio iſtud facit ad hoc,quòd ſicut pater qui ſemel dotauit filiam tenetur eam ſecundò nubentem redotare, dote per mortem generi pactionis uel patriæ poteſtatis iure ad ſe reuerſa,& eandẽ dotem ſic ad ſe reuerſam conſtituere, niſi eius facultates quadã clade diminutæ fuerint, & hoc probare

probare poſſit:ut ex tex.not.in auct.ſed quamuis.C.de rei uxo.actio.& in corpore unde ſumitur: ita eodē modo tenetur hoc facere pater,quando filia ſua uidua prius dotata & dote ad ſe reuerſa intrat religionē per eccleſiā approbatā,arguēdo à matrimonio carnali ad ſpirituale.Ita ſing. determinant Cy.Ang.Io.Fab.Alber.& alij doct.in d.auct. Sed quāuis.quod eſt menti tenendū:de hoc tamē uide latius ibi per Sali.¶ Quartò iſtud facit ad hoc, ꝙ ſicut reijcitur cōditio ſi non nupſerit,quia impeditur libertas matrimonij carnalis,non autē reijcitur conditio ſi non nupſerit Titio, quia per hoc nō impeditur libertas matrimonij carnalis cū poſſit nubere Seio:ut eſt tex.in l.Titiæ ſi nō nupſerit. et in l.Cum ita.ff.de cōdit. & demon.ita etiā reijcitur conditio retrahens à uita cōtemplatiua uel impediens matrimonium ſpirituale,puta ingreſſum monaſterij: ut eſt tex.ſing.in §. ſed hoc de præſenti.in auct.de ſanct.epiſco.coll.ix.& in d. auct.niſi rogati.C.ad Treb.& in c.In præſentia.cū ibi no. de proba.non tamen reijcitur cōditio,per quā quis retrahitur ab ingreſſu religionis mendicantiū: quia per hoc nō dicitur impediri uita contēplatiua,cū poſſit intrare aliā religionē approbatā arguendo à matrimonio carnali ad ſpirituale: & iſtud eſt ualde utile, quia per hoc tollitur fortis obiectio,quæ fieri poſſet cōtra illā cōmunē deciſionē, quæ habet quòd ſubſtitutus alicui ſi deceſſerit ſine liberis admittitur, licet inſtitutus modo præmiſſo grauatus, intret religionē mēdicantiū. de quo uide per Bar.Bal.& doct.in l.Cū pater.§.Hæreditatem.ff.de leg.ij. & per doc.nouiſſimos in l.Ex facto.§.Ex facto. et in §.Si quis rogatus.ff.ad Treb.& per Bal.in d.auct.niſi rogati.in j.col.in uerbo,uenerabilem locū.& clarius per eundē in d.c.In præſentia. in iij.col.



iij.col.in uerſi.ſed quid ſi monaſterium:& pleniſſimè per Sozi.in conſi.ſuo.xcij.incip. Circa primū huius cōſultationis articulum in ij. & iij.col.quod tene menti. ¶ Quinto iſtud facit ad hoc, ꝙ ſicut bona ſubiecta reſtitutioni poſſunt alienari pro dote filiæ ipſa cōtrahente matrimonium carnale,ut eſt caſus in auct.res quæ.C.cōmu.de lega.& in corpore unde ſumitur: ita etiā poterunt alienari pro filia ingrediente monaſteriū. arguēdo à matrimonio carnali ad ſpirituale.& ita ſing.determinant Bart.Bal.& doct.in d. auct.res quæ.¶ Sexto iſtud facit ad hoc, quòd ſi ex pacto uel cōſuetudine uaſalli & ſubditi teneantur præſtare auxiliū domino quādo maritat filiā:prout in pluribus locis obſeruatur de cōſuetudine,& uidetur rationabile.ut ſing.determinat Spec.in ti.de feud.in §.Quoniā.in uerſi.& nota, quem omnino uide quia pulchrè loquitur, & eſt glo.ordi. quæ hoc ſentit in l.placet.C.de ſacroſan.ecc.ita eodē modo tenebūtur præſtare.auxiliū domino quādo filia eius intrabit religionē,arguēdo à matrimonio carnali ad ſpirituale. d.ca.inter corporalia.cum ſimilibus,& tanto fortius tenebuntur in hoc caſu:quia magis curandū eſt de anima quàm de corpore.l.Sancimus.j.C.de ſacroſan.eccle.cum ſimil.& ita reperio ſing.decidere do.Iacobinum de ſancto Geor.in ſuo not.tract.inueſtituræ,ſuper illis uerbis. Qui quidē inueſtiti.in fi.ubi dicit ſe ſic in caſu de facto occurrēte conſuluiſſe,& quòd plures alij præſtātiſſimi doc.ſe ſubſcripſerunt:quod tene mēti, quia eſt ſingulare & quotidianū. Et ad multa alia pulchra & quotidiana induci poteſt hæc argumentatio à matrimonio carnali ad ſpirituale:quia multa præcipua reperiuntur inducta & ſtatuta fauore matrimonij carnalis, quæ magiſtraliter enumerātur & colligūtur

per

per dominũ Feli.in rubrica de ſponſa. ex quibus ſubſiſtente identitate rationis, ubi contrariũ non reperitur expreſſe à iure diſpoſitum, argui poteſt ad matrimonium ſpirituale. ¶ Et quemadmodum dixi bonam eſſe argumentationem à matrimonio carnali ad ſpirituale, ita etiã econtrà bona eſt argumẽtatio à matrimonio ſpirituali ad carnale, unde ſicut tenet ingreſſus religionis: licet quis dolo fuerit inductus ad intrandũ religionẽ, nec ſubueniatur dolum paſſo quo ad ingreßum: licet hæredibus ingreßi ſit cõſultũ quo ad bona ſic deluſi, ut eſt tex. ſingularis in c. Conſtituit. xx. q. iij. & in c. Cum dilectus. cum ibi nota. ꝗ metus cauſa. Ita etiã tenet matrimonium carnale, licet quis doloſe induxerit aliquam ad contrahendũ matrimonium, fortè dicendo ſe ualde diuitem cum non fuerit. ita dicit glo. ordi. ſing. in d. c. Cum dilectus. & ibi hoc approbant Io. de Imo. Panor. & doc. & eſt de mente glo. in l. A` diuo pio. ff. de ritu nup. & de mẽte Panor. & doc. in c. ij. de cõiugio ſeruo. & probatur xxix. q. j. circa prin. ubi eſt bonus tex. Hinc etiã eſt ꝗ ſicut minor. xxv. annis intrans religionẽ non poſſet poſt ingreſſum & profeßionẽ reſtitui integrũ aduerſus ingreſſum tãquã læſus in d. c. Cum dilectus. cum ibi not. per Panor. & Bal. qui etiam dicit ꝗ non ſufficit timere indignationẽ paternã: quia uolebat filium exhæredare niſi fieret monachus, clericus uel ſacerdos, ita etiã puella inducta ad contrahendũ matrimoniũ carnale & læſa, non poteſt petere reſtitui in integrũ etiam matrimonio non conſummato ad finem nubendi alteri. ita ſing. dicit Bal. in rubr. extra de iudi. in ij. col. & ratio eſt ſecundũ eũ, quia ſpiritualia ſic inhærent oßibus ꝗ auelli non poſſunt, habent enim diuinã uirtutẽ potius quàm humanã ſecũdum eum, pro quo meo iudicio bene facit licet ipſe non alleg



alleget c. Ex publico, cum ibi not. de conuerſi. coniug. quod tene menti: & ad multa alia pulchra & quotidiana induci poſſet hæc argmentatio à matrimonio ſpirituali ad carnale, quæ breuitatis gratia omitto, & ſtudioſo in rebus publicis non occupato indaganda relinquo. Et procedit hæc argumentatio à matrimonio carnali ad ſpirituale & econtrà: quando eadem eſt ratio in utroq;, & ubi contrarium non reperitur expreſſe deciſum à iure: ſed quãdo diuerſa ſubeſt ratio, uel quando cõtrariũ reperitur expreſſe diſpoſitum in eo quod uenit inferendum, tunc non procedit argumentatio à matrimonio carnali ad ſpirituale nec econtrà. unde cum multæ ſint differẽtiæ inter matrimoniũ carnale et ſpirituale ut infrà dicã, certum eſt in illis non procedere hanc argumẽtationẽ, quia expreßũ facit ſilere tacitũ l. ſi. C. de pac. cõuen. cũ ſi. ¶ Primò enim differũt in hoc, quia matrimoniũ carnale nõ poteſt cõtrahi niſi cum una eodẽ tẽpore. nam nõ poteſt quis eodẽ tẽpore habere plures uxores: ut eſt tex. in c. Gaudemus. de diuor. & in. §. Affinitatis. & in. §. Socrum. Inſti. de nup. cum ſi. Sed quis bene poteſt habere plura beneficia eodẽ tẽpore, ut eſt tex. in c. De multa. cum ibi nota. de præb. & in c. Dudũ. ij. cum ibi no. de elec. ¶ Secũdò differũt in hoc, quia ad matrimoniũ carnale nõ requirũtur uerba ſecundũ cõmunẽ opin. de qua in c. Tuæ. de ſponſa. Sed ad matrimoniũ ſpirituale requirũtur uerba eligẽtiũ & electi. c. Quia propter. de elec. cũ ſi. ¶ Tertiò differũt in hoc, ꝗa nemo cogitur ad matrimoniũ carnale contrahendũ. c. Cum locum. & c. Veniẽs. ij. de ſponſa. imò debet eſſe uolẽs, appetens, & importunè petens. c. Inſtitutum. iuncta glo. xxvij. q. ij. Sed ad matrimonium ſpirituale hoc eſt ad beneficium acceptandum quis bene cogitur, imò debet aſſumi inuitus & nullo

& nullo modo ambiens.c.Qualiter.de elec.& c.In ſcriptu ris,iuncta glo.viij.q.j.& l.Si quenquã.C.de epiſco.& cler. ¶ Quarto differũt in hoc,quia in matrimonio carnali admittitur cõditio,et ualet matrimoniũ ſub cõditiõe cõtractũ. ca.De illis.et c.Super eo,& per totũ de condi.appo.In matrimonio uerò ſpirituali abeſſe debet omnis conditio,ut eſt tex.in c.ij.de elec.li. vj.¶ Quinto differunt in hoc, quia in matrimonio carnali poteſt interuenire pecuniæ datio et ꝓmiſſio quæ fit cauſa cõtrahẽdi,prout quotidie fit.nã comuniter dos datur & donatio propter nuptias conſtituitur, licet ſine dote poſſet eſſe matrimoniũ ca.Nullum xxx.q.v. & l.Cum multæ.C.de don.ante nup.In matrimonio autem ſpirituali non debet interuenire pecuniæ datio,quæ fit cauſa cõtrahendi.ut eſt tex.in c.Gratia.in c.Qui ſtudet.& in c.Sunt nõnulli.j.q.j.& extra de ſimo.per totũ.¶ Sexto differũt in hoc,quia in matrimonio carnali debet interuenire propoſitum retinendi inuicem indiuiduã uitæ conſuetudinem,ut eſt text.in c.fi. de condi.appo. In matrimonio uerò ſpirituali non requiritur quòd beneficiandus ſit propoſiti de perſeuerando in illo beneficio, imò poteſt in mente gerere ꝙ ab una adminiſtratione in aliã trãsferatur, nõ tamẽ ambiẽdo:ſed magis proficere deſiderando. d.c. fi.de trãsla. prælat.& c.Qui epiſcopatũ.viij.q.j.¶ Septimo differunt in hoc,quia in matrimonio carnali nõ admittitur trãſactio uel cõpoſitio,ut eſt tex.in c.fi.de trãſac.In matrimonio uerò ſpirituali bene admittitur amicabilis compoſitio, ut eſt tex.not.in c.Super eo.de trãſac.et in c.Niſi eßent uiri prouidi.de præbẽ.¶ Octauo differũt in hoc quia matrimoniũ carnale nihil ſpiritualitatis in ſe habet : nec per illud gratia confertur, imò potius dicitur ſacramentum, quaſi ſacræ



ræ rei ſignum: quàm quia ſacrum,ut eſt tex.cum ibi nota. in c. Debitum. de bigamis. Matrimonium autẽ ſpirituale habet in ſe aliquid ſacrum: quia propter adminiſtrationẽ ſacramentorum & diuinorũ datur.d.c. Inter corporalia. ¶ Nono differunt in hoc,quia matrimoniũ carnale perficitur ſolo cõſenſu d.c.Cum locũ.& c.Cum apud.de ſponſ. Matrimonium autẽ ſpirituale non perficitur ſolo conſenſu:ſed ultra hoc,requiritur certa forma.præal.c.Quia propter.Et ultra hoc, requiritur adhuc cõfirmatio in inferioribus prælaturis.c. Nihil.de elect.& c.Quàm ſit. & c.Cupientes.eo.ti.lib.vj. & in epiſcopatibus, & ſuperioribus dignitatibus requiritur conſecratio.ut eſt tex.in c.Tranſmiſſam.cum ibi not.de electi.cum ſi. Per electionem enim datur electo dũtaxat poteſtas adminiſtrãdi in habitu, per confirmationẽ uerò datur in actu:& ſic cõfirmatio deducit potentiã quæſitam per electionẽ,ad actum.Ita ſing.dicit glo.ord.in c. Quanto. lxiij.diſt. & eſt de mente Rotæ deciſione iiij.in nouis ſecundum quotas meas.unde eleganter dicit tex.in præal.c.fi.de transla.præla.quòd poſt conſenſum electi,& ante confirmationẽ matrimonium ſpirituale dicitur initiatum:per confirmationẽ autem ratũ, & per conſecrationẽ conſummatum.Et quòd per conſenſum eligentium & electi,non perfectè cõtrahitur matrimoniũ ſpirituale,ſentit tex.in d.c.Cum inter canonicos.in uerbo, quaſi,ſi bene ponderetur.¶ Decimo differũt in hoc, quia ad matrimonium carnale contrahendũ ſufficit pubertas.c. Puberes.de deſpon.impub.& Inſti.de nup.in prin. Ad matrimonium uerò ſpirituale contrahendũ, uaria ætas requiritur ſecundũ qualitatem beneficiorum,ut uideri poteſt in c.Cum in cunctis.de elec.Et in c.Super inordinata,iunctis

ibidem notatis per Ioan. And. Panor.& docto.de præben. ¶ Vndecimo differũt in hoc,quia in matrimonio carnali, qualitas perſonarum regulariter non attenditur, dũmodo habeant intellectũ d.c.Cum apud.& c.Dilectus.de ſponſ. & de coniug.ſer.per totum, & de coniug.lepr. per totũ. cum ſimi. niſi expreſſe prohibeantur, ut uideri poteſt in frigido monacho,cõſanguineo,& ſimilibus.toto titulo de frigi.& malefi.Et toto titulo ne clerici uel uouen.Et toto tit.de conſang.& affin.cum ſimi.In matrimonio autẽ ſpirituali attenditur qualitas perſonarũ.d.c.Cum in cunctis. Et præalle.c.Cum inter canonicos.Et c.Innotuit.de elect. Et de fil.præſbyt.per tot.¶ Duodecimo differunt in hoc, quia matrimoniũ carnale eſt de iure diuino inſtitutum in paradiſo.c.j.iuncta glo.de uoto & uoti redemp. li.vj.Matrimonium uerò ſpirituale, inductum eſt poſteà iure poſitiuo:nam ſtatus beneficiorũ iure poſitiuo eſt inductus, ut bene declarat Panor.in c.Poſtulaſti.de reſcrip.Et idẽ Panor.in c.Epiſcopus.de præben.¶ Decimotertio differunt in hoc,quia matrimonium carnale inductum eſt ad fornicationẽ euitandam,& multiplicationem generis humani: ut eſt pulcher tex.in.§.His ita.xxxij.q.ij.Matrimoniũ uerò ſpirituale inductũ eſt ad regimen fideliũ & animarum curam.c.Cum ſit ars artiũ.de æta.& quali.ordin.iuncto d. c.Cum in cunctis.¶ Decimoquarto differunt in hoc,quia matrimoniũ carnale parit filios carnales. Spirituale autẽ ſpirituales:ut de utroq; eſt tex.iũcta gl.in c.olim.viij.q.ij. ¶ Decimoquinto differũt in hoc,quia matrimonio carnali ſeparato,quo ad thorũ,neuter cũ alio cõtrahit: quia uinculũ manet.c.ij.de diuor. Sed prælato depoſito ꝓpter crimẽ poteſt eccleſiæ ꝓuideri de alio,ut eſt tex.in c. Poſtquã

quenq


quenquã 50.diſt.iuncto c.Qualiter & quando.ij.de accuſ. & ſic patet quòd in multis caſibus non procedit hæc argumentatio.¶ Illud autem certũ eſt, quòd nõ procedit argumentatio à matrimonio carnali contrahendo ad matrimonium ſpirituale diſſoluendum,uel econtra:ut patet ex c.fi. de procur.lib.vj.iuncta cle.unica.de renun. De qua materia uide latius per Ant.de But.in d.c.Inter corporalia. & per Ioã.And.Præpoſi.& doct.in preal.c.Tuæ.& aliquid per Card.in præal.cle.unica.in iij. col.quæ omnia tene mẽti,tanquam pulchra,utilia,& quotidiana.Et uide quod dicam infrà in loco à ſpeciali: & quod dixi ſuprà, in loco à ſimili,& in loco à contractu ad diſtractum.

## LOCVS À RATIONE LEGIS STRIcta, ſeu limitata ad reſtrictionem ipſius legis. XXXIIII.

PRæterea habemus in iure locum à ratione legis ſtrictæ,ſeu limitata ad reſtrictionem ipſius legis, à quo ſumptum argumentum eſt forte, freqũes & utiliſsimum, ſeruiẽs ad multa,ut infrà patebit,& formatur hoc modo. Quandocunq; ratio legis eſt ſtrictior dicto ſeu diſpoſito, tunc ad ſtrictitudinẽ ipſius rationis reſtringitur ipſa lex, uel diſpoſitio.Vel ſic:ratio cuiuſq; diſpoſitionis reſtringit diſpoſitionẽ ſeu dictũ,ad limites ipſius rationis.tex.eſt no. in l.Cum pater.§.Dulciſsimis.& ibi Bar.Ioan. de Imo.& alij legiſtæ id not.ff.de leg.ij.Et pulcher tex.in l.Adigere. §.Quamuis,& ibi etiam not.Bar.ff.de iure pat.& bonus tex.in l.Hæc actio.ſecundum ſecundã lectu.glo.quã approbat ibi Bar.ff.de calum.& bonus text.iuncta glo.in l. Si is qui animo.& ibi Pau.de Ca.& doc.id no.ff.de acqui.poſ.

 Et tex.

Et tex.not.in l.Milites agrum in prim.ff.de re mil.cum ſi. ¶ Et hanc regulam pro firmo fundamento ponit Salic.in repeti.l.ij.in ij.col.C.de noxali.actio.Et dominus Io.Bapt. in repetitione.l.Omnes populi.circa vj.q.Bart.ff.de iuſti. & iur.& Panor.in ca.Eccleſiæ.in ij.col.de immuni.eccle. & Idem Panor.poſt Ioan.de Ligna.in c. Ad audientiã. de deci.& idẽ Panor.& alij in c.fi.de reſcrip.Et ratio iſtius eſt: quia ratio legis,eſt anima legis: unde ſicut anima dominatur corpori, ita ratio legis uel canonis dominatur uerbis.l.Scire leges.ff.de legi.l.Cum mulier.& ibi doct.ff ſol. mat.l.Non dubium.cum ibi not.per glo.& doc.C.de legi. l.Nominis & rei.§.Verbum ex legibus. iuncta gloſ. ff. de uerb.ſig.& c.fi.& ibi Dy.de reg.iur.lib.vj.& c.Secundo requiris.& ibi Panor.& doc.de app.¶ Intelligẽtia enim dictorum ſumenda eſt ex cauſis dicendi. c. Intelligẽtia.& c.Præterea.de uerb.ſig.cum utrobiq; not.per glo.& doc. Et generaliter,limitata cauſa ſeu ratio limitatũ producit effectum.l.In agris.ff.de acqui.re.domi. &.§.Quod autẽ, & ibi Bal.& Ang.not.Inſti.de legiti.agna.tute.& habetur pulchrè per Feli.poſt glo.& And.Sicu.in c.Cum ordinem. in iiij. col.ubi adducit plura pulchra, & quotidiana exempla de reſcrip.Imò quod plus eſt, ratio adiũcta facit recedi à proprio ſignificato uerborũ antecedentiũ,& operatur quòd illud qď dubitatiue eſt dictum, habeatur pro dicto ſine aliqua dubitatione.text.eſt in l.Si ſeruus.§.Quiquinq; ff.de leg.j.Et ibi hoc no. Bal.et Pau.de Caſt.q per hoc ſingulariter dicũt,quòd ualet teſtimonium teſtis deponentis per hæc uerba. Credo contenta in articulo eſſe uera: quia uidi & præſens fui,non ratione dicti,ſed ui rationis adiunctæ,per quã uerbum (credo) ponitur affirmatiue



tiue & non dubitatiuè,licet hoc nõ ſit de ſui natura,quod tene menti.Imò,quod fortius eſt,uerba legis uel ſtatuti generalia,etiam ſi non habuerint rationem annexam,debent nihilominus ſanè intelligi & reſtringi ad id quod eſt rationis.Ita not.dicit Bal.in aucten.ingreſſi.in ij.col.C.de ſacro ſanc.ecc.& ſequitur ibi Iaſon:& eſt tex.cum glo.in c. Si uerò.de ſen.excom.& in c.Dilecto.iuncta glo. eo.ti.li.vj. & tex.cum glo.in c.Ad noſtram. iij.de iureiur. Et de hoc ponuntur plura exempla per gloſ.ord.notab.in l.fi.C.ſine cenſu uel reliquis. ¶ Non enim debẽt uerba legis Iudaicæ intelligi ut ſonãt,ſpreta mente.Vt dicit glo.in d.l. Non dubium.ſuper uerbo,amplexus:& ibi doct.& glo.in l. Damni infecti ſtipulatio competit.in.§.Si is qui uicinas.ff.de dam.infec.& Bal.in l.Quicunq;.in iiij.col.C.de ſer.fugit. ¶ Nec debent uerba legis captari uel calumniari.l.penul. ff.ad exhib.ſed præcedentia recipiunt interpretationem à ſequentibus & ecõtra.l.Si cum fundum.cum ſua not.gloſ. ff.de uerb.ſig.& l.Cum in teſtamento. §.fi.iuncta gloſ.ff. de hæred.inſti.& l.Si ſeruus plurium.§.fi. ff.de leg.j.cum ſimi.Virtus enim legis cõſiſtit in ratione,medulla,et mẽte legis,nõ autẽ in uerbis.d.l.Scire leges.cũ alijs ſuprà alleg. & c.Marchion & Baſilides.j.q.j.ubi eſt pulcher & ſing. tex.¶ Sed quia uulgata regula habet,quòd generaliter dictũ gñaliter debet intelligi.l.fi.C.de dot.promiſ. & l.j.in prim.iuncta glo.ff.de leg.præſtan.bon.poſſ.cõtra tab.peti. cum ſimi.Et quòd ubi lex nõ diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus.l.De precio.ff.de public.Et quòd non eſt recedendum à uerbis legis,etiã ſi lex ſit perquàm dura.l.Proſpexit.ff.qui & à quibus.& c.In memoriam.xix.diſt.cum ſimi.Quod contrarium turbauit ſpiritum Cy. ut ipſemet

Quomodo debent intelligi verba generalia ſtatuti.

 refert

refert in l.j.in iij.oppoſi.C.quæ ſit long.conſue.Idcirco ne decipiaris,& ut habeas bonam & perfectam doctrinã in hoc articulo quotidiano,cùm quæritur an lex uel diſpoſitio generaliter loquẽs generaliter debeat intelligi: an uerò pati debeat reſtrictionẽ,diſtingue poſt Bar.in d.l.Adigere.§.Quamuis.& in d.l.Omnes populi,aliquibus additis hoc modo,aut reſtrictio fit per aliam legem: aut non. ¶ Primo caſu indubitanter admittitur reſtrictio, per id quod habetur & notatur in d.l.De precio. ubi bona gl.& in c.Quòd ſi dormierit.xxxj.q.j.& in l.Quãuis.ubi Ang. ff.de in ius uoc.ſic etiam una lex aliam legem extendit, ut pulchrè declarat Bar.in l.Si cõſtante. in prin.in vij.& ix. q.ff.ſol.mat.ubi dicit hoc procedere,etiã ſi in lege uel canone habeatur dictio taxatiua,pro quo faciũt not.per glo. ord.Sali.& doct.in l.Ob æs.C.de prædi.mino. & not.per Cy.in l.Ita nobis pudor.C.de adulter.& not. per Bar.in l. Serui nomine.ff.de uſucap.quod tene menti: & uide quod dixi ſuprà in loco ab exceptione ad regulam:& quod dicã infrà in loco à natura dictionũ taxatiuarum:ubi plenè reperies de natura dictionis taxatiuæ.¶ Secundo caſu,quando reſtrictio non fit per aliam legẽ,& quæritur,an ſolum ex ui rationis debeat & poſſit reſtringi lex uel diſpoſitio per hominẽ,tunc ſubdiſtingue.Aut quis puniretur contra mentem legis, & pateretur damnum indebitè, niſi fieret reſtrictio:aut non.¶ Primo caſu reſtrictio fieri poteſt ex ui rationis d.l.Adigere.§. Quamuis.ubi eſt text.not.Nam niſi fieret ibi reſtrictio, perderetur ius patronatus indebitè,ut patet ex l.Qui contra.eo.ti. & idem probatur in d. l.ij.C.de noxa.acti.nam niſi ibi fieret reſtrictio ſtatuti, de quo facit ibi mentionẽ glo.ſuper uerbo,ſaltui,in ij.lectura

commu



communiter approbata,dominus ſerui teneretur inſolidũ indebitè.pro iſto etiam eſt text.not.in c. Cum dilectus.& in c.Ad audientiam.de cler.non reſid.& utrobiq; not.per Ioan.de Imo.& iſtud eſt de mente glo.ord.ſingu.in l. fi.§. In computatione.ſuper uerbo,cõfundantur.in fi.C.de iure delibe.quæ ſing.dicit, quòd ſtatutum diſponẽs quòd executio inſtrumenti fiat contra hæredem ſicut contra defunctum,debet reſtringi,niſi hæres fecerit inuentariũ:& hoc ne indebitè damnum patiatur,& illam glo. ſequuntur & exclamant ibi Bar.Bal.& docto.Hinc etiam dicit Bart.in d.l.Omnes populi.in vj.q.princ.quòd ſi ſtatutũ dicat,quicunq; extraxerit ſanguinem in palatio capite puniatur, ꝙ barbitonſor,qui aliquem fleubothomauit in palatio,nõ punietur pœna ſtatuti:ſed reſtringetur ſtatutum ad illũ,qui extraxerit ſanguinẽ in palatio iniurioſè, & hoc ne ſequatur abſurdum quale eſt,quòd reſpublica perdat perſonam & patiatur damnũ indebitè:& hoc dictum ſequitur Panor.in c.Solite.de maio.& obed.Verba enim legis non debent captari,ut ſuprà dixi:quod tene menti.& uide omnino quod dixi ſuprà in loco ab abſurdo : ubi reperies alia exẽpla quotidiana.¶ Secundo caſu,quando quis non pateretur damnũ indebitè:licet non fieret reſtrictio. tunc iterum ſubdiſtingue : aut quis indebitè lucraretur, niſi fieret reſtrictio:aut perderet lucrum indebitè.¶ Primo caſu fit reſtrictio, text.eſt not.in l.Vt gradatim.§.Et ſi lege.ff.de mune.& hono.qui tex.ſemper allegatur ad hoc, ꝙ omnis diſpoſitio quantũcũq; generaliter loquens recipit interpretationem & reſtrictionem de habilitatæ perſonæ, hoc eſt dummodo perſona ſit habilis, præcipuè quando aliâs quis indebitè lucraretur,ut ibi, quod facit contra nobiles

q 4 quorum

quorundam oppidorum inidoneos ad regimen. qui tamen ſub prætextu priuilegij conſuetudinis uel legis municipa= lis, uolentis ad regimẽ oppidi debere eligi aliquos de pro= geniebus ſeu familijs nobilium, rempublicã longo tempo= re detinuerunt lamẽtabiliter occupatam. Et idem dicendũ eſt, quando quis lucraretur ultra mentẽ diſponẽtis, niſi ex adiuncta ratione fiat reſtrictio, quia etiã tũc faciẽda eſt re ſtrictio. tex. eſt no. in præall. §. dulciſſimis. quem tene mẽti, quia poteſt trahi ad multa. ¶ Iſtud tamẽ fallit ratione pu= blicæ utilitatis, quo caſu nõ fit dicta reſtrictio ſeu interpre tatio reſtrictiua de habilitate perſonæ. tex. eſt ſingu. in l. Si quis in graui. §. Vtrũ. in uerſi. hi quoq;. Et ibi pulchrè Bar. ff. ad Silla. & cõmemorat Bal. in l. j. in fi. C. de preci. impe. offẽ. ubi ſingulariter per hoc dicit, quòd ſi ſtatutũ dicat q́ capiẽs bannitum habeat centũ, quilibet ad hoc lucrũ conſe quendum eſt idoneus & habilis: etiam ſi ipſemet ſit bãni= tus, quia hoc expedit reipublicæ, quod tene menti: quia eſt ualde ſingulare & utile in practica. ¶ Secundo caſu, quã= do quis perderet lucrũ indebitè, niſi fieret reſtrictio, tunc etiam non fit reſtrictio: maxime quando ratio non eſt ex= preſſa in lege d. l. Proſpexit. ubi de hoc eſt caſus, nam ibi ſeruus perdit lucrum libertatis, quod eſt iniquum & con tra rationẽ, & tamen non recedimus per hoc à uerbis ge= ralibus legis, nec illa reſtringimus. ¶ Et ꝑ hoc dicit Bart. in d. l. Omnes populi. in vj. q. princ: quòd ſi ſtatutũ diceret, quòd quicunq; extraxerit ſanguinem in palatio: priuetur aliquo lucro; barbitonſor qui fleubotomauit aliquẽ in pa= latio priuabitur illo lucro: nec fiet hoc caſu reſtrictio ad iniurioſè extrahentem, ſecundum eum, per d. l. Proſpexit. quod tene mẽti. ¶ Et licet hæc deciſio uideatur dura, cum hoc



hoc caſu quis perdat lucrũ ſine culpa, ex eo quod offendit uerba ſtatuti, ſed nõ mentẽ, propter qđ dixerunt aliqui, ut Io. Bapt. in d. l. Omnes populi. & ante eũ Iac. de Are. q́ d. l. Proſpexit, caret ſpiritu. Tamẽ, ſi bene conſideremus d. l. ha bet ſpiritũ, quia nõ eadẽ eſt ratio, damnũ pati: & lucrũ nõ capere, ut dicit tex. not. in l. fi. C. de codicil. & faciunt not. per gl. et doct. in l. j. C. de legib. & no. per doc. in l. Si uerò. §. De uiro. ff. ſo. ma. in q̃bus locis habetur de intellectu d. l. Proſpexit. ubi recurre. ¶ Imò plus dico, uidelicet, q́ non fit reſtrictio, ubi quis perderet lucrũ indebitè, etiã quan= do ratio limitata eſt expreſſa in lege uel canone. tex. eſt no tab. in cle. j. de elect. iuncta glo. in uerbo, homines: quæ ſin= gul. uult, quòd ſtatutum generale ibi poſitum non reſtrin= gitur per rationem præambulam. Et ſic magis attendimus ibi uerba ſtatuti & diſpoſitionis generalis, quàm uerba ra tionis ſpecificæ & limitatæ. Et, quod plus eſt, hoc proce= dit etiam ſi agatur hoc caſu de correctione iuris antiqui: ut patet ex glo. j. d. cle. j. quam ad hoc not. Ioan. de Imol. in præalle. l. Si uerò. §. De uiro. in iij. col. Et Lanfran. in repe= titione eiuſdẽ. §. De uiro. in materia interpretationis re= ſtrictiuæ, circa fi. & Ant. de But. & doct. in d. cle. j. quam diſtinctionem tene perpetuò menti, quia ſeruit ad multa.

¶ Vel poteris dicere aliter, ponendo regulam & fallen= tias, & regula ſit iſta. Quòd lex recipit reſtrictionem uel interpretationẽ reſtrictiuã à ratione poſita, ſeu ſcripta in l. per iura ſuprà in principio alleg. quæ regula declaratur & ampliatur multis modis. ¶ Primo, ut procedat non ſo= lum quando ratio eſt expreſſa in lege uel ſtatuto: imò quã do unica tantum poteſt coniecturari. Ita nota. uolunt Pet. Cy. Pau. de Ca. & doct. in d. l. Non dubiũ. & Bal. in l. Ma= ximum

ximum uicium.C.de lib.præte.& Panor.in d. c.Ad audien
tiam.de deci.& idem Panor.in præalle.c.fi.de reſcrip. &
idem Panor.in c.Nihil.de elec.ubi per hoc decidit pulchrã
& quotidianam quæſtionẽ.Et ratio iſtius eſt, quia ubi nõ
poteſt reddi niſi una ratio ſtatuti, illa habetur pro expreſ
ſa in ſtatuto.Ita dicit glo.ord.ſing.in d. l. Quamuis.& ibi
Bald.& Pau.de Caſt.not.C.de fideicom. ¶ Secundò dicta
regula procedit et fit reſtrictio legis uel ſtatuti generalis,
etiam ſi ratio non ſit ſcripta in lege uel ſtatuto,quãdo per
aliam legem uel ſtatutum reperitur facta reſtrictio. d. l.
Quamuis,& ibi Ang.& not.per glo.in d.l.De precio.&
per doct.in præall.l.Non dubium.& dixi ſuprà. ¶ Tertiò
dicta regula procedit,& fit reſtrictio: etiam ſi ratio non
ſit ſcripta in lege uel ſtatuto,quãdo reſultaret abſurditas,
ſi non reſtringeretur lex uel ſtatutũ generale.tex.eſt not.
in l.Scire oportet.§.Aliud.ff.de excuſ.tuto.& facit d.l.Vt
gradatim.§.j.& l.j. iuncta gloſ.in uerbo,unuſquiſq;.C.de
ſacroſan.ecc.& l.Cæſar.ff.de public.& l.fi. C.de teſta.mi
li.cum ſimi.circa quod uide quod dixi ſuprà in loco ab ab=
ſurdo. ¶ Quartò dicta regula procedit, & fit reſtrictio:
etiam ſi ratio non ſit expreſſa in lege uel ſtatuto,quando
fieret præiudiciũ tertio,ſi non fieret reſtrictio tex.eſt not.
in l.Si quando.in princ.C.de inoffi.teſta.Et eſt ratio: quia
princeps condendo legem generalem,uel concedendo ali=
cui priuilegiũ generale non uidetur uelle reuocare leges
ſpeciales uel præiudicare tertio.cap.Eccleſia ueſtra. ij. de
elect.& l.ij.§.Si quis à principe. &.§.Merito. ff. ne quid
in loco publi.& c.Quamuis.de reſcrip.lib.vj.cum ſimil.
¶ Quintò dicta regula procedit & fit reſtrictio : etiam
ſi ratio non ſit expreſſa in lege uel ſtatuto,quãdo quis in=
debitè



debitè damnum pateretur in perſona uel rebus, niſi fieret
reſtrictio.tex.eſt not.in d.l.ij.C.de noxa.actio.& ibi Sali.
& doct.& pulcher tex.in præalleg.c.Cum dilectus.& in
c.Ad audientiam.& ibi Ioan.de Imo.de cler.non reſid.&
bonus tex.in c.Cum dilectus.de conſue.& eſt glo.ord.ſin=
gul.in d.l.fi.§.In cõputatione. & ibi habetur pulchrè per
Bar.Bal.Pau.de Caſt.Alex.de Imo.Iaſo.& docto. Sed iſta
regula ſic ampliata & declarata recipit quatuor notabi=
les & ſingulares limitationes. ¶ Prima eſt ut non proce=
dat,ubicũq; in ſtatuto generali habente ſcriptam rationẽ
uel non,cauetur ſeruari debere illud ſtatutũ, prout iacet
ad literam,tunc enim non reſtringitur per rationẽ,ita ex=
preßè probatur in d.l.Proſpexit.quæ hoc modo intellecta
habet ſpiritũ. ¶ Secunda limitatio eſt,ut dicta regula non
procedat, ubicunq; in ſtatuto nulla eſt expreſſa ratio, &
dubia eſt cauſa ſtatuti: quia neſcitur quid potuit mouere
ſtatuentẽ ad faciendũ tale ſtatutum : tunc enim ſtandũ eſt
legi,& uerbis legis,& ab illis non eſt recedẽdum. l.j.§.Si
is qui nauẽ.ff.de exerci.& l.Non aliter.ff.de leg.iij.& ita
uult Bal.in præal.l.Maximũ uiciũ.& idem Bal.in d.l.iij.in
noua lectura.C.de iure dot.& no.per gl.& omnes doct.in
d.l.Non dubiũ. ¶ Tertia limitatio eſt,ut dicta regula non
procedat,quãdo quis perderet lucrũ indebitè:ſiue ratio ſit
expreſſa in lege,ſiue nõ d..cle.j.cũ ſua ſingulari gl.in uer=
bo,homines.& præal.l.Proſpexit.& dixi ſupra. ¶ Quar
ta limitatio multũ not.eſt, quãdo expedit reipublicæ legẽ
nõ reſtringi: tunc enim intelligitur generaliter et non re=
ſtringitur.tex.eſt ſing.in d.l.Si qs in graui.§.Vtrũ.uer.hi
quoq;.& ibi pulchrè Bar.et Bal.in d.l.j.C.de preci.impe.
offe.& idem Bal.in l.Cũ mulier.ff.ſolu.matri. & latè tra
ctatur

ſtatur de hoc per Iaſo. in l. j. §. Nunciatio. ff. de noui oper. nun. ubi ultra ſcribẽtes addit duas alias pulchras & notab. limitatiões. quẽ omnino uide, quia magiſtraliter loqtur. ad quẽ breuitatis gratia te remitto. ¶ Sed hic cadit pulchrũ & ſubtile dubiũ, an ſcilicet, ubi agitur de correctione, lex noua generaliter loquens, debeat generaliter intelligi: an uerò debeat reſtringi per legẽ ueterẽ. In quo articulo uidetur prima facie dicẽdũ quòd debeat generaliter intelligi, per id quod habetur in auctẽ. ex cauſa. maximè per Iaſo. in ij. col. C. de lib. præte. & per glo. magnã in fi. in auctẽn. ex teſtamento. C. de colla. & ibi etiã per docto. & maximè per Iaſo. & per id quod habetur in c. Contra Chriſtianos. de hæreti. lib. vj. in glo. fina. In contrarium autem facit auctẽn. offeratur. C. de lit. conteſta. & quod not. per gloſ. & doct. in l. Sciendum. in princ. ff. qui ſatiſd. cog. & nota. in l. Non eſt nouum. & in l. Sed & posteriores. ff. de legi. Sed concluſiuè loquendo, & omnia ad concordiã reducendo ex mente Ioan. de Imo. in d. §. De uiro. in iij. colũ. & ex mente Bar. Pau. de Caſt. Alex. & Iaſo. in d. l. Sciendum. & ex mente eiuſdem Pau. de Caſt. in d. l. Non eſt nouum. dicas breuiter hoc modo. ¶ Aut cõſtat legem nouam generaliter & indiſtinctè loquentẽ, uelle corrigere iura antiqua, & tunc generaliter debet intelligi, & ſic loquitur d. auctẽn. ex teſtamento, quam conſtat uenire ad correctionem iuris antiqui, ut patet ex text. in corpore unde ſumitur, in ulti. col. & ſic etiam loquitur d. auctẽn. ex cauſa. & d. cap. Contra Chriſtianos. iuncta gloſ. fin. ¶ Si uerò non conſtet de mẽte, quòd uelit corrigere in materia de qua quæritur, licet conſtet fortè, ꝙ in alio corrigat, & tunc lex noua generaliter loquens diſtingui debet per antiquam, de eadem materia



materia loquentẽ, & ſic loquitur d. auctẽn. offeratur: nam licet conſtet quòd corrigat inquantũ uult libellum offerri in ſcriptis quod olim non erat. l. ij. ff. de eden. Tamẽ non cõſtat quòd in materia fideiuſsionis uelit corrigere, & ergo quod ibi dicitur generaliter & indiſtinctè de fideiuſſore præſtando, debet diſtingui ſecundum legem ueterẽ, quãdo reus non poſsidet immobilia. d. l. Sciendũ. in princi. cum ſua ſing. glo. & idem uidetur dicendum etiam ſi conſtet, ꝙ lex noua uelit corrigere: dum tamẽ niſi fiat reſtrictio quis indebitè uexaretur uel damnum pateretur, ut eſt glo. ordin. ſing. in d. l. fi. §. In cõputatione. ſuper uerbo confundantur, in fi. quæ ſingulariter uult, quòd licet ſtatutũ nouum corrigens ius cõmune diſponat quòd quis poſſet oſtẽſo inſtrumento debiti capi pro debito, ita quòd inſtrumentum habeat executionem paratam ſicut ſententia, quod eſt cõtra ius commune: quia inſtrumenta notariorũ de iure non habent executionem paratam. text. eſt ſing. in l. Minor xxv. annis cui fideicommiſſum. in princ. ff. de mino. Tamen hoc reſtringitur niſi ſit hæres qui confecit inuentariũ, etiam ſi ſtatutũ expreſsè dicat de debitore & eius hærede, ut dicit illa glo. ſing. quam ad hoc ponderat Bal. in l. Cum à matre. circa fi. C. de rei uen. & ratio iſtius eſt: quia multo fortius in correctorijs diebus debet fieri reſtrictio quàm in alijs, de quibus ſuprà dixi. ſi ergo fiat reſtrictio in caſu d. l. Adigere. §. Quamuis. & in caſu d. l. ij. C. de noxa. acti. quis indebitè puniatur. uel ne indebitè damnũ patiatur, ut ſuprà dixi. multò fortius faciẽda erit reſtrictio in caſu iſto ſecundum Io. de Imo. in d. §. De uiro. in iiij. col. & uolũt Pau. de Caſt. Alex. Iaſ. & doct. in d. §. In computatione. qui reputant d. glo. ſing. ad hoc, quòd ſtatutũ debet interpretari ſecundum

cundum ius cõmune: etiam ſi ſic interpretãdo nihil operaretur, quando aliàs quis indebitè damnũ pateretur, de quo uide ibi plenius per eos, & per Iaſo. & dominũ Ioan. Baptiſtam in præalleg. l. Omnes populi. quod tene menti.

¶ Hinc etiam dixit ſing. Bar. in l. j. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falcidiam. per illum text. quòd ſi ſtatutum diſponat, quod filiusfamiliâs poſſet teſtari: quod eſt contra ius commune. l. Senium. in fi. C. qui teſta. face. poſſ. & l. Qui in poteſtate. ff. de teſtamen. in teſtamento talis filijfamiliás requiretur quòd teſtes ſint rogati, & quòd ſint ſeptem, & quòd habeat locum lex falcidia ſicut in teſtamẽtis aliorũ.

¶ Hinc etiam dicit ſingul. Calde. in cõſil. ſuo xxxij. ſub rubri. de teſta. quòd ſi ſtatutum auget legitimã filiorum, habebunt nihilominus locum iura communia diſponentia de legitima, & ergo filius in tali legitima non poterit grauari, ſicut ius commune diſponit. l. Quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſt. & debet iure cõſtitutionis relinqui. §. Aliud quoq; capitulum. cum ibi not. per glo. & doct. in auctẽ. ut cum de appel. cog. coll. viij. & hoc dictum Calde. tanquam notabile refert & ſequitur Alex. de Imo. in l. Si quis prio re. ff. ad Trebel. & idem Alex. in præall. l. Maximũ uiciũ. in Apoſtillis ad Bal. licet contrariũ ibi ſentiat Bal. & non bene, pro quo etiã facit quod not. ipſemet Bal. in rubr. extra de cau. poſ. & propri. circa fi. ubi dicit quòd ſi ſtatutũ uenit ad ampliandũ ius commune, idem erit in ampliante quod in ampliato, & allegat in argumentum. l. Inter ſocerum. §. Cum inter. ff. de pac. dota. quod tene menti: quia eſt utile, ſingulare, & quotidianum. ¶ Et eſt ſciendum, quòd poteſt cõſtare ſeu apparere de mẽte legis generaliter & indiſtinctè loquentis, q uelit corrigere iura antiqua: ſi in ea di



ea dicatur nõ obſtante aliqua lege generaliter uel ſpecialiter contrariũ diſponente, ſecundũ Bar. in extrauaganti ad reprimendũ, in uerbo, non obſtante. & ſequuntur Pau. de Caſt. Alex. Iaſon & alij in d. l. Sciendũ. & Pet. de Ancha. in repeti. c. Canonum ſtatuta. in vj. q. princi. de conſti. Non autẽ ſufficeret clauſula illa generalis nõ obſtante quacũq; alia lege: quia intelligeretur non obſtante quacũq; alia lege, ſcilicet contraria quæ cum hac non poteſt ſuſtineri: ut eſt glo. ord. ſing. in auct. de hæred, quæ ab inteſt. deferun. in princ. ſuper uerbo, uacantibus. coll. ix. quã ſequuntur Pau. de Ca. Alex. Iaſ. & doct. nouiſſimi in d. l. Sciendũ. & Bart. in extrauaganti ad reprimendũ. & Pau. de Ca. in d. l. Non eſt nouum. & Pet. de Anch. in repet. d. c. Canonum ſtatuta. & Iaſon in d. aucten. ex cauſa. in x. col. in uerſi. quartò circa eundem tex. quæro: quod tene menti, quia eſt ſingulare, & not. dignũ. ¶ Sed hic cadit aliud pulchrũ & ſubtile dubiũ: an ſcilicet ſtatutũ diſponens idẽ quod ius cõmune, debeat limitari & reſtringi ſecũdũ ius cõmune, an uerò debeat intelligi generaliter. in quo articulo pulchro & quotidiano Bar. in l. iiij. §. Prætor. ff. de dam. infec. dicit q debet intelligi ſimpliciter & generaliter, ut in exemplo quotidiano per eũ ibi poſito. Sed Io. de Imo. in d. §. De uiro. in iiij. col. aliter dicit uidelicet, q ſi ſtatutũ poteſt aliquid operari debet limitari & reſtringi ſecũdũ ius cõmune, cùm quodãmodo cẽſeatur ius cõmune, iuxta not. per gl. & doc. in c. j. de cõſti. li. vj. & not. per Bar. & alios in præalleg. l. j. circa princ. ff. ad l. falci. Secus ſi nihil operaretur, quia tũc debet intelligi ſimpliciter & generaliter, ut iacet ut aliquid operetur. ar. c. Si papa. de priuil. li. vj. & l. Si quãdo. in prim. ff. de leg. j. & ſic debet intelligi dictũ Bart. in præ

in præall. l. iiij. §. Prætor. ſecundũ eum. Idẽ autẽ Io. de Imo. in d. §. Prætor. aliter dicit, & melius meo iudicio, uidelicet ꝙ ſtatutũ intelligẽdũ eſt prout uerba iacẽt: ut aliqd addat iuri cõmuni, qñ dato ꝙ nõ intelligitur ſecũdũ ius cõmune, nõ inſurgit graue præiudiciũ: & ſic poteſt intelligi exemplũ Bar. in d. §. Prætor. ſecundũ eũ. Quãdo autẽ generari poſſet graue præiudiciũ, ſi nõ fieret reſtrictio ſecundũ ius cõmune, tũc debet intelligi ſecũdũ ius cõmune: quia potius tollerãdũ eſt ꝙ ſtatutũ ſit fruſtratoriũ & nihil operetur, quàm ꝙ quis indebitè dãnũ patiatur, per not. gl. & doc. in d. §. In cõputatione. & idẽ poſt longã diſputationem uult Alex. de Imo. in d. §. Prætor. & de hoc habetur latiſſimè ꝑ Iaſo. in l. Properãdũ. §. Siue autẽ alterutra. in ij. & iij. col. C. de iudi. ubi recurre, qđ tene mẽti, quia eſt ſingulare & quotidianũ. Et ſi uis plenius inſtrui in hac materia interpretatiõis reſtrictiuæ quotidianiſſima & latiſſima, in qua reperiũtur traditæ plures diuerſæ doctrinæ uide Bar. Ale. & Iaſ. in d. l. j. §. Nũciatio. & eundẽ Bar. in d. l. Omnes populi. & eundẽ in d. l. Adigere. §. Quãuis. & Bal. in d. l. Ita nobis pudor. & glo. ord. ſingu. & doct. in d. l. fi. §. In cõputatione. & doct. in l. iij. §. Hæc uerba. ff. de neg. ge. & in l. Conſtitutionibus. ff. ad municip. & Albe. de Roſ. in prima parte ſtatutorũ. q. ix. & latè per Lanfran. in notab. repetitione ſua. d. l. Si uerò. §. De uiro. & pulchrè per Salic. in repeti. d. l. ij. C. de noxa. actio. & latiſſimè per dominũ Pe. de Anch. in repetitione d. c. Canonũ ſtatuta. in xiiij. q. principali. & pleniſſimè per dominum Ioannem Baptiſtam, in ſua notabili repetitione d. l. Omnes populi. circa vj. principalem quæſtionem Bart. & ampliſſimè per Ludouic. de Roma in ſua notabili repetitione d. l. Si uerò. §. De uiro. & aliq



& aliquid per Io. de Imo. & Canoniſtas in præal. clemẽ. j. de elect. & quod dixi ſuprà in loco à generalitate. In quibus locis perſpicuè uidebis quàm ſubtilis, profunda, & periculoſa ſit hæc materia interpretatiõis reſtrictiuæ, & quàm uariè doctores ſenſerint in ea. De interpretatione autẽ extenſiua pulchra, ſubtili & profunda, dicã plenè infrà in loco ſequenti, ubi uideas. Quæ omnia tene menti, tanquã pulchra, ſingularia, utilia & quotidiana.

## LOCVS À RATIONE LEGIS LARga, ampla, ſeu generali ad extenſionem ipſius legis. XXXV.

PRæterea habemus in iure locum à ratione legis larga, ampla ſeu generali, ad extenſionem ipſius legis, à quo ſumptũ argumẽtũ eſt forte, frequẽs et utiliſſimũ, ſeruiẽs ad multa, ut infrà patebit. ¶ Et formatur hoc modo: Vbicũq; ratio legis uel canonis eſt amplior, uel generalior dicto ſeu diſpoſito: tũc ad amplitudinẽ rationis extenditur ipſa diſpoſitio. tex. eſt nota. in l. regula. §. fi. & ibi Bar. & Bal. not. ff. de iu. & fact. igno. & bonus tex. in l. ij. §. Si mater. in uerſi. Quid ſi curatores, & in uer. Quid ſi deceſſerint. ff. ad Tertul. & pulcher tex. in l. Nomen debitoris. §. fi. ff. de lega. iij. Allegatur etiã ꝑ aliquos ad iſtud ꝓpoſitũ. l. Pater filiũ. §. fundũ. ff. de lega. iij. ſed d. §. Fundũ. licet aliqd facere uideatur, ſi in cortice inſpiciatur: tñ in ueritate nihil facit: quia uerba illa. Ita enim fiet, & c. ibi poſita non fuerũt ꝓlata per modũ cauſæ: ſed ſunt uerba enunciatiua cuiuſdã futuri euentus, quẽ teſtator ſperabat euenire ꝓpter ſuã diſpoſitionẽ, quæ uerba nullo modo diſpõnẽ inducũt ſecũdũ Bart. ibi & hoc patet manifeſtè ex eo, qa ſi illa uerba fuiſſent ibi ꝓlata

per modum cauſæ, cum ratio eſſet amplior & generalior dicto, debuiſſet iuriſconſultus decidere contrariũ eius quod ibi deciditur. Et iſto argumento utuntur Bal. Sali. & doc. in conſtitutione ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. uend. & in infinitis alijs paßibus, quos cõmemorare magis eſſet laborioſum, quàm ſubtile. ¶ Et quia hic modus arguẽdi eſt frequẽs, quotidianus & utilißimus ut ſuprà dixi, & quia materia extẽſionis in ſe eſt ualde ſubtilis & periculoſa, in qua doctores uarias & cõtrarias tradũt regulas: & nedũ inter ſe diſcordant, ſed etiam ſibijpſis ſæpe contrariantur: ut ex paßibus infrà allegãdis, ſi bene inſpiciantur, uideri poteſt. Idcirco pro eius clara & plena notitia præmitto, primò quòd iſte terminus, interpretatio, ſumitur duobus modis.

Interpretatio ſumitur duobus modis.

¶ Vno modo propriè ſecundum eius propriam ſignificationem, & tunc interpretatio idem eſt quod congrua uerbi uel orationis declaratio ſeu expoſitio. ¶ Alio modo capitur large pro interpretatione correctiua, reſtrictiua ſeu extenſiua. Ita dicit glo. ord. nota. in l. j. in prin. ff. de orig. iuris, & concordat glo. in l. j. §. Qui operas. ff. ad tertull.

¶ Secũdo præmitto, quòd de interpretationem extenſiua, quæ multiplex eſt, & in ſe cõtinet interpretationẽ correctiuã, ut infrà patebit principaliter dicturus ſum in hoc loco, de interpretatione autem reſtrictiua plenè dixi ſuprà in loco præcedenti, ubi recurre. ¶ Quibus præmißis capiẽdo cõmunes & magis approbatas doctrinas ſeu theoricas doctorũ, et inſequẽdo ueſtigia domini Matthæi de Matheſillanis in notabili tractatu ſuo extenſionum, quem tacito auctore ponit Io. de Imo. in l. Si uerò. §. De uiro. ff. ſolu. matri. aliquibus per me ubi oportunum uiſum fuerit adiectis conſiderandi ſunt quatuor caſus principales. Quia aut ex extenſio



tenſione ſequeretur correctio legis, & ſic agitur de extenſione fienda in correctorijs. Aut ex extenſione ſequeretur ampliatio fallentiarum regulæ: & ſic agitur de extenſione fienda in exorbitantibus à iure cõmuni & regulari. Aut ex extenſione ſequeretur ampliatio pœnæ ad alium caſum, & ſic agitur de extenſione fienda in pœnalibus. Aut ex extenſione ſequeretur ampliatio ad alium caſum, in his quæ ſunt ſecundũ ius, uel præter ius, & ſic agitur de extenſione fienda in nõ correctorijs, nec exorbitãtibus nec pœnalibus.

PRimo caſu principali. Quando agitur de extenſione fienda in correctorijs: aliqui caſus etiam habendi ſunt in conſideratione. Nam aut ex extenſione ſequeretur correctio de ratione diſpoſiti ad ipſum diſpoſitum, hoc eſt quærere an correcta ratione legis, eo ipſo cenſeatur correcta lex: aut ex extenſione ſequeretur correctio in alio caſu. Hoc eſt quærere, an extenſio in correctorijs debeat fieri ad alium caſum ex identitate uel maioritate rationis.

¶ Primo caſu conclude, quòd aut ratio erat impulſiua, aut finalis. Si impulſiua, tunc ea correcta nõ inducitur correctio diſpoſiti uel ſtatuti, per l. primã. §. Sexum. ff. de poſtula. quia ceſſante cauſa impulſiua non ceſſat diſpoſitio: ut ibi & l. ij. §. fi. ff. de donatio. ¶ Si autem ratio erat finalis, aut erat una, uel plures. Si plures, & tũc una correcta non intelligitur correcta lex, quia ſufficit unã ex pluribus rationibus finalibus remanere, ad hoc, ut remaneat & non ceſſet lex: per id quod habetur in. §. Affinitatis. et in. §. Socrũ. Inſti. de nup. & pro hoc ego allego duas glo. nota. quæ communiter non ſolent ad hoc allegari: Vna eſt in l. Tam is. §. j. & ibi Io. de Imo. eam commẽdat. ff. de dona. cauſa mor. & alia eſt in. §. Minima. & ibi Ange. eam ponderat, & multũ

commendat. Inſti. de capi. dimi. Circa quod uide, & hic repete quod dixi ſuprà, in loco à contrario ſenſu ſumendo in uerbis legis: et quod dicã infrà in loco à ceſſatione rationis. Si autẽ unica erat ratio finalis legis: & certè tunc illa correcta per legẽ nouam: correcta etiã cenſeri debet ipſa lex antiqua. tex. eſt cum ſua ſingulari glo. in l. j. in princ. ſuper uerbo prudentia. ff. de legit. tuto. quã ſequuntur ibi Bar. & docto. & eſt text. in aucten. ingreſsi, in fine. iuncta l. Generali. C. de ſacroſan. eccle. et habetur pulchrè de hoc per Salice. in d. aucten. ingreſsi. in j. & ij. col. & not. per eundẽ in l. Vt liberis. in fi. C. de coll. & aliquid per Bal. in l. j. ff. ſolu. matrimo. & ibi Alex. reputat dictã glo. pro ſingulari: illam etiã reputat ſingularẽ Ioã. de Imo. in d. l. Si uerò. §. De uiro. ad quos recurre. Et hinc rectè dicit glo. ordi. in l. j. in prin. ff. de coniung. cum emancipa. libe. quòd hodie ille titulus eſt correctus ex quo correcta eſt ratio originalis. ¶ Hinc etiam eſt, quòd licet olim cognati non uocabantur ad tutelam ea ratione, qua non uocabantur ad ſucceſsionẽ: hodie tamen correcta dicta ratione uocantur ad tutelam, ſicut ad ſucceſsionẽ d. l. j. cum ſua ſingulari glo. & aucten. ſicut hæreditas. C. de legi. tute. ¶ Hinc etiã eſt, quòd licet olim frater non erat legitimus tutor fratris emancipati ea ratione, quia non uocabatur ad ſucceſsionẽ eius, propter ius agnationis perditum per capitis diminutionem: ſed erat fiduciarius tutor, quia de eo lex confidebat: ut Inſti. de fiducia. tute. & ibi Ioã. Fabr. not. Hodie tamen eſt legitimus tutor, quia hodie etiam ſuccedit fratri emancipato: ut eſt tex. in l. pe. & ibi Salic. not. C. de legit. tute. hinc etiam eſt, quòd licet olim baſtardi non habebant legitimos tutores. l. fi. C. quando mulier tute. offi. fungi poteſt. tamen hodie habent coniun



coniunctos ex latere matris propter ſublatã differentiam agnationis & cognationis in tutelis. Ita not. dicit Bal. in d. l. fi. quam legit cum l. j. & ij. eiuſdem tituli. ¶ Hinc etiam dici poteſt, quòd ex quo hodie pater & frater utrinq; coniunctus ſuccedunt defuncto æqualiter in hæreditate, ut eſt tex. in aucten. defuncto. C. ad tertulia. & in corpore unde ſumitur. hodie etiam pariter uocarentur ad tutelam. Et pro hoc faciunt not. per Salic. in auct. matri & auiæ, in viij. q. poſt med. C. quando mulier tute. offi. fungi poteſt.

¶ Hinc etiam eſt, quòd cognati hodie ſuccedũt uſq; ad decimum gradũ ſicut agnati: licet olim ſecus erat, ut eſt tex. iuncta glo. in. §. fi. Inſti. de ſucceſſ. cogna. quod tene menti: quia dicta theorica, correcta ratione legis, cenſetur correcta lex: poteſt adduci ad multa alia quæ ſtudioſus, ſolers, & diligens per ſe cùm ocium ſuperfuerit, indagare poterit.

¶ Secundo caſu ſubdiſtingue, quia aut maioritas rationis ſurgit ex ui regulæ. Cui licet, de regul. iur. lib. vj. & l. Non debet cui. ff. eo. ti. aut ſurgit aliunde. ¶ Primo caſu extenſio eſt permiſſa, unde ſi ſtatutum uel lex noua permittat indiſtinctè marito occidere adulterum contra l. Nec in ea. in fine. ff. ad l. Iuliam. de adulter. extenditur etiam ad uulnerãtem. Ita notabiliter dicit Anto. de But. in repetitio. c. fin. de cõſue. & bene faciũt no. per Bar. in d. l. Nec in ea. §. Ius occidendi. & not. per eundem in l. Relegatorum. §. Interdicere. & . §. ſeq. ff. de interdic. & relega. & not. per Cy. in l. j. circa finem. C. quæ ſit long. conſue. & ratio iſtius eſt: quia talis extenſio in effectu ſurgit, ex ui regulæ antiquæ: & ſic potius dicitur extenſio paſsiua auctoritate legis, quàm extenſio actiua hominis: quæ extẽſio paſsiua ſemper eſt permiſſa, ſecundum Bart. in l. Omnes populi. in vj. q. princi-

cipali, in uerſic. quartò quæro, ubi hoc declarat per plura
exempla. ff. de iuſti. & iure. & pro iſto bene facit. l. Si quis
ſeruo perſuaſerit, cum ibi no. per gl. Bal. & Ang. C. de fur.
iũcta l. Vt tantum. ff. de ſeruo corrup. & quod dicetur in-
frà. ¶ Ne tamen decipiaris uolo te ſcire, quòd dicta regu-
la (Cui licet quod eſt plus, licet utiq; quod eſt minus) fallit
in quatuor notabilibus caſibus. ¶ Primo enim fallit in de-
creto iudicis: text. eſt ſing. in l. Si pupillorũ. §. Si prætor. ff.
de reb. cor. quam ad hoc põderat Lud. de Roma. in ſuis ſin
gularibus, ſingu. ccxiij. Et Iaſon in l. In actionibus. ff. de in
litem iuran. & ratio iſtius ponitur per gl. in d. l. Non debet
cui. nam ex quo in decreto iudicis requiritur cauſæ cogni-
tio. l. Cum hi. §. Si prætor. ff. de tranſac. non uenit in decre-
to id ſuper quo cauſæ cognitio nõ proceſsit. ¶ Secundò fal
lit dicta regula, in mandato de prouidendo de beneficio cer
ti ualoris, aut ſimili mandato, cuius fines diligẽter ſunt ſer-
uandi, tex. eſt not. in c. Cui de non ſacerdotali. de præbend.
lib. vj. iuncta l. Diligenter. ff manda. Et eſt bonus text. in ca.
Cum in illis. §. Cum autem. de præbẽ. lib. vj. Et ibi hoc not.
Io. and. in nouella, & poſt eũ Dominicus & Philip. Fran.
¶ Tertiò fallit dicta regula in facultate diſpenſandi: nam
licet alicui reperiatur conceſſa facultas diſpenſandi in cer
to caſu: non tamen debet huiuſmodi facultas extendi ad ca
ſum ſimilem uel habentem maiorem rationem, ex quo ma-
teria deuiat à iure communi. Ita not. dicit Federi. de Senis
in conſi. xiiij. incip. Monachus Peruſinus, & Ioan. And. in
regula. Quæ à iure, de reg. iur. lib. vj. in mercuria. argumen
to regulæ in argumentũ. de regu. iur. lib. vj. & l. quod uerò
contra. ff. de legi. ¶ Quartò fallit dicta regula, quãdo ra-
tio (per quã mihi licet quod eſt plus) non concurrit in eo,





quod uidetur eſſe minus. ita dicit glo. ord. ſingu. in ca. fi. ſu-
per uerbo, ad parẽ. de transla. prælat. quam ad hoc ponde-
rat Ludo. de Roma, in conſi. ſuo ccccxxxvj. in fi. quandoq;
enim id quod minus uidetur, eſt in ueritate maius: eo reſpe
ctu, quo ius plus illi reſiſtit ex cauſa: ut declarat gl. ord. no
tab. in clemẽ. ij. ſuper uerbo uidebatur. de reb. eccle. non alie
nan. quas fallẽtias tene menti: quia ſunt pulchræ, & in pra
ctica quotidianæ. ¶ Secundo caſu, quãdo maioritas ratio-
nis ſurgit aliunde, quàm ex ui regulæ cui licet: tunc idem eſt
dicendum, ſicut quando ſolum ſubeſt identitas rationis, &
iſto caſu pro regula tenendum eſt, quòd in legibus corre-
ctorijs non eſt licita extenſio, etiam ex maioritate rationis,
tex. eſt iuncta gl. in d. auct. quas actiones. C. de ſacroſanct.
ecc. & ibi habetur per Bar. Bal. & doct. & eſt bonus tex.
in l. Illam. & ibi hoc not. Bald. Paul. de Caſtro Alexand. de
Imol. & doct. C. de colla. & pro hac regula facit. l. Præci-
pimus. in fi. Et ibi hoc firmat Barto. C. de appella. & l. San
cimus. C. de teſtam. & c. Cum expediat. de elect. lib. vj. cum
utrobique not. per doct. Pro iſto etiam bene facit tex in d.
l. Si uerò. §. De uiro. ſecundum communem intellectum. &
eſt tex. melior de iure, in aucten. de adminiſtrantibus in ſa-
cris palatijs. in fi. colla. iij. & ibi gloſ. expreſſè ad hoc not.
illum text. Iſtud etiam eſt de mente gloſ. ordina. in d. l. Tam
is. §. j. Iſtud etiam firmat Barto. & poſt cum docto. in l. Si
conſtante. in ix. queſtione primæ partis principalis, ubi
multum magiſtraliter loquitur. ff. ſoluto matrimonio. &
Ioannes Andr. in regula odia, de regulis iuris. libro ſexto
in mercuria. Iſtud etiam uult glo. ordin. in cap. Indemnita-
tibus. in §. Cæterum. ſuper uerbo confirmetur: in fine. de
electio. lib. ſexto, & Paulus de Caſtro in l. Neque leges.

ff. de legi. & Salice. in repet. l. ij. C. de noxali actio. Et hinc glo. in l. damni infecti ſtipulatio competit. in §. ſi is qui uicinas. ff. de dam. infec. ponit illud generale, ſi Sceuia poteſt duci ſine correctione ducatur: de quo cõmemorat Pau. de Caſt. in d. l. Præcipimus. & Hoſti. & Io. And. in c. ex parte. de ſponſa. & eſt originaliter uerbũ Horatij, in arte poëtica. Iura enim ſunt iuribus cõcordãda d. c. Cum expediat. & l. Vnica. C. de inoffi. do. & lex noua correctoria in ſuis proprijs terminis eſt ſeruanda, ut dicit glo. ordin. ſingu. in d. aucten. Quas actiones. in uerſi. item an idem in ciuitate. Quam approbat ibi Bar. & communiter doct. Sicut enim per repetitiones, ſubauditiones, aut tacitos intellectus non inducitur correctio legis: ut eſt glo. ordin. ſingu. approbata per doct. in c. Cupiẽtes. in §. Quòd ſi per uiginti. in uerbo petere. de elect. lib. vj. Nec per argumentum à cõtrario ſenſu, vt plenè dixi ſuprà, in loco à contrario ſenſu, ubi recurre. Nec per dictionem taxatiuam tantum, ſolum, uel ſimilem: ut eſt tex. iuncta glo. in l. Ob æs. C. de prædi. minor. & uult Bar. in l. iij. §. cum Titio. ff. de adimen. leg. Et not. per glo. Bal. Salice. Iaſon. & doct. in l. j. C. de bono. poſſeſ. contra tabulas. Et per gl. & Sali. in d. auct. matri. & auiæ. in iiij. colũ. Nec per clauſulam (non obſtante quacunq; alia lege) ut eſt tex. iuncta ſua ſingulari glo. in auct. de hæredit. quæ ab inteſta. deferuntur. in prin. colla. ix. Et dixi in loco præcedenti. Ita etiam non debet induci correctio, uel fieri extenſio in correctorijs ad alium caſum, ex identitate uel maioritate rationis: quia per neutrum horum modorũ poteſt dici expreſſe conſtare de mente diſponentis, quòd uelit corrigere, quod requiritur ut inducatur correctio per ſupra dicta, quod ut melius intelligas, ultra exemplum poſitum per



tum per gloſ. in d. aucten. quas actiones. ſubijcio duo alia quotidiana exempla. ¶ Primum eſt, ſtatuto cauetur quòd extante patruo non ſuccedet mater ab inteſtato, pone modò quòd non extat patruus, ſed amita, quæ eſt in eodẽ gradu cum patruo, an illa excludet matrem? Et dicendum eſt quòd non: quia ſtatutum loquens de patruo, non eſt extendendum hoc caſu ad amitã: quia ex tali extenſione ſequeretur correctio iuris, puta auctẽ. defuncto. C. ad Tertulianũ. ¶ Secundum exemplum eſt, ſtante eodem ſtatuto pone, quòd non extat patruus. ſed extat frater conſanguineus ex latere patris, qui eſt agnatus, & in potiori gradu quàm patruus: quia ipſe frater attinet defuncto in ſecundo gradu, & patruus in tertio de iure ciuili: an talis frater excludet matrem ex forma dicti ſtatuti: & uidetur quòd ſic, ne ſit melioris conditionis patruus, qui eſt frater patris defuncti, quam frater ſuus proprius: contrarium tamen eſt uerũ, quia per identitatem uel maioritatẽ rationis, nõ debet induci legum correctio: ſed ex huiuſmodi extenſione induceretur correctio præall. auct. defuncto. ergo huiuſmodi ſtatutum loquens in patruo, non debet extendi ad fratrem. d. l. Si uerò. §. De uiro. & præall. l. Illam. & ibi hoc expreſſe uult Pau. de Caſt. & doct. Nec obſtat. l. non poſſunt. ff. de legi. ubi habetur, quod leges ex identitate rationis trahuntur in argumentum, & proceditur de ſimilibus ad ſimilia: quia illud eſt uerum, quando per hoc non ueniremus contra aliquã. l. ſcriptã: aliàs ſecus, per ſupradicta: quod tene menti. ¶ Sed iſta regula, ſic declarata, fallit in multis caſibus. Primò enim fallit, qñ ratio eſt ſcripta in lege uel canone corrigente: quia tunc licita eſt extenſio ex identitate uel maioritate rationis. Ita not. uult Bal. in d. aucten. quas actiones. Limitationes præcedentis regulæ.

in ij.col.per l.His ſolis.in illis uerbis,Satis tacitè cautū pu
tamus.C.de reuo.dona.& bene facit.l.Emptor.in fi.ibi.Ea
ratione reddita.ff.de rei uēdi.& l.Fideicō.§. Cū pollidius.
ibi.Idq; ſibi mater ideò placuiſſe teſtamento comprehēdiſ-
ſet.& c.ff.de uſur.& ratio iſtius eſt:quia ubi ratio eſt ex-
preſſa in lege uel canone corrigēte,tūc nō dicitur propriè
extēſio:ſed lex ipſa dicitur loqui.Ratio enim legis & mēs
legis idē eſſe uidētur:nam ex ratione legis colligitur mens.
l.Cum mulier.j.& ibi Raphael Cuma.Ioan.de Imol. Pau.
de Caſt.& doct.no.ff.ſolu.matri. & eſt bonus tex.iunctā
glo.in l.Nominis & rei.§.Verbū ex legib.ff.de uerb.ſign.
Et faciunt not.per Dy.in c.fi.de reg.iur.lib.v.Et quòd lici
ta eſt extēſio in correctorijs,quādo ratio eſt expreſſa in le
ge uel canone corrigēte:tenet etiā Pau.de Ca. in l.Quam-
uis.in fi.C.de fideicom.& idē Pau.de Caſt.in d.§.De uiro.
& eſt glo.ord.ſing.in Clemen.unica,in uerbo eligatur. de
elect.& uult Ioā.de Imo.in præalleg.§. De uiro.in ſecun-
da fallentia.ubi latius de hoc uide per eum:quia multū be-
ne & plenè loquitur.Idem etiam uult do.Panor.in ca.fi.de
reſcrip. & idem Panor.in c.Nihil.de elect. & Iaſon in d.
auct.quas actiones.& idem Iaſon in l.De quibus.in v.col.
ff.de legi.ubi per hoc decidit not.quæſtionem,ad quem re-
curre.& idem uult Alex.de Imo.in conſi.ſuo xvij.iij.uolu.
incipiē. Ponderatis his quæ in themate narrantur, ubi per
hoc ſingu.dicit q c.Cum eſſes.de teſta.quod uenit ad cor-
rectionem iuris ciuilis, requirentis ſeptem teſtes in teſta-
mentis:extenditur ad caſum illum,quando cōditum eſt te-
ſtamentum in terris eccleſiæ, corā quatuor teſtibus abſq;
præſbytero parochiali.ex quo ratio eſt ſcripta in d.c.Cum
eſſes.ſcilicet,quòd in ore duorum uel trium ſtat omne uer-
bum,



bum, quæ ratio ita bene militat in uno caſu ſicut in alio:&
hoc etiā eſt de mente Spec.in tit.de inſtru.edit.in §. Com-
pendioſè.in uerſ.item per ius canonicum,quod eſt ſing.no-
tandum. Et notanter dixi in terris eccleſiæ : quia in terris
imperij ius ciuile manet incorrectum.ut uolunt Ioan.And.
Card. Pet.de Ancha.Ioan.de Imo. & cōmuniter docto.in
d.c.Cum eſſes.ubi omnino uide per Ioā.de Imo.qui cæteris
clarius & perfectius loquitur. debet ergo intelligi regula
antetacta,quòd nō fiat correctio legis à tacita ratione,quæ
colligitur ex uerbis legis nouæ,ſed bene ab expreſſa uel ſcri
pta in lege uel canone,ſecundum Bal.& Pau.de Caſt.in d.
auct.quas actiones.¶ Sed ne erres,pro huius fallentiæ ple
niori notitia ſcias, quòd quando unica tantum ratio poteſt
aſsignari in lege uel canone corrigente, tunc illa habetur
pro expreſſa.gloſ.eſt ſingu.iuncto tex.in d.l. Quamuis.C.
de fideicommiſ.& ibi expreſſe hoc uolunt Bald.& Paulus
de Caſtro,& idem Bal.in l.Maximum uicium.ubi per hoc
decidit quotidianam queſtionem.C.de liberis præterit.&
Paulus de Caſtro in conſil.ſuo cccxxxviij.incipiente Præ-
ſens caſus in antiquis. & idem Paulus in conſilio cccxlix.
incipien. Viſa quadam ſecuritate in antiquis: Et Bald.&
Ioan.de Imol.in l.fin.ff.de hæredib.inſtitu. & pro iſto fa-
cit quod not.gloſ.ordina.ſingul.in l.Tale pactum.§.fin.ff.
de pactis. & hoc caſu etiam licita eſt extenſio ab huiuſ-
modi unica ratione : ut uolunt ſingulariter Paulus de Ca-
ſtro & Raph. Cuman.in dicto.§. De uiro.& Alexand.de
Imol.in conſil.50.ſecundi uolum.incipien. Viſis actis cau-
ſæ.Et idem Alexan.in d.l.Si conſtante:& Iaſon in dicta au
cten.quas actiones: & Paul.de Caſt.in dictis conſilijs: &
Felin.in ca.Translato,circa fi.de conſti.quem omnino uide.
Et

Et dominus Io. Bap. in repet. d. l. Omnes populi, in materia interpretationis extēſiuæ in xvj. fallentia. debet ergo intelligi regula antè tacta, quòd in correctorijs nō licet arguere ab identitate uel maioritate rationis, quādo ratio nō eſt ſcripta in lege uel in canone: ſed plures cōiecturari poſſent ſecus, ſi ratio ſit ſcripta in lege uel canone: uel una tātū cōiecturari poteſt: per ſuprà dicta: quibus cōſonant etiā not. per Cy. poſt Pet. in l. Non dubium. C. de legi. ubi dicit, quòd quando ratio nō eſt expreſſa in lege, debemus cōiecturare per ſimilia rationē naturalem, quæ mouere potuit legiſlatorem. Nam ſine ratione non fuit motus, cū ſine ratione nō ſit lex. c. erit autē lex. iiij. diſt. & ſecundū illā rationē cōiecturatā, poſſumus extēdere & reſtringere legē etiā odioſam, ſecundū eū ibidē: quē refert & ſequitur Panor. in d. c. ad audientiā. de deci. & in d. c. fi. de reſcrip. & in præal. c. Nihil. de elec. Sed hic cadit pulchra dubitatio. Quid ſi una partium dicat, ꝙ nō poſſet aſsignari niſi una ratio, alia autem pars dicit, ꝙ imò poſsint aſsignari plures, quid præſumetur in dubio? & certè in dubio non debet præſumi, quòd unica tantū ratio poſſet reddi, & ſic ſit licita extenſio: imò præſumi debet oppoſitū: ut ſingulariter dicit Sali. in d. l. ij. C. de noxa. actio. ubi ponit hanc materiā extēſionis, & hoc dictum refert & ſequitur Alexā. de Imo. in d. l. ſi cōſtante: & Iaſon in præal. aucten. quas actiones: quod tene menti.

¶ Item ſcias, quòd id quod dixi ſuprà uidelicet, quòd quādo ratio eſt expreſſa in lege uel canone, uel habetur ꝓ expreſſa: ut quia unica tantum aſsignari uel coniecturari poteſt: licita eſt extenſio in correctorijs. Hoc ſanè eſt intelligendum, dummodo lex ſit correctoria tantum, ſecus ſi ſit correctoria, & pœnalis ſimul. nam tunc etiam ſi ratio ſit

ſcripta



ſcripta in lege non eſt licita extenſio, gl. eſt ord. ſing. iuncto tex. in cle. ij. in uerbo, in eiſdē, circa fi. de æta. & qualita. ordinan. quam ad hoc ponderat Lud. de Roma in cōſi. cxxix. incip. Licet magna apud me fuerit dubitatio. Et Alex. in d. l. ſi conſtante, & Dominicus & Philip. Francus in ca. j. de tempo. ordi. lib. vj. & Iaſ. in d. auct. quas actiones. & Ant. de Butr. in d. c. fi. de conſue. in prima fallentia. ¶ Secundò intellige hoc ſanè, niſi lex correctoria loqueretur taxatiuè: quia tunc, quàmuis habeat rationem expreſſam, nō fiet extenſio. Ita not. dicūt Bal. & Iaſ. in d. aucten. quas actiones. poſt Guil. de Cuneo & Cy. in addi. ibidē. Dictio enim taxatiua negationē inducit. Et ergo ubi illa ponitur in lege correctoria uel exorbitante odioſa, nō fit extenſio. Ita not. dicit Philip. Francus in c. Conſtitutionem. de regu. lib. vj. Et multo fortius nō fit extenſio, quādo illa eſt expreſſè prohibita: ut eſt tex. in d. c. Cōſtitutionē. iuncto c. Non ſolū. eo. ti. & lib. cum ibi notatis per gl. & doct. De cuius taxatiuè natura, uide quod dicam infrà in loco à natura dictionum taxatiuarum. ¶ Tertiò intellige hoc ſanè, quando ratio expreſſa in lege uel canone corrigēte eſſet finalis: ſecus ſi eſt impulſiua: ita not. dicit dominus Matthæus de Matheſila. in dicto tractatu ſuo extenſionum: Et dicitur cauſa uel ratio impulſiua, quādo deciſio legis eſt magis generalis quàm ſit ratio: tunc enim, quia ratio generaliter non militat, patet rationem fuiſſe impulſiuam & non finalem, exemplum patet in præal. l. j. §. Sexum. Quando uerò ratio eſt generalior deciſione uel æque generalis, tunc dicitur ratio finalis, & non impulſiua. Ita not. declarat Bald. in l. generaliter. in iij. col. C. de epiſcop. & cleri. & Bart. in extrauag. ad reprimendam, in uerbo, nec ex eorum abſentia: & com

memorat

*memorat* Iaſon *in d.auct.quas actiones: et aliqd de hoc per*
Bar.*in præal.l.ij.§.fi.ff.de dona.* ¶ Quartò *intellige iſtud*
*ſanè, niſi alia ratio non ſcripta in lege uel canone ſuaderet*
*extenſionẽ nõ debere fieri: ex hoc enim deprehẽditur, quòd*
*in caſu non expreſſo, non militat omnino eadẽ ratio, quæ in*
*caſu expreſſo, glo.eſt ſingularis, iuncto tex.in c.*Cõſtitutio.
*de elec.li.vj.* Quã *ſequuntur & approbant ibidẽ* Io.de Imo.
Domini.& Philip.Frã.& *uult Sali.in d.l.ij.C.de nox.act.*
¶ Cõcluſiuè *ergo dico, q. ratio eſt expreſſa in lege quæ eſt*
*correctoria tantum non pœnalis, nec loquens taxatiuè, &*
*quãdo illa ratio eſt finalis, nec reperitur alia ratio nõ ſcri-*
*pta quæ ſuadeat conſtitutionẽ, non intelligi generaliter ut*
*ſonat ratio ſcripta in lege, uel quando unica tantũ ratio cõ-*
*iecturari poteſt: tunc licitè arguitur ab identitate uel maio-*
*ritate rationis, etiã ad correctionẽ alterius legis, aliàs non.*
Et *hæc eſt prima fallentia ad dictam regulam, quàm non*
*inuenies alibi ſic declaratam.* ¶ *Secundò fallit dicta regula*
*quando duo caſus æquiparantur per legem antiquam in*
*omnibus & per omnia in materia de qua agitur, nam tunc*
*lex noua corrigens in uno, intelligitur etiam corrigere in*
*alio.* Exempli *gratia, regula iuris antiqui habet quòd qui*
*non poteſt teſtari, non poteſt codicillari, ut eſt tex. in l. ij.*
*ff.de lega.j.modo per legem nouam, puta, per ſtatutum loci*
*minor xx.annis non poteſt teſtari: ubi tamen per legem an-*
*tiquam maior xiiij. annis potuit teſtari. l.* Qua *ætate. ff.de*
*teſta. Certè hæc lex noua corrigens in teſtamento, cenſebi-*
*tur etiam corrigere in codicillis, & ſic minor xx. annis, in*
*loco ubi uiget dictum ſtatutum, non poterit codicillari. Ita*
*notabiliter dicit* Bar.& *poſt eum alij in d. l.ij. ff.de lega.j.*
& Anto.de But.*in d. c.fi. in iij. fallentia: quod tene menti,*
*pro*



*pro iſto etiam eſt gloſ.iuncto tex. ex qua habes exemplum*
*in d.l.Si quis ſeruo perſuaſerit.& ibi* Bal.& Ange.*not.&*
*bona glo.in l.* Quod *uerò cõtra.in fi.ff.de legi.ſuprà alleg.*
¶ Et *licet dictæ glo.loquantur in exorbitantibus & non in*
*correctorijs: tamẽ quòd idem eſt in correctoris tenet* Bar.
*& doc.in l.*Marcellus.*in princ.ff.ad* Trebel.& *idem* Bar.
Cy.*Salice.& doc.in aucten.ſed cum teſtator.C. ad l. falci-*
*diam.& idem* Bart. *in præall. l. ij.ff.de lega.j. & ibi plenè*
*per* Alexan.de Imo. Nec *mirum, quia hæc eſt interpreta-*
*tio paßiua, quæ fit ui regulæ antiquæ: quæ ſemper eſt lici-*
*ta, ut ſuprà dixi. & uult dominus* Ioan. Bap.*in d.l.*Omnes
*populi.in prima fallentia.&* Anto.de Butrio *in d.c. fin. de*
*conſue.in iij.fallentia.&* Lanfrancus *in repetitione. d. l. Si*
*uerò.§.* De *uiro.& Sali.in d.l.ij.C.de noxa.acti.ubi hoc de-*
*clarat per plura quotidiana exempla, quem omnino uide.*
¶ Tertiò *fallit hæc regula in correlatiuis: quia lex noua*
*corrigẽs in uno, puta, in uxore: extenditur, ut etiã corrigat*
*in alio, & ſic in marito.tex.eſt in l.fi. et ibi hoc notãt* Bar.
Ang.Iaſon *& alij.C.de indic.uidui.&* Bal.& Pau.de Caſ.
*in d.auct.quas actiones.& dominus* Pe.de Anch. *in repeti.*
*c.*Canonũ *ſtatuta. in vj .q.principali de conſti.ubi omnino*
*uide.*Et *dominus* Io.Bap.*in d.l.*Omnes *populi.in ix.fallen-*
*tia.& idẽ uult* Lanfrãc,*in repetitione d.l.Si uerò.§.*De *ui-*
*ro.&* Ant.de But.*in d.c.fi.in ſecũda fallentia.quem omni-*
*no uide.* ¶ Hinc *etiam uidemus, q. lex corrigens in actore,*
*extẽditur: ut etiam corrigat in reo. ut eſt gl.or.in l.*Per *in-*
*teruallum. ff. de iudic.& gloſ. in aucten.qui ſemel, in uer-*
*bo.xxx.dierum. & ibi doct.C.quomodo & quando iudex.*
Quod *intellige uerum, quando eadem eſt ratio in utraque:*
*ut in præall.l.fin.C.de indic.uidui.& ibi* Bart.& *doc.aliâs*
*ſecus:*

*ſecus:ut in l.Curatorem.cum ibi nota. per glo. Cy. & doc. C.de interd.mat.& in l.fi.& ibi Sali.C.de reſcin.uen.quod tene mẽti.De hoc tñ uide latius infrà in loco à correlatiuis.*

*¶ Quartò fallit dicta regula, quando lex noua corrigens reduceret nos ad ius antiquum conſuetum:quia cum res de facili redeat ad naturam ſuã. l.Si unus.§.Pactus ne pereret. ff.de pac.& c.Ab exordio.xxxv.diſt. materia cenſetur fauorabilis,& ſic extenditur quãuis correctoria,glo.eſt ſingu.in c.Statutũ.in uerbo numerandũ.de præbẽ.li. vj. quam ad hoc notat & ponderat Alex.in.d. l. Si conſtante.& Iaſon in d.aucten.quas actiones.& idem Iaſon in d.§. Pactus ne pereret.& uult Anto.de Butr. in c. Olim tibi.de uerbo. ſigni.Illam glo.etiam reputat.ſing. Feli.in c. Cum acceßiſſent.in ij.colũ.de conſti. quod tene menti. ¶ Quintò fallit dicta regula,quando reſultaret abſurdum,niſi in correctorijs fieret extenſio: tunc enim fit extenſio ad uitandum abſurditatẽ.glo.eſt ordi.quæ ſic debet intelligi in cle.fi.de reſcrip.inquantum glo. ibi extendit id quod ibi dicitur de habente literas papæ, ad habentem literas legati. Nam abſurdum eßet dicere,quòd habens literas legati, plus conſequeretur, quàm habens literas papæ in eadem forma cum ecõtrà eſſe debeat.c.Hi qui.& c.Si pluribus.de præbẽ.li.vj. Ita nota.dicit Io. de Imo.in d. §.De uiro. ubi hoc plenè declarat,et uult expreßè Bar.in l.Quæſitũ.ff.de teſti.Quod tene menti.& uide quod dixi ſuprà,in loco ab abſurdo.*

*¶ Sextò fallit dicta regula,ubi agitur de ſalute animæ,nam tunc diſpoſitio correctoria & odioſa,extenditur ex identitate rationis.Iſta eſt theorica Bar.in d.cõſtitutione Sacramenta puberum.circa fi.ſi bene ponderetur.Et uult Philip. Fran.in c.j.de tempo.ordinan.lib.vj. in uerſi. quartò limita.& idem Philip. Fran.in c.Sciant cuncti.de elect. eo. lib. & Alex.de Imo.in l.iiij.§. Cato.in vj.col.ff.de uerb.oblig. ubi allegat pro hoc glo.nota.in l.Omnes. ij. in uerbo apoſtolica.C.de ferijs: quæ uult, quòd feriæ contra ius inductæ in feſtis apoſtolorũ, ex maioritate rationis extẽduntur ad diem beatæ Mariæ uirginis. & idem uult Dominicus in d. c.j.in prima fallentia,& idem Dominicus in c.Pro humani.§.fi.in j.col.de homici.li.vj.& Feli.in d.c. Translato circa.fi.ubi dicit hoc ſeruire ad multa.& dominus Io.Baptiſta in d.l.Omnes populi.in viij. fallentia. & Ludo. de Ro. in repeti.aucten.ſimiliter in xix.ſpeciali piæ cauſæ,in ultimis uoluntatibus.C.ad l.Falci.¶ Hinc etiam uidemus,quòd ubi tractatur de ſalute animæ, fit extenſio iuris pœnalis,ut eſt glo.ord.notabilis in d.c.Sciant cuncti.in fine.& uult Io. Andr.in c.Ex tenore.qui filij ſint legit.quem ſequuntur ibi Panor.& Præpoſi.& idẽ Panor.in c.Quæſiuit. de diuor. & idem Panor.in c.Quintauallis.in xiiij. col.de iureiu.& Dominic.in d.c.Pro humani.§.fi. Quod tene mẽti:quia eſt utile,& quotidianũ. ¶ Septimò fallit dicta regula, quando lex uel cõſtitutio aliâs eſſet eluſoria,& nullũ ſortiretur effectum,ſi non extenderetur: tunc enim etiam ſi ſit correctoria extenditur.Iſtam doctrinam ponit & multùm commendat Iaſon in d.auct.Quas actiones.poſt Io. de Anania, in rubri.de apoſtatis,qui mouetur per duas glo.quarũ prima eſt in cle.j.ſuper uerbo ſepelire,in fi. de ſepul. Secunda eſt in c.Quanquàm.de uſu.lib.vj.in fi.ſed illæ glo.non plus probant quàm quòd cõſtitutio pœnalis extenditur ex identitate uel maioritate rationis: qui non eſt caſus noſter. Ratio tamen dictarum glo. æquè militat in correctorijs ſicut in pœnalibus,& facit c. Si ciuitas in ratione ſui.de ſentent.*

excom.lib.vj.& c.Commiſſa.§.j.de elec.eo.lib.Et iſtud expreſſè firmat Feli.in d.c.Trāslato. circa fin. & ſentit Bar. in d.l.Omnes populi.pe.col.& Lanfranc. in d.§. De uiro. & Philip.Fran.in d.c.j.in xviij.fallentia..quod tene menti. ¶ Octauò fallit dicta regula, quando uerbo constitutionis correctoriæ, ex lata ſignificatione uocabuli trahi poſſunt ad caſum, in quo cōcurrit paritas rationis: nam tunc fit extenſio. Exempli gratia, ſtatutum uel lex noua excludit filiā à ſucceſſione extante filio maſculo contra l. Maximum uicium. C.de libe.præte.talis lex noua correctoria extenditur etiam ad neptem, ut ſic excludatur: in qua eſt maior ratio, & quodammodo filia dici poteſt.l.Filij appellatione.l. Iuſta.et l.Liberorū.ff.de uerb.ſig.Ita ſing.uult Bal.in d.l.Maximū uiciū.& Philip.Fran.in d.c.j.in iij.fallentia.& Bal. Io.de Imo. Pau.de Caſt.& Lanfrā.in d.§.De uiro. & dominus Ioan. Bapti.in d.l.Omnes populi.in vij.fallentia.& Ant. de Butrio in d. c.fi.in j. fallentia. quem omnino uide. ¶ Illud tamen uolo te ſcire quòd in diſpoſitione hominis non fit extenſio ad alium caſum, etiam ſi ſublata ſignificatione comprehendatur: tex.eſt not.in c. ſi de præben. & in c.Cum in illis.eo.ti.li.vj.& in c.Suſceptū.de reſcrip.eo.lib. cum ſimi.& uult expreſſè Io.de Imo.in d.§.De uiro. in fine.ij.fallentiæ.¶ Nonò fallit dicta regula, quādo duo ſe habent adinuicē gradatim, ita quòd unū mēſuratur gradatim ab alio in aliquo accidenti, nā tunc facta mutatione uel correctione in uno, cenſetur etiam facta in alio: Exemplum, Licitum eſt donare certam quantitatem laico ſine inſinuatione. Et licitum eſt dare duplum eccleſiæ ſine inſinuatione, ſi poſteà per legem nouam uel ſtatutum augmentetur quantitas in laico, cenſebitur etiam quantitas ampliata gradatim in eccle



in eccleſia. Ita dicit glo.ord.nota. & poſt eam Guliel. Bar. & Cy.in l.Illud.C.de ſacroſan.ec. & gl.in l.Sācimus.C.de dona. ſequitur Dominicus in d. c.j.& Lanfran.in d. §. De uiro.& Anto.de Butrio in d.c.fi.in vij fallentia. Item aliud exemplum ponitur in.§.Hinc datur intelligi. xxij. diſtinct. ubi habetur, quòd ſi aliqua eccleſia cōſueuit eſſe prima, & per legem nouam alia fiat prima, illa quæ cōſueuit eſſe prima, remanet ſecunda, & illa quæ conſueuit eſſe ſecunda, remanet tertia, & idem dici poteſt quando in aliquo conſilio fit alteratio: ita quòd ubi erat unum caput fiāt duo uel tria capita, ut fieri uidi in cōſilio Hollandiæ: nam ſecundum hoc in ſeſſionibus & alijs alij ſe regulare debent. ¶ Hinc etiam dicit glo.ord. in cle.generaliter.de æta.& qualita.ord.quòd (quia certū tempus determinatū eſt ordini ſubdiaconatus, & certū ordini diaconatus, & certum ordini preſbyteratus) facta īmutatione in uno ex gradibus facta uidetur mutatio & in alijs: qd' tene mēti.¶ Duodecimo fallit dicta regula, quādo duo ſic ſe habēt q unū uenit acceſſoriè ad aliud, uel menſurantur ad inſtar alterius: ut eſt publica honeſtas, quæ ueniebat olim acceſſoriè ad ſecundū & tertium genus affinitatis. ¶ Vnde ſublato hodie ſecundo, & tertio genere affinitatis cēſetur etiā ſublata publica honeſtas, ex hoc deſcēdens tanquā acceſſoria: licet in lege noua correctoria de publica honeſtate non fiat mutatio. ut eſt glo.ordina. & ibi id bene declarat, & multū exclamat Panor.in c.Non debet. de cōſang.& affi.Et uult Domini.in d. c.j.de temp.ord.lib.vj. in v.fallentia.& Philip.Fran.ibidem in ix.fallentia & dominus Io.Bap.in d.l.Omnes populi in xij.fallentia.& Lanfran.in d.§.De uiro.& Ant.de But.in d.c.fi.in v. fallentia. quē omnino u ide: quia ponit plura alia quotidiana exēpla.

¶ Vndecimò fallit dicta regula, quando duo ſic ſe habent quòd unum uenit ad alterum conſecutiuè. tunc enim ſi fiat mutatio uel correctio in uno, hæc alteratio uel mutatio extenditur ad alterum: Ita notab. dicit Dominicus in d. c.j. in iiij. fallẽtia. & dominus Io. Bap. in d.l. Omnes populi. in. x. fallentia. & Lanfran. in d. §. De uiro. & Ant. de But. in d. c. fi. in iiij. fallentia. Hoc etiam nota. uolunt Ant. de But. Panor. & doc. in c. Cum in cũctis. in. §. Cum uerò. de elec. Vbi dicunt, ꝙ ſi electus in epiſcopum obtineat diſpenſationem à papa, quòd nõ teneatur accipere munus cõſecrationis intra annum, ubi de iure cõmuni deberet cõſecrari intra tres menſes. In diſpẽſatione autẽ nihil cauetur de retinẽdis prioribus beneficijs, quæ iure cõmuni uacãt, poſt lapſum dictorum trium menſiũ: ut eſt tex. cum gl. in d. §. Cum uerò. Nihilominus tamen, quia uacatio beneficiorum electi in epiſcopum uenit conſecutiuè ad conſecrationem: diſpenſatio huiuſmodi extenditur, ut impediat etiam uacationẽ beneficiorum: ſiue huiuſmodi diſpẽſatio ſit facta motu proprio, quo caſu non eſt dubium: ſiue etiam ad inſtantiam electi ſecundum eos: quicquid dixerit ibi Io. And. & ratio huius eſt: quia licet diſpenſatio de ſe ſit ſtricti iuris, ut habetur in ca. Quod dilectio. de conſangui. & affi. & in c.j. & ij. de fil. preſby. lib. vj. Tamen ſe extendit ad conſecutiuum illius ſuper quo eſt diſpenſatum: ut eſt glo. ord. ſing. in c. Quia in tantũ. de præbẽ. & ibi eam ualde not. Panor. & Io. de Imo.

¶ Hinc etiã eſt quod licet epiſcopus in ſolennibus diebus, puta in natiuitate Domini, Epihpania, Paſchate & Pentecoſtes, debeat intereſſe diuinis in eccleſia ſua cathedrali: ut eſt text. in c. Si quis in clero. vij. q. j. aliàs punitur, ut ibi: tamen ſi eccleſia uel papa diſpenſauit ſecum, ut poſſet habere plures epiſcopatus: cenſetur etiam diſpenſatum in cõſecutiuis, ut ſcilicet ad id quod dictũ eſt non cogatur, ut eſt glo. ſing. in d. c. Si quis in clero. ſuper uerbo ſolẽnibus, dummodo tamen in altero eorum reſideat: ut ibi dicit. Archi.





¶ Hinc etiam eſt, ꝙ ſi papa diſpenſet cum aliquo, ut poſſet habere & licitè retinere duo beneficia curata (licet nihil dicatur in diſpenſatione de reſidentia) per talem tamen diſpenſationem uidetur cõſecutiuè diſpenſatum, ut non teneatur in utroq; reſidere: ſed reſidendo in altero, uel uiciſſim in ambabus, ſatisfaciet. Ita dicit glo. ord. ſing. in c. Non poteſt. §. Illud. ſuper uerbo retinere, de præbẽ. lib. vj. & ibi latè de hoc per Dominicum, Philip. Fran. & alios, & per Panor. in repet. ca. Extirpandæ. §. Qui uerò. de præbendis. quod tene menti.

¶ Duodecimò fallit dicta regula, quando caſus, qui extenditur, cõprehenditur ſub expreſſo ſecundũ communem uſum loquendi: licet non ex propria ſignificatione uocabuli. Ita notabiliter dicit Ioã. de Imo. in d. §. De uiro. in viij. col. & ſequitur Philip. Fran. in d. c. j. in xiiij. fallentia per id quod legitur & not. in l. Librorũ. §. Quod tamen Caßius. ff. de lega. iij. & in l. Cum delanionis. §. Aſinam. ff. de fundo instruct. & in l. Labeo. ff. de ſupellect. lega. ad quod etiam faciunt not. per Bar. & docto. in d. l. Non dubium. & no. per eundem in d. l. Omnes populi. in penul. colum. & nota. per Paul. de Caſt. in l. Scire leges. ff. de legi. & ea quæ dixi ſuprà, in loco ab opinione uulgi.

¶ Decimotertiò fallit dicta regula quando per eandem legem uel aliam, declaratur aliquid, exempli gratia fuiſſe dictum. Exempla enim non reſtringunt diſpoſitionem. l. j. §. Quod uulgo. ff. de ui & ui arma. & l. Damni infecti ſtipulatio pertinet. ff. de dam. infect. & bene facit quod not.

in l.j.ff.uti poſsi. Ita not. dicit Ioã. de Imol. in d.§. De uiro, circa. viij. col. & ſequitur Philip. Fran. in d.c.j. in xvij. fallentia, pro quo ultra prædicta bene facit id, quod not. gloſ. ordi. ſing. in cle.j. ſuper uerbo, præſidentes. in fi. de reſcrip. commendata ibidem per Ant. de But. Card. & Ioã. de Imola: quæ glo. ſing. uult q; dictum in uno, etiam in conſtitutione pœnali, non uidetur in alio negatum, quãdo ratione frequentioris uſus, id quod eſt dictũ, fuit expreſſum: non autẽ ut notaretur aliud diuerſum in expreſſo ad tacitũ. quod tene perpetuò menti: quia ſeruit ad multa, & tantũ de primo caſu principali, qui fuit de extẽſione fiẽda in correctorijs.

SEcundo caſu principali. Quando agitur de extenſione fienda in exorbitantibus, prima facie uidetur, quòd non eſt licita extenſio per text. d.§. de uiro, ubi prouiſio legis contra ius cõmune non extenditur ultra illud quod exprimitur in ea, licet eadem ſit ratio. & probatur in l.j.ff. de conſti. princ. & in §. Planè. Inſti. de iure natura. gen. & ciuili. & in l.iij. in fi. C. de legi. & in ca. Sanè. de priuil. cum ſimil. In contrarium autem uidetur text. cum glo. in præal. l. Si conſtante. in prin. & eſt tex. multũ ſtringens, quẽ ibi ad hoc ponderat & ualde exclamat Panor. in ca. Cum dilecta. de confir. uti uel inuti. ¶ Vnde pro concordia conclude, q; in caſibus in quibus dixi ſuprà fieri poſſe extenſionem in correctorijs, multo fortius poterit fieri extenſio in iſtis exorbitantibus, hoc eſt in fallentijs regularum, aut in legibus declaratiuis ſeu diſtinctiuis? cum magis ſit prohibita extenſio in correctorijs, quàm in aliquo alio caſu. ut patet ex his quæ habentur in d. auct. quas actiones, & in d. l. Præcipimus. cum alijs iuribus ſuprà alleg.

¶ In alijs uerò caſibus conclude, quòd aut agitur de extenſione

ſione



ſione fienda ex maioritate rationis, aut de extenſione fienda ex identitate rationis. ¶ Primo caſu aut maioritas rationis ſurgit ex ui dictæ regulæ (Cui licet) de reg. iur. lib. vj. & l. Non debet cui. ff. eo. ti. Et hæc in effectu eſt extenſio paſsiua, & per conſequens permiſſa. ut eſt tex. cum ſua no. gl. in l.ij. C. de patri. qui filios diſtr. quæ uult quòd ſicut pater poteſt uendere filium ſuum propter neceſsitatẽ famis: ita etiam poteſt eum obligare: cum plus ſit uendere, quàm obligare: & ſic cum liceat uendere licebit etiam obligare: pro hoc etiam facit text. not. cum ibi not. per Bart. in d. l. Nec in ea. §. Ius occidendi. & not. per Cy. in d.l.j. ad finem. C. quæ ſit longa conſuetudo. ubi habetur, quòd ſi ſtatutum permittit impunè bannitum occidi poterit etiam uulnerari impunè: licet ſtatutum hoc non dicat, cum plus ſit occidere quàm uulnerare, quod tene menti. & uide pro limitatione dictæ regulæ (Cui licet) quod dixi ſuprà in mẽbro præcedenti. ¶ Si autem maioritas rationis ſurgit ex alio, quàm ex ui dictæ regulæ (Cui licet) tunc non uidetur permiſſa extenſio: unde ſi ſtatutum pro homicidio imponant pœnam pecuniariam, ubi tamen de iure eſt imponẽda pœna perſonalis ſeu corporalis, propterea non erit dicendum, quòd idem erit in alio crimine minori: licet maior ratio uideatur minorandi pœnam in minori delicto. Ita notabiliter dicit Cyn. poſt Nico. Matarelli, in præall. l.j. circa finem. C. quæ ſit long. conſue. & ſequitur Ioan. de Imola in præalle. §. De uiro. ¶ Secundo caſu, quando quæritur an fiat extenſio ex idẽtitate rationis, ſubdiſtingue. nam aut agitur de extenſione fienda inter eaſdem perſonas ad alium caſum ſimilẽ, aut agitur de extenſione fienda ad alias perſonas. ¶ Primo caſu poteſt fieri extẽſio, ſi diſpoſitio in ſe eſt



fauorabilis

*fauorabilis ex humanitate inducta.tex.eſt no.cum ſua glo.
in l.Vnica.C.de his qui ante aper.tab. ubi patet quòd licet
exorbitans ſit hæreditatem non aditam tranſmitti, & licet
ſpecialiter ibidem diſponatur, q; hæreditas aſcendentiũ de=
lata ex teſtamento tranſmittitur ad deſcẽdentes, licet nõ ſit
adita, tamen hoc extenditur etiam ad hæreditatẽ aſcenden=
tium delatã ab inteſtato: qd' procedit, etiã ſi promptior ſit
ratio in caſu expreſſo, quàm in alio.ut patet in d.l. Vnica.
quia promptior eſt ratio in tranſmiſsione ſucceſsionis ex
teſtamento, quæ fit ex uoluntate expreſſa, quàm in illa quæ
fit ab inteſtato, & ex uoluntate tacita.l.Conficiuntur.ff.de
iure codicil.Et, quod fortius eſt, iſtud procedit etiam ſi in
diſpoſitione fauorabili ſit dictio taxatiua.nam illa non ob=
ſtante, adhuc extenditur ad alium caſum ex identitate ra=
tionis.ut eſt glo.ſing.iuncto tex.in l.fi.ſuper uerbo, uolue=
rint.C. de reuocã.dona. & ibi Cy.& Sali.hoc not.& ha=
betur per glo.& doct.in l.Illud.C.de ſacroſan.ecc.& per
Bar.in præal.l.Si cõſtante.in ix.q.primæ partis principa=
lis.& per eundem Bart.in l. Serui nomine.ff.de uſucap.&
per Pau.de Caſt.in d.l.Neq; leges.& per Bald.in l.fi.C.de
interdic.matri. ¶ Dictio enim taxatiua poſita in aliqua di
ſpoſitiõe fauorabili, uidetur tantũ excludere caſus habẽtes
diſsimilitudinẽ rationis, ut habetur & no.in dictis iuribus.
Secus autẽ eſt quando diſpoſitio continet quid ualde odio=
ſum.tunc enim nõ fiet extenſio ad aliũ caſum ex identitate
rationis, ſi in ea habeatur dictio taxatiua.ut eſt tex.iuncta
ſua not.gl.in d.l.ij.C.de patri.qui fil.diſtrax.quæ uult quòd
licet pater poſſet filium ſuũ uendere propter neceſsitatem
famis, nõ tamen poterit filium uendere propter aliam cau=
ſam: & hoc facit dictio taxatiua prohibens extenſionẽ, po*





*ſita in d.l.ij.ibi.In hoc tantummodo caſu &c.Alias autem
fieret extenſio, etiam conſtitutionis odioſæ ex idẽtitate ra
tionis, iuxta not.per Dy.in regula.In argumentũ.de regu.
iur.lib.vj.& per Bar.in d.l.Serui nomine, & per eundẽ in
d.l. Si conſtante.in ix.q.primæ partis princ.& per Iaco.
de bellouiſu, in præalle.l.fi.C.de interdic.matri. & ibi ha=
betur pulchrè per Bal.in lectura noua.quem omnino uide:
quia ultra premiſſa tangit tertiũ membrum, uidelicet, quã=
do lex continet fauorem & odium ſimul.& diſtinguit poſt
Iac.de Bellouiſu, ut ibi pulchrè per eũ: & per Philip.Frã.
in d.c.Conſtitutionem.de regu.lib.vj.& idẽ uult Panor.in
d.c.Cum dilecta. de cõfir.uti.uel inuti.Præmiſſa tamen in=
tellige ſanè, niſi extenſio fiat per aliam legem: quia illa ſem
per fieri poteſt, etiã ſi in lege, de cuius interpretatione ſeu
intellectu dubitatur, eſſet dictio taxatiua: quia per eam nõ
cenſetur inducta correctio alterius legis. ut probatur in
d.l.Ob æs.cum ſua no.glo.C. de prædi.mino.& in l.Ita no=
bis pudor cũ ibi not.per glo.Cyn.& doct.C.ad l.Iuliam de
adul.& uoluit Bar.in præal.l.Serui nomine.& idem Bart.
in d.l. Si cõſtante.in ix.q.primæ partis principalis ubi ma
giſtraliter loquitur. quem omnino uide. & idem Barto.in
l.j.§. Et parui.ff. quod ui aut clam.& idem Bart.in d.l.iij.
§.Cum Titio.ff.de adimen.lega.& Alexã.de Imol.in d.l.Si
conſtante.Natura enim dictionis taxatiuæ eſt, ſic exclude=
re penitus extranea, quòd cuncta pertinẽtia ad rem inclu=
dat.ut eſt text.ſing.in cle.exiui de paradiſo.§.Cum autem.
de uerbo.ſigni. ¶ Hinc eſt quòd ſimilia, æquipollentia, uel
expreſſè alibi permiſſa, non excludit. de quo uide quod di=
cam latius infrà in loco à natura dictionũ taxatiuarum. Si
uerò agitur de extẽſione fienda ad alias perſonas: tunc fac*

regulam, & dic quòd regulariter non debet fieri extenſio: regula. Quæ à iure, cum ſua ſingulari gl. de reg. iur. lib. vj. & c. Nō ſolū. & c. Cōſtitutionē. de reg. eo. li. ſuprà alleg. et clem. dudū. de ſepul. & præal. l. fi. C. de interdi. matrimo. & d. §. De uiro. cum utrobiq; notatis per glo. & doct. & præcipuè per Philip. Franc. in d. c. Conſtitutionem. ¶ Sed iſta regula fallit in tribus caſibus. Primo quādo agitur de extenſione fienda ad aliam perſonam, quæ ſecundum latam ſignificationem poteſt comprehēdi ſub expreſſa. hoc probatur in l. Senatuſconſulto. ff. de ritu nupt. & in l. Filiū habeo. ff. ad Maced. iuncta d. l. Liberorū. §. Sed & papirius. ff. de uerbo. ſign. & faciunt no. per Cyn. in d. l. j. circa fi. C. quæ ſit longa conſue. quem ſequuntur Bal. & Pau. de Caſt. in d. l. Maximū uicium. & idem Bal. Pau. de Caſt. & Io. de Imo. in d. §. De uiro. & Bar. in d. l. Liberorum. & Dominicus & Philip. Franc. in d. c. j. de temp. ordi. lib. vj. ubi per hoc decidunt illam pulchram & quotidianam quæſtionē. Statutū excludit filiā à ſucceßione paterna extante filio, an extendatur ad neptem: ut ſic illa excludatur extante filio: & decidunt q ſic, quia in ea eſt maior ratio: & quodāmodo filia dici poteſt: quod tene menti. ¶ Hinc etiā eſt quòd iura loquentia de militibus armatæ militiæ habent etiā locum in clerico, qui eſt miles cœleſtis militiæ, & in aduocato, qui eſt miles iuſtitiæ: ut uult glo. ſingu. & ibi Bart. in l. Miles. in prin. ff. de re iudica. & do. Ioan. de Imo. in præal. §. De uiro. & dixi latè ſuprà in loco à milite armatæ militiæ ad militem cœleſtis militiæ, ubi recurre. Et eadem ratione uidetur, quòd debeat fieri extenſio de una perſona ad aliam, quæ ſecundū iuris interpretationē reputatur eadem cū expreſſa. ut eſt bonus tex. in l. Libertū. §. j. ff. de rit. nup.

Hæc



¶ Hæc tamen fallentia debet ſanè intelligi, dummodo ſubſit eadem ratio, ut in exēplis præmißis, aliâs ſecus, per glo. not. in d. cle. ij. in uerbo, in eiſdem. de æta. & qualita. ordi. ¶ Item debet intelligi, niſi diſpoſitio ſit ualde odioſa, quia tunc nō fit extenſio aliquo modo. tex. eſt not. in l. patri. ff. de adul. & idem ſi modicū generetur præiudiciū, caſu quo non fiat extēſio, quia tunc etiam non fiet extēſio, ut eſt bonus text. in l. Sed & milites. §. j. ff. de excuſa. tut. iuncto eo quod no. Bar. in præalleg. l. Liberorū. ¶ Secundò dicta regula fallit, quādo ſumus in fauorabilibus: quibus iura fauēt propter publicā utilitatē uel piam cauſam aut ſimilē, nam tunc poteſt fieri extēſio. ut eſt tex. iuncta ſua not. gl. in d. l. illud. in uerbo alia cauſa. C. de ſacroſan. eccle. & tex. in l. fi. iuncta ſua notabili glo. in uerbo captiuorum, illo co. tit. & bonus tex. iuncta ſua notabili glo. in d. l. Si cōſtante. in prin. & tex. iuncta gl. in l. ij. §. Quòd ſi in patris. ſuper uerbo ſui iuris. ff. ſolu. matri. & bonus tex. iuncta glo. in præal. l. Miles. in prin. Et hoc potißimum, quando non reperitur expreſſè regula in contrarium tradita, ſecundū Bart. & Ioā. de Imo. in l. ij. in princ. in pen. col. ff. de uulga. & pupil. & idem uult Ioā. de Imo. in præal. §. De uiro. ¶ Hinc eſt quòd bona eſt argumētatio à libertate ad piam cauſam: ita quòd diſpoſitum in libertate trahitur & extenditur ad piam cauſam. ut dicunt Barto. & Ioan. de Imo. in l. Proximè, in fine. ff. de his quæ in teſtamen. delen. Et ab alimentis ad dotem, ita quòd diſpoſitum in alimentis trahitur & extenditur ad cauſam dotis. ut dicit Bar. in l. Cum de in rem uerſo. in princi. ff. de uſur. Et à minore ad eccleſiam, ita quòd diſpoſitum in minore trahitur ad eccleſiam: ut eſt glo. ordin. not. in §. Item mixta. Inſti. de actio. & bona gl. in l. iij. C. quando ex

facto

facto tuto. Et à minoribus ad furioſos, ita quòd ea quæ diſponuntur in minoribus, trahuntur & extenduntur ad furioſos. Ita dicit glo.ord.ſing.in l.ij.C.de cura.furio.& uult Io.de Imo.in d.§. De uiro.dē quo uide latius ſuprà, in loco à libertate ad piam cauſam, cū pluribus ſequentibus.& per Lud.de Ro.in ſua aurea repe.auct.ſimiliter.C.ad l.falcidiā.

¶ Tertiò fallit dicta regula quando aliqua ſunt communiter à iure æquiparata ſeu parificata: nam tunc ſtatutum in uno extenditur ad aliud, glo. eſt nota.in c. Si poſtquam.ſuper uerbo prouiſio.de elec.li.vj.& gl.notabilis iuncto tex. in præal.l.Si quis ſeruo perſuaſerit iuncta d.l. Vt tantum. & bona glo.in d.l.Quod uerò cōtra.Secus ſi ſolū reperiātur parificata in certis caſibus,& non communiter: ſicut ſunt mendicantes, qui à iure parificantur, quo ad recipiendum profeßionē.d.c.Conſtitutionē.& nō quo ad cle.dudū de ſepul.ergo dicta cle.dudū.loquēs de fratribus minoribus & prædicatoribus, non eſt extendēda ad carmelitas uel auguſtinēſes, ut uult gl.in d.regula quæ à iure.& in d.c.Cōſtitutionem.& dominus Ioā. Bap.in d.l.Omnes populi. in x.fallentia. ¶ Hodie tamen d.cle.dudum, eſt prorogata & extenſa per Clementem quintū ad heremitas ſancti Augu. & per Io.xxij.ad Carmelitas ſecundum Io. An.in præal.c. Conſtitutionē. in nouella. Intellige tamen hanc fallentiā ſanè, quando utrobiq; eſſet eadē ratio, aliâs ſecus eſſet, ut uult gl.nota.in c.j.in uerbo Declaramus, ne cleri.uel monachi. li.vj.& glo.in.c.Præſenti.de ſen.excō.eo.li.quas gl. ad hoc ponderat Philip.Frā.in d.c.Conſtitutionē.& in præal.c.j. de temp.ordi.lib.vj. quas fallētias cum ſuis declarationibus tene perpetuò menti: quia ſeruiunt ad infinita: & de eis, ſi libet, uide latius per Io.de Imo.in præal. §.De uiro.& per

Ludo.



Ludo.de Roma in repet.d.aucten.ſimiliter.& per dominū Matthæum de Matheſil.in ſuo aureo tractatu extēſionum & plenè per dominum Alexan.de Imo.in l.Centurio. poſt prin.ff.de uulga.& pup. ¶ Nec præmiſsis obſtat, ſi dicatur, quòd nunquam licita eſſe poteſt extenſio in exorbitantibus uel fallētijs regularū, quia exceptio firmat regulam. l.Nam quod liquidè.§.fi.ff.de pe.leg.& l. Quæſitū.§.Deniq;.in fi.ff.de fund.inſtruc.cum ſimil.ergo extra caſus exceptos ſtandū eſt regulæ,& non debet fieri extenſio fallētiarum ex identitate rationis, quia dico quòd dicta theorica exceptio, firmat regulā in caſibus nō exceptis, procedit niſi caſus non excepti ſint ſimiles exceptis, ut eſt pulcher tex. in d.c.Cum dilecta. & ibi hoc notat Panor. & faciūt not. per glo.Io.An.in d.c.Si poſtquā.in final. uerbis in nouella: circa quod uide,& hic repete quæ dixi latius ſuprà in loco ab exceptione ad regulam, & quod dicam in membro ſequēti,& infrà in loco à ſpeciali. ubi recurre. ¶ Vnum tamen uolo te non ignorare, uidelicet, quòd quando in una lege pluries exprimitur & repetitur idē uerbū: tunc de mente legis exorbitantis uel pœnalis eſt quòd non fiat extenſio legis ad alium caſum, quàm ad nominatum in lege: licet materia, de ſui natura eſſet proportionabilis alijs: quia repetitio facit q, hoc cenſeatur ſeriosè ſic expreſſum. de hoc eſt gloſ.ordi.ſing.in cle.j.ſuper uerbo Diœceſanis de iure pat. quā refert & ſequitur Dominicus in c. Duobus.ſuper glo. in uerbo, primo præſentauerit, de reſcri.lib. vj. ubi per hoc dicit ſe conſuluiſſe cōtra dominos de Rota in una ardua & quotidianißima quæſtione, ad quem te remitto: & cum eo tranſit ibi Philip. Franc. quod tene menti, & uide omnino quod dicā infrà in loco à locutionis geminatione. Et tantum

de ſe

*de ſecundo caſu principali qui fuit de extenſione fienda in exorbitantibus.*

*TErtio caſu principali quando quæritur de extenſione fiēda in pœnalibus:licet prima facie uideatur extēſionē non fiendā per regulā in pœnis: & regulā odia,de reg. iuris lib.vj.cum alijs iuribus infrà allegādis.* In contrarium *tamen uidetur text. in c.j.§.Sed quia natura.in ti.quæ fuit prima cauſa beneſi.amitten.in uſi.feudo.& pro hoc allègatur glo.ſingularis in c.j.ſuper uerbo,*Italiæ.*circa principium.de tempo.ordi.li.vj.quæ uidetur uelle,quòd quando eadem eſt ratio & penitus omnimoda ſimilitudo, quòd tunc licita eſt extenſio in pœnalibus,nec dicitur tunc propriè extēſio uel ampliatio,ſed potius incluſio propter idētitatē rationis.ut dicit illa gl.ſingu.* ¶ Vnde *pro cōcordia multorū iurium & gloſſarū,quæ uidentur cōtrariari,dicas cōcluſiuè excludēdo primo caſus indubitabiles, ꝙ in omnibus caſibus)in quibus ſuprà dixi fieri extenſionē in correctorijs)etiā licita eſt extēſio in pœnalibus:cū magis ſtrictè ſit procedendū in correctorijs (ut ſuprà dixi,quàm in pœnalibus.In alijs autē diſtingue,ꝙ aut agitur de pœna euitanda:aut de pœna ex extēſione incurrenda.* ¶ Primo *caſu fieri poteſt extēſio ſaltē ut iam factū excuſetur à pœna,licet ante factū tutius fuiſſet abſtinere,per id quod not.ſing.* Io. And.*in c.*Nihil.*de elec.ſuper gl.licet fines.& faciūt no.per eundē in ca.ſignificauit,ſuper j.gl.de de* Iudæis. *& no.per eundē in.c.ſtatutū.ſuper gl.j.de ele.li.vj.in nouel.et no.per gl.ord.in cle.j.ſuper uerbo,preſbyteri.de priuil.Sæpe enim ante factū aliqd cōſulimus cōtrariū,cuius poſt factū tenemus ſecundū* Io.And.Panor.*& doc.in d.c.*Nihil.Et *eadē ratione dico,ꝙ licita eſt extēſio ad euitādum pœnā qn̄ illud,*

*ad quod*



*ad quod ſit extenſio,ſurrogatur loco illius de quo loquitur diſpoſitio.*Et *hinc eſt, quòd diſpoſitio loquens de officiali epiſcopi:permittēs quòd non obſtante prohibitione.c.Statutum,in prin. de reſcrip.lib.vj.ei poſſet delegari cauſa à ſede apoſtolica:ut cle.ij.de reſcrip.locum etiā habet in officiali capituli ſede uacante,& ad eum extenditur:quia ſede uacante capitulum ſurrogatur loco epiſcopi.ita nota.dicit glo.ordi.ſing.in præal.cle.ij.ſuper uerbo* Epiſcopi, *quā ſequitur ibi* Card.*& doc.& uolunt* Domini.*&* Phil. Fran. *in d.c.j.de temp.ord.li.vj.& dominus* Io.Bap. *in repet.d.l.* Omnes *populi.&* Ant.*de* Bu.*in d.c.ſi.in xj.fallentia:quod tene menti:quia per hanc extenſionē,euitatur nullitas proceſſus inducta per d.c.Statutum.in princ.iuncto fine.*

¶ *Secundo caſu quando agitur de pœna incurrenda ex extenſione, tunc ſubdiſtingue: quia aut uerba ſunt ambigua & dubia, & poſſunt ſe habere ad caſum de quo quæritur, & etiam ad alium,propter diuerſam punctuationē uel ſimilē cauſam:aut ſunt certa & clara.* ¶ Primo *caſu ex idētitate rationis ſit extenſio,ita & taliter quòd lex uel canon intelligitur generaliter in utroq; caſu,tex.eſt nota.cum ſua ſingulari gl.in d.c.j.in uerbo* Clericū.*de tēpo. ord.li.vj. & ibi hoc uult expreßè* Dominicus.Hoc *tn̄ intelligo eſſe uerū ſi ſit eadem ratio,& non ſubſit cauſa reſtringēdi:aliàs ſecus:ut eſt bonus tex.in c.Si cōpromiſſarius.in.§.reſtringitur.de elec.li.vj.iuncto.c.Cū in cunctis.de elec.* Verba *enim diſpoſitionis pœnalis non debent ita largè ſumi, ſicut poſſent, ſecundum latā ſignificationem uerborum: ſed debent reſtringi, ex quo ſubeſt aliqua ratio ſeu æquitas reſtrigēdi ut probatur in dictis iuribus ſimul iūctis.& uoluit ſing.*Io. And.*in d.regula* Odio.*de regu.iu.li.vj.in mercuri. quē re=*

*fert*

fert et ſequitur Panor.in d.c.Cũ in cũctis.in.§.Clerici ſanè. ¶ Circa quod ſcias,ꝙ quãdo lex poteſt dupliciter punctuari:& uno modo punctuata decidit caſum dubiũ: Alio autẽ modo punctuata,non decidit caſum dubium, ſemper eſt ita punctuanda,ut decidat caſum dubiũ,ar.l.Quod labeo.ff.de carbo.edic.& l.j.ff.ad municipa.Ita nota.dicit dominus Io. Baptiſta in repet.d.l.Omnes populi,& Lud.de Ro.in ſuis ſingularibus,ſing.dccxlviij.incip. Dicit ſtatutum. & idem Ludo.in conſilio ſuo.cccccix.& eſt de mente glo. in d. c.j. in uerbo Clericũ,ſi bene ponderetur,quam Ludo.ibi ſuprà reputat ſingularẽ. ¶ Secundo caſu,quando uerba ſunt certa & clara,tunc aut quæritur an fiat extenſio ex maioritate rationis,aut ex identitate. ¶ Primo caſu aut maioritas rationis.ſurgit ex ui regulæ Cui licet,de regu. iu. lib.vj. & tunc fieri poteſt extenſio. quia illa potius uidetur extenſio paſſiua,quæ fit per aliam legẽ, & ſemper eſt licita, ut dixi ſuprà in alijs duobus principalibus mẽbris.Ad quod faciũt nota. per Cyn.in præalleg.l.j.C. quæ ſit longa conſuetu.& nota.per Bar.in præal.l.Nec in ea.§.Ius occidẽdi.& nota. per eundem in l. Relegatorum. in. §. Interdicere. & in. §. ſeq.ff. de interdic.& relega. Aut maioritas rationis ſurgit alio reſpectu, & tunc dic ut dicam in caſu ſequenti, quando agitur de extenſione fienda in pœnalibus ex identitate rationis:quo caſu conclude, quòd aut diſpoſitio eſt pœnalis ſolùm reſpectu nullitatis actus, & non poterit fieri extenſio, ut pœna locum habeat: licet bene fiat extenſio ut diſpoſitio locũ habeat.ita ſingulariter dicit Ioã.An.in c.Diſpẽdia.de reſcrip. li.vj.in nouella,ubi dicit illũ text.qui loquitur in actionibus perſonalibus, non procedere in actionibus realibus, quatenus agitur de pœna nullitatis actus:

& hoc



& hoc dictum reputat ſingulare in materia extẽſionis Panor.in præall. c. fi.de reſcrip.quod tene menti,quia ex hoc habes, quòd diſpoſitio pœnalis debet extendi ex identitate rationis reſpectu ſtatuti,hoc eſt, ut obſeruetur ipſum ſtatutum ſeu diſpoſitio in caſu,ad quem facta eſt extenſio,ſed non quo ad pœnam: hoc eſt ſi de facto diſpoſitio non fuit obſeruata,nõ incurretur pœna:et hoc dictũ ſequitur etiam Io.de Imo.in d.l.Si uerò.§.De uiro.& eſt ipſa ueritas.licet aliud uoluerit Philip.Fran.& meo iudicio non bene in d.c. j.in xxj.fallentia. & ratio iſtius eſt,quia non poteſt negari, quin conſtitutio tunc ſit exorbitans, quatenus ipſo iure annullat actum,ubi aliàs regulariter non annullatur:& ergo nimirum ſi non fiat extẽſio,quo ad pœnam nullitatis actus,per ea quæ ſuprà dixi in materia extenſionis fiendæ in exorbitantibus. ¶ Iſtud tamen limito ſingulariter uerum, niſi uerba cõſtitutionis pœnalis ex lata ſignificatione uocabuli trahi poſſent ad caſum, in quo concurrit paras rationis:nam tunc fit extenſio conſtitutionis pœnalis,etiam quo ad pœnam nullitatis actus.glo.eſt de hoc ſingularis in c. fi. ſuper uerbo Electione,circa finem,de elec.li.vj. quæ extendit illum tex.pœnalẽ loquentẽ de electione ad præſentationem. Nam ſublata ſignificatione electionis continetur etiã præſentatio, cum præſentans ſatis dicatur eligere eum quẽ præſentat: ut in c.Querelã.de elect.& bene faciũt ea quæ dixi ſuprà in alijs præcedentibus membris:& ſic debẽt cõcordari illa duo dicta Ioan. An. quæ prima facie uidentur contraria. ¶ Circa iſtud tamen uolo te ſcire, quòd pœna nullitatis actus,non eſt propriè pœna cum non ſit diminutio patrimonij uel iuris iam quæſiti,ita notabiliter dicit Io. Andr.in d.c.fi.de elect.lib.vj. in nouel. ſuper dicta gloſ. &

t idem

idẽ Ioan. An. in d. reg. Odia. de reg. iu lib. vj. in mercuria. &
hoc etiam ſentit gl. ord. ſing. in c. ij. ſuper uerbo, diſpendijs.
de conſti. Et hinc eſt ꝙ iura dicentia, quòd cõſtitutio pœna
lis nõ liget probabiliter ignorãtes. d. c. ij. procedũt in pœna
extrinſeca , ſecus in pœna nullitatis actus: ita notab. dicit
Pau. de Liaza. in proœmio cle. in uerbo De cætero: & eſt
gl. ord. ſing. in cle. ij. in uerbo Ex tũc. in fi. de hæreti. In cõ=
tratriũ tamẽ, quod ſcilicet retractatio uel annullatio actus
ſit pœna: eſt gl. ord. ſing. in c. decet, ſuper uerbo Proceſſus,
de immunita. eccl. li. vj. Sed dictas duas glo. concorda, prout
eas cõcordat Panor. ĩ præal. c. ij. in j. col. poſt Bal. in l. nõ du
biũ. C. de legi. ad quos breuitatis gratia te remitto. ¶ Aut
agitur de alia pœna, & tũc ſubdiſtingue, aut eſt pœna non
mera, ſicut eſt pœna expenſarũ: quæ eſt pœna reſpectu ſol
uentis, nõ autẽ reſpectu recipiẽtis: aut eſt mera pœna, etiã
reſpectu recipiẽtis. ¶ Primo caſu poteſt fieri extenſio ex
identitate rationis. pro hoc adduco glo. ord. in cle. j. ſuper
uerbo Præſidẽtes, circa fi. de reſcrip. & uult Phi. Frã. in d.
c. j. in xxj. fallẽ. quod maximè procedit, q̃n caſus expreſſus,
ideò fuit expreſſus, quia ſic cõmuniter cõtingebat: ut patet
ex d. glo. in uerbo Præſidentes, in fi. quæ uulgariter allega=
tur pro ſingulari, ad hoc, quòd q̃n lex loquitur in aliquo ca
ſu rõne frequẽtioris uſus, quia magis frequẽter ſolitũ eſt ita
fieri: tũc per hoc lex nõ negat, quin idẽ ſit ĩ alio caſu omiſ=
ſo habẽte eãdẽ rationẽ, & ita eam ponderat ibi Ant. de Bu.
Cardi. Io. de Imo. Cenſetur enim tunc talis caſus expreſſus
gratia exempli ſecundum Cardi. & alios ibidem, & hanc
theoricam firmat etiam Iaſon in auctent. ex teſtamento. in
viij. colum. C. de colla. ubi allegat alias glo. iuris ciuilis con=
cordantes, quem omnino uide. ¶ Secundo caſu quando agi=
tur



tur de mera pœna, ut quia eſt pœna, etiam reſpectu reci=
pientis: tunc fac regulam, quòd conſtitutio pœnalis non
extenditur ad alium caſum, etiam ſi ſit eadẽ ratio & omni=
moda ſimilitudo, nec etiam ex maioritate rationis: quando
maioritas rationis non ſurgit ex ui dictæ regulæ, Cui li=
cet. per ea quæ no. Cy. in d. l. j. circa fi. C. quæ ſit longa con=
ſue. & per ea quæ not. Io. And. in d. regu. Odia. maximè in
prima ratione primæ partis, iuncta ſolutiõe quæſtionis, &
bene facit tex. in præal. regula. In pœnis. et quod habetur in
d. regula Odia. & in l. Cũ quidã. ff. de lib. & poſthu. & in
l. Si præſes. & in l. Si de interpretatiõe. ff. de pœn. & de pœ
nitẽ. diſt. j. §. pœnæ. & quod no. glo. in præal. §. Item mixta.
Inſti. de actio. & quod habetur in c. Statutum. de elect. lib.
vj. & in c. j. ne cleri. uel monachi, eo lib. & in clemen. j. de
rebus eccle. non alienan. bene facit etiam l. fina. C. de inter=
dic. matri. & uulgata gl. in d. c. j. in uerbo Italiæ. de tempo.
ordinan. lib. vj. licet gloſ. illa conuenit per aliquos allegari
ad oppoſitum, dicentes illam gloſ. uelle, quòd ubi eſt eadem
ratio & omnimoda ſimilitudo, quòd tunc fieri poſſet ex=
tenſio, etiam in pœnalibus, ut ſuprà dixi, ſed illa gloſ. licet
hoc dicat arguendo, finaliter tamen ibi decidit oppoſitum,
& ita etiã ſentit ibi Io. And. ſuper. d. glo. in nouella. & hãc
regulam firmãt ibi Domi. Philip. Fran. & alij. ¶ Hæc re=
gula tamẽ fallit in pluribus caſibus. Primo enim fallit quan
do extẽſio nõ fit ad alias perſonas: ſed ad aliũ caſum omni=
no ſimilem, & in quo eſt eadẽ ratio uel maior, inter eaſdẽ
tamen perſonas, glo. eſt de hoc ſing. in cle. ij. in uerbo Li=
neum, de uita & honeſta. cleri. quam ad hoc ponderat Ioã.
de Imo. in d. §. De uiro. pro qua gloſ. etiam facit: quia aliâs
ſi teneremus oppoſitum eius, quod ibi dicit glo. ſequeretur

abſurdum, uidelicet, quòd clericus portãs infulam ſericam
minus puniretur, quàm portans lineam: quod uidetur ab=
ſurdum, ideo nimirum ſi fiat extẽſio, ar.l.Scire oportet.§.
Aliud.ff.de excuſ.tut.& bene dixi ſuprà, fieri extenſionem
in pœnalibus inter eaſdem perſonas, ad caſum omnino ſi=
milẽ: nam ſecus eſt, ſi caſus non eſt omnino ſimilis: quia tũc
non fiet extenſio, ſaltem ex identitate rationis: per ea quæ
no.Ioan.And.in d.regula.Odia.ubi diſputando tenet, quòd
pœna d.c.Cum in cunctis.de elec.quod loquitur in eligen=
tibus epiſcopum illiteratum uel crimimoſum, non debet ex=
tendi ad eligentes bigamum, licet in eo uideatur eadem ra=
tio uel maior, ut ipſe ibi tãgit, in prima ratione primæ par
tis.Nec obſtat quod habetur in præalleg.§.ſed quia natu=
ra.ubi tex.uidetur uelle, qđ indiſtinctè fiẽda eſt extẽſio ex
identitate uel maioritate rationis, in cõſuetudinibus uel ſta
tutis pœnalibus, quem tex.Bal.ibi dicit eſſe meliorẽ de iure.
¶ Quia reſpondeo multipliciter poſt Ioan.de Imo.in d.§.
De uiro.Primò ꝙ ille tex.non plus probat quàm quod fiat
extẽſio in pœnalibus ad caſum omnino ſimilem, inter eaſ=
dem perſonas, & ſic etiam poſſet intelligi quod no.glo.or
di.arguendo.in d.c.j.ſuper uerbo Italiæ: cum quo ſtat gloſ.
antetacta, ut iam dixi. ¶ Secundò dico, ꝙ ille tex.debet in=
telligi prout loquitur in materia quodammodo extenſibi=
li, propter pluralitatem caſuum, in quibus eadẽ pœna im=
ponitur: nam mens iuris fuit, quod alij caſus nõ exprimun=
tur: quia de facili enumerari non poſſunt, ar.l.non poſſunt.
ff.de legi.non quod uult diuerſum eſſe in alijs caſibus non
expreſſis. Nam multi caſus ibi exprimuntur, in quibus ea=
dem pœna locum habet: & hoc apertè ſentit ibi Præpo.
dum dicit quòd materia priuationis feudi propter delictũ
uaſſalli,



uaſalli, eſt arbitraria: dum tamen arbitrium iudicis, uerſe=
tur ad ſimiles cauſas uel maiores exhæredationis, reuoca=
tionis, donationis uel diuortij, & idẽ clarè ſentit ipſe Pre=
poſi.in c.Si capitanei.in prin.in tit.quib.mod.feud.amit.in
uſib.feud. ¶ Vel tertio poſſet dici, quòd ibi non agitur de
mera pœna: quia ibi agitur de amiſſione feudi: & dicitur
quod debet reuerti ad dominũ directum, qui recipit quod
dedit, & ſic non eſt mera pœna quo ad eum: & pro tanto
non eſt mirum ſi facilius ibi fiat extenſio ex identitate uel
maioritate rationis, quàm ubi agitur de mera pœna: quo ca
ſu loquitur dicta regula, ut ſuprà dixi. ¶ Secundò fallit di
cta regula, quãdo aliàs, niſi fieret extenſio, diſpoſitio poſ=
ſet de facili eſſe eluſoria: de hoc eſt tex.iuncta ſua not.glo.
in præal.c. Quanquam.in fi.de uſur.lib.vj.quæ illud quod
ibi dicitur in tex.de teſta.manifeſtorũ uſurariorum extẽdit
ad codicillos & donationes cauſa mortis: nam aliàs de fa=
cili poſſet eludi diſpoſitio illius c.Quanquam. non facien=
do teſtamẽtum ſed codicillos uel donationes cauſa mortis,
ut uult Feli.in d.c.Tranſlato.circa fi.de cõſti.pro hoc etiã
faciunt no.per Pau.de Liaza.in præal.cle.j.de ſepul.ubi il=
lud, quod eſt ibi diſpoſitum de ſepeliẽtibus manifeſtos uſu=
rarios in cœmiterijs, extẽdit ad ſepeliẽtes in eccleſijs: quia
eadem eſt ratio & maior: nam ibi non fit extenſio ad alias
perſonas, ſed inter eaſdem ad caſum ualde ſimilẽ, in quo ſi
non fieret extenſio, reſultaret abſurdũ: quia minus punire=
tur peccãs in eccleſia quàm in cœmiterio, & de facili poſ=
ſet eludi diſpoſitio illius cle.j.ſepeliendo uſurarios non in
cœmiterijs ſed in eccleſia: ideo nimirum ſi ibi fiat extẽſio,
pro quo bene facit in argumentum.d.c.Si ciuitas.de ſentẽ.
excom.lib.vj.imò plus uult glo.in d.cle.j.ſuper uerb.Sepe=
lire,

lire, in fine, ꝙ etiam faciẽda eſt extenſio conſtitutionis pœnalis ad alias perſonas, quãdo aliàs niſi fieret extenſio, diſpoſitio poſſet de facili reddi eluſoria, quod eſt ſingul. notandũ: quicquid dicat ibi Car. ¶ Tertiò fallit dicta regula, ſi agatur de extenſione fienda in cõmuniter æquiparatis à iure, in materia de qua agitur: per ea quæ habentur & notantur in c. Si poſtquam. §. j. & §. fi. de elec. lib. vj. & maximè per Ioan. And. ibidem, in nouella, in fina. uerb. ubi not. dicit, ꝙ obiectio quæ fieri poßit de c. Ad audientiam. de deci. ubi habetur ꝙ attendi debent uerba diſpoſitionis: quia ſi legislator idem uoluiſſet in caſu non expreſſo, quod uoluit in expreſſo, bene expreßißet. & c. locũ habet in ijs, quæ nõ ſunt expreſſa, nec ꝓ expreßis habita infrà in dißimilibus: & in quibus non eſt penitus eadem ratio. Iſtud etiam uult glo. not. & ibi etiam Panor. & Io. de Imo. in c. De multa. in uerbo Eccleſia. de præben. & Phil. Fran. in d. c. j. in ij. limitatione, de quo latius ibi per eum. & idẽ uult do. Io. Bap. in d. l. Omnes populi. in x. fallen. & Anto. de But. in. d. c. fi. in vj. fallen. quẽ omnino uide. & facit quod habetur in præalleg. l. Si quis ſeruo perſuaſerit. C. de fur. iuncta. l. Vt tantum. ff. de ſeruo corrup. & not. per glo. in præal. l. quod uerò contra. ff. de legi. ¶ Quartò fallit dicta regula, ſi fiat extẽſio in his quæ poſſunt ſublata ſignificatione comprehendi, ut ex iuris uel interpretatione: ar. l. Senatuſconſ. & l. Libertũ. §. j. ff. de ritu nup. iuncta l. pen. C. de inter. matr. hoc tamẽ intellige (ut ſuprà dixi) niſi ſubſit ratio reſtringendi. Itẽ niſi pœna eſſet ualde odioſa, quia tunc nõ fieret extẽſio: præal. l. Patri. ff. ad l. Iuliã de adul. ¶ Quintò fallit dicta regula, niſi noua conſtitutio pœnalis ſit interpretans uel declarãs: nam tunc extenditur etiam ad extremum, ſub





lege interpretata cõprehenſum: & ergo ſi noua lex interpretans antiquam loquatur ſolum in uno caſu: extenditur tamen ad omnes caſus incluſos ſub interpretata: ita not. dicit Ioã. and. in d. c. Diſpendia, ſuper uerbo queſtiones: & gl. ualde not. in cle. ſtatutum, ſuper uerbo cõſuetudinem. de elec. & bona gl. in ca. Quæ contra, ſuper uerbo Facta. de elect. lib. vj. & uolunt Domin. & Philip. Franc. in d. c. j. de tempo. ordi. lib. vj. & eſt tex. not. in auct. de filijs ante dota. inſtru. na. circa fi. col. iij. & ibi Bar. hoc no. & Bal. in conſtitutione habita. in x. col. C. ne filius pro patre. hoc etiam uult do. Io. Bap. in d. l. Omnes populi. in xviij. fallẽ. & Anto. de Bu. in d. c. fi. in xiiij. fallẽtia. ¶ Circa quod uolo te ſcire incidẽter tria pulchra quotidie occurentia in practica. ¶ Primum eſt, ꝙ ſi in fine alicuius legis, canonis uel ſtatuti pœnalis fiat aliqua additio: pœna appoſita in principio uidetur repetita in tali adiectione. Ex quo enim adijcitur, uidetur ꝙ ſi pars illius ſtatuti: ut puta, cùm dicitur in fi. legis uel canonis adijcientes, uel huic inſuper adijcimus ſanctioni: uel hæc uerba, idem iudicium eſſe uolumus, & c. glo. eſt de hoc not. in d. c. De multa. ſuper uerbo Eccleſia. & ibi eã ſequitur Panor. & cõmuniter doct. & idem uult Card. & reputat ſingulariter notandũ in d cle. ſtatutũ. in iij. oppoſi. & ita teneas, quicquid dicat glo. in clem. ij. in uerbo ſanctioni. de uita & honeſta. cleri. quæ communiter reprobatur. ¶ Secundum eſt, quod conſtitutio antiqui iuris declaratoria non habet locum, niſi in caſibus in quibus locum habet ius antiquum. de hoc eſt gloſ. ordi. nota. in ca. Si cui. & ibi hoc firmant Domin. & Philip. Fran. de elect. lib. vj. ¶ Tertium eſt, quòd ubi lex imponit pœnam ſuper certo facto prohibito, & poſtea ab illa prohibitione excipit

unum caſum ſub certa limitatione, quòd pœna appoſita ſu per facto, extenditur etiam ad caſum exceptum, ſi forma ſeu limitatio non ſeruatur, glo. eſt de hoc ſing. in c. Vnico. ſuper uerbo Neceſſario. & ibi eam commēdant Domi. & Philip. Fran. de poſtula. præla. lib. vj. quod tene menti.

¶ Sextò fallit dicta regula, quādo conſtitutio pœnalis cōtineret fauorem eccleſiarum: quia tunc debet largo modo interpretari, & extendi ad alium caſum ex identitate rationis. ita dicit gl. nota. in c. Sciāt cuncti. ſuper uerbo Alios, de elect. li. vj. & ibi hoc firmant Domi. & Philip Fran. & idem uolunt Domi. & Philip. Franc. in d. c. j. de temp. ordi. lib. vj. & idem dicendum eſt, quando conſtitutio continet fauorem animæ: ut ſing. dicit Io. And. in præal. c. Ex tenore. & ibi Panor. Præpoſi. & doc. not. qui filij ſunt legit. & Bart. in præall. conſtitutione ſacramenta puberum. & Feli. in d. c. Translato. circa fi. & dominus Ioan. Baptiſta in d. l. Omnes populi. in viij. fallentia. ¶ Et per hoc ſemel dixi, in quæſtione de facto occurrēte, quòd c. Ordinarij. §. In cōferendis. de offi. ord. li. vj. quod eſt pœnale annullans collationem beneficij curati, uel dignitatis, aut perſonatus factā habenti plura ſimilia beneficia curata ſeu dignitates aut perſonatus, non uiſa diſpenſatione: etiam ſi talis, cui ſit collatio, ſufficiētem diſpenſationem habeat: quod in dubio non præſumitur: ut ibi eſt tex. ſing. extendi debet ad collatiouem factam de canonicatu & præbenda illi, qui in eadem eccleſia in qua erat præbenda, habebat decanatum & plebaniā, quorū utrunq; habebat curā animarū annexam: quia licet d. c. Ordinarij. §. In cōferendis. ſit pœnale, tamē quia cōtinet fauorem animarum. c. Dudum. ij. cum ibi not. de elec. debet extendi per prædicta: & ita fuit iudicatū, quod tene menti.

Item



¶ Item per hoc etiam dixi in alia quæſtione de facto occur rente, quod d. c. Ordinarij. §. In cōferēdis (quod loquitur in collatoribus) debet etiā habere locū in eligentibus eum, qui plura beneficia curata obtinebat nō uiſa diſpenſatione, quæ in dubio non præſumitur, ut ibi, et hoc quia dicta cōſtitutio cōtinet fauorē animarū, ut ſuprà dixi: & ita etiam fuit iudicatū. ¶ Item per hoc etiā ſemel dixi in quæſtione tunc oc currente, quòd præal. c. De multa (licet ſit pœnale, & non loquatur in epiſcopatibus: ſed in beneficijs curatis, & dignitatibus inferioribus) locū habet in pluribus epiſcopatibus: ita quòd per adeptionē ſecundi epiſcopatus, cū effectu uacet primus, & ita reperio uelle Panor. in c. bonæ. j. in iij. nota. de poſtula. prælato. & eſt de mente gl. & doc. in d. c. De multa. licet in modo uacādi ſit differētia: ut ibi habetur, & in c. Cum in cunctis. §. Cum uerò. de elec. ſuprà allega. Licet enim epiſcopatus non ſit dignitas, ſed dignitatū culmen: & ergo in eo uideatur requiri ſpecialis nota, ut uult glo. ord. ſing. in c. ij. de præben. li. vj. identitas tamen uel maioritas rationis cōcurrente fauore animæ inducit hanc extenſionē, quòd tene menti: imò plus ſingulariter uoluit glo. in præal. c. Sciant cuncti. uidelicet, quòd quando conſtitutio pro parte eſt fauorabilis, & pro parte odioſa: tunc attenditur id ſuper quo principaliter intendit prouidere. & ex hoc iudicatur fauorabilis uel odioſa: & ſi id ſuper quo principaliter intendit prouidere, eſt fauorabile: conſtitutio extenditur: quod reputant ibi Dominicus & Philipp. Franc. ualde notabile: & idem uult glo. ordi. notab. in l. ij. C. de in ius uocan. & ibi habetur pulchrè de hoc per Iaſo. & doct. ad quos breuitatis gratio te remitto.

¶ Septimò fallit dicta regula, niſi in ſtatuto uel conſtitutione

t 5 tione

tione pœnali, ſit appoſita clauſula: ut procedatur de ſimilibus ad ſimilia: quia tūc debet largo modo interpretari et extēdi ad aliū caſum ex idētitate rationis: ita not. uult Bal. in l. iij. quam legit cum l. ij. C. de legi. & idē Bal. in præal. l. omnes populi. & ibi do. Io. de Bap. hoc referens, dicit illud eſſe notabiliſſimū & memoria dignum, hoc etiā uult Phil. Fran. in d. c. j. in xx. fal. pro quo allego text. in d. §. Sed quia natura. ubi meo iudicio eſt caſus, intelligēdo, ut ſuprà dixi. ¶ Octauò fallit hæc reg. in habētibus ſe ut præambula ad certū actū, ut ſunt electio, poſtulatio, pñtatio, & collatio quæ oīa tendūt ad finē prouidēdi eccleſiæ uacāti: nam tunc ex edētitate rationis, diſpoſitū in uno extēditur ad alterū, gl. eſt de hoc ſing. in c. j. in fi. de poſtu. præl. Et ibi eā multū exclamat Panor. ponēs hanc regulā, q d' ubicūq; extrema ſic ſe habēt, q d' de uno peruenitur ad reliquū, uel ad eundē finē, tunc etiā in materia pœnali & reſtringibili fit extenſio: ita quòd diſpoſitū in uno habeat locū in reliquo: & idē uolūt Domi. & Phil. Fran. in d. c. j. & do. Ioan. Bap. in d. l. Omnes populi. in xiiij. fallen. ¶ Hoc tamen ego limitarē uerum, quando uerba conſtitutionis pœnalis id paterentur: aliàs ſecus, propter gl. ſing. in cle. Vnica, ſuper uerbo contrahere. de conſang. & affin. Quæ uult quòd licet prohibito matrimonio cenſeantur prohibita ſponſalia. l. Oratio. ff. de ſponſalib. attamen pœna impoſita contrahenti ſcienter matrimonium in gradu conſanguinitatis uel affinitatis prohibito, de qua ibi: non extenditur ad contrahentem ſponſalia. Et idem tenet ibi Cardina. & alij docto. & Panor. in d. c. j. de poſtula. prælat. ¶ Nonò fallit dicta regula, quādo conſtitututio pœnalis loquitur certo caſu in plurali: nam extenditur, ut etiam locum habeat in ſingulari.

Hinc



¶ Hinc eſt, quod ſi per ſtattum puniatur producēs falſos teſtes, tale ſtatutū etiam habebit locū in producente unum falſum teſtem. Ita nota. dicit Barto. in l. iij. §. Negotia. ff. de nego. geſt. & uolunt Domini. & Philip. Fran. in d. c. j. & domin. Io. Bap. in d. l. Omnes populi. in xiiij. fallen. & Anto. de But. in d. c. fin. in ix. fallentia, de quo uide quod dicam infrà, in loco à numero. ¶ Decimò fallit dicta regula, quando fit extenſio ad caſum ſine quo diſpoſitio non ſortiretur effectū, ita dicit Bar. in præal. l. Non dubiū. C. de legi. & idem Bar. in d. l. Omnes populi. & ibi dominus Io. Bap. in pluribus locis: & uolunt Domi. & Philip. Fran. in d. c. j. & Anto. de But. in d. c. fi. in x. fallentia. pro quo facit l. ij. ff. de iuriſdit. om. iudi. & l. Si ſtipulatus fuero per te nō fieri. ff. de uerb. oblig. ¶ Vndecimò fallit, quando lex pœnalis eſt facta in fauorem reipublicæ. nam tunc poteſt extendi ex identitate rationis, etiā ad aliam perſonam. Et ergo cum ad fauorē reipublicæ pertineat punire maleficia. ut prouincia ī quiete permaneat. l. Cōgruit. ff. de offi. præſi. pœna ſtatuti puniētis maleficiū, punietur fieri faciēs & mādās. Iſta eſt doctrina Bar. in l. quēadmodū. C. de agri. & cenſi. lib. xj. & uult idē Bar. in l. ij. §. Exercitus. ff. de his qui not. inſa. Et ſentit idē Bar. ī l. §. ſi cōſtāte, in ix. q. primæ partiis prin. ff. ſolu. matri. & idē Bar. in l. Si quis in graui. §. Vtrū. ff. ad ſilleia. Et exclamat Ludo. de Ro. in cōſi.. ſuo. x. incip. In Chriſti. &c. Viſo themate. &c. & gloriatur de hoc Pau. de Caſ. in cōſil. xxiij. incip. Viſo pūcto. &c. in ij. col. in antiquis. & Feli. in d. c. Trāslato. circa fi. de quo uide pulchrè ꝑ Bal. in in repet. d. l. Omnes populi in xj. col. & latè per Panor. in c. Mulieres. de ſent. excommu. & latiſſimè per Salice. in l. Non ideo minus. C. de accuſa. & ibi etiam aliquid per Cy.

Duod

¶ Duodecimò fallit, quando lex pœnalis loquitur in uno ex correlatiuis: nam tunc extenditur ad reliquum. ita nota. uult Bar. in l. fi. C. de indic. uidui. & idem Bar. in l. fi. ff. de acceptila. Quicquid dixerit Panor. in c. j. de loca. ex quo ſequitur, quòd ſi ſtatutum imponit pœnam uenditori in certo caſu, licet nihil dicat de emptore: tamen eadem pœna locum habebit in emptore: quod tene mēti. ¶ Hinc etiam eſt quòd lex (quantumcunq; pœnalis, & per conſequens odioſa & reſtringenda) loquēs in marito, in his quæ ab eo trāſeunt ad uxorem extenditur ad uxorem. text. eſt nota. in l. j. & ibi Bal. & Pau. de Caſt. not. C. de in ius uocan. ubi habetur, quòd libertus faciēs uocari in ius uxorem patroni, incidit in pœnam quinquaginta aureorum, ſicut ſi ipſum patronum in ius uocaſſet: quod tene menti. De hoc articulo tamen uide plenius per Philip. Franc. in præal. c. j. de tempor. ordin. lib. vj. in j. fallentia. & pleniſsimè per Iaſon. in præall. l. fin. C. de indic. uidui. & infrà in loco à correlatiuis, ubi recurre. ¶ Decimotertiò fallit dicta regula, quando diſpoſitio pœnalis diſponit ſuper certo actu: nam ſi talis actus iteratur pluries, & eadem ratio ſubſit in actibus iteratis, extenditur cōſtitutio ad actus iteratos in alia perſona, gl. eſt de hoc ord. iuncto tex. in c. Si electio. ſuper uerbo Aliam, in prin. de elec. li. vj. iuncto. c. Ne pro defectu. eo. ti. in antiquis. & uolunt Domi. & Philip. Fran. in d. c. j. & Ant. de Bu. in d. c. fi. in ix. fall. quod ſic declaro: priuat enim d. c. Ne pro defectu. negligētes eligere intra trimeſtre poteſtate eligēdi. d. auct. c. ſi electio. uenit declaratiuè ſeu īterpretatiuè ad præal. c. Ne pro defectu. & ſic in eo cēſetur repetita pœna d. c. ne pro defectu. iuxta ſuprà dicta in v. fallētia gl. auct. d. c. Si electio. extēdit d. c. Ne pro defectu, ad actū iteran



iterandum: quod eſt notab. & menti tenendum. ¶ Decimo quartò, fallit dicta regula in caſibus conuerſis, ſi ſunt paris rationis: unde ſi lex uel canon loquitur de ultramontano, propter longitudinem uiæ curia exiſtente citra mōtes, habebit etiam locum in citramontano, curia exiſtente ultra montes: quia eadem ſubeſt ratio. Ita nota. dicit Anto. de Bu. in repetitione d. c. fi. de conſue. in xv. fall. & not. per doc. in præall. c. Nihil. de elec. quod tene menti. ¶ Extra autem dictos caſus ſtat regula, quod in merè pœnalibus, ubi pœna imponitur ipſo iure: non ſit fienda extēſio ex identitate rationis, & multo minus ſi non ſit eadē ratio. ut in d. l. fi. C. de interdic. matr. ſecundum uerum intellectum quē ibi tetigit Iaco. de Bellouiſu. ¶ Circa quod uolo te ſcire, ꝙ ubi pœna imponitur ipſo iure, propter aliquod delictum cōmiſſum: nedū ſit stricta interpretatio in pœnalibus: ut ſcilicet pœnæ locū non habeant in caſibus non expreſsis: prout ſuprà poſui regulam & fallētias ad eam: ſed etiam fit ſtricta interpretatio ne tam latè ſumantur uerba, ſicut habere poſſet ſignificatio uerborum, quando ſubeſt aliqua ratio ſeu æquitas reſtringendi, ut dixi ſuprà. Et quod plus eſt, ubi pœna imponitur ipſo iure propter aliquod delictū cōmiſſum: nunquā eſt locus illi pœnæ niſi illud delictum ſit conſummatū, quātūcūq; fuerit inchoatū: licet poſſet extraordinariè puniri, quia delictū inchoauit: hoc ꝓbatur in d. c. Cū in cunctis. iuncto. c. Perpetuæ. de elec. li. vj. & uoluit ſing. Io. An. in d. regula. In pœnis. in mercurial. quem refert & ſequitur Panormi. in d. c. Cum in cunctis. §. Clerici ſanè. quod tene menti, ¶ Hæc uera (ut dixi) quando pœna imponitur ipſo iure: ſi autē pœna ueniat imponenda per ſentētiam iudicis, tunc licet quidam dicant, quòd ſi pœna ueniat imponenda

nenda ex delicto commiſſo, in faciendo fiat extẽſio, per. l. Si quis id quod. §. Quod ſi dum proponitur. ff. de iuriſdic. om. iudi. cum ſimilibus iũctis not. per glo. in l. Si quis in tantã. C. unde ui. ubi glo. id quod ibi dicitur extendit ad incorporalia. Secus ſi pœna ueniat imponẽda ex delicto cõmiſſo in omittendo, per glo. in d. §. Itẽ mixta. Inſti. de actio. tamẽ uerior uidetur opinio domini Io. de Imo. in d. §. De uiro, ubi in pe. col. poſt multa diſtinguit hoc modo Aut pœna eſt applicanda parti, aut non. ſi eſt applicanda parti: tũc non fit extẽſio extra caſus expreſſos: & ratio eſt quia uideretur ſine actione experiri, qui ageret extra caſus expreſſos, & per cõſequens non eſſet audiendus. l. Si pupilli. §. fin. ff. de nego. geſt. & licet ipſe non ponat exẽplũ, nec aliquid ad hoc alleget: ego tñ pro notitia ueritatis pono tale exẽplũ. Lex uult quòd ſi quid ex cœnaculo tuo eijciatur uel effundatur, ex quo liber homo pereat uel moriatur: tu ut hoſpes teneris per quẽcunq; eiectũ fuerit in, quinquaginta aureis: qui pro parte dimidia applicãtur parti, id eſt ei, qui defunctũ cõſanguinitate uel affinitate cõtingit: & alia pars applicatur fiſco: ut eſt tex. iuncta gl. in l. Si uerò. §. Hæc actio, cũ ſeq. ff. de his qui deiece. uel effude. ſi modo is qui defunctũ contingãt, agat ad xxv. aureos, pro eo quod nocitũ eſt homini libero, qui tamẽ ex hoc non perijt, licet poſt hoc mortuus ſit male ageret: nam dicta pœna ad hunc caſum extendi non poteſt, ex quo hoc non reperitur iure cautũ. Si autẽ pœna non eſt applicãda parti, tunc remanet pœna extraordinaria imponẽda arbitrio iudicãtis, ſi in caſu de quo quæritur non eſt expreſſa pœna, ut in l. ſanctio legũ, cum ibi not. ff. de pœnis. Et poſſet tunc iudex arbitrari de ſimilibus ad ſimilia, iuxta not. per Ioan. An. in d. c. Si compromiſſarius. §. fi. de



fin. de elect. lib. vj. in nouella: & nota. per Panor. & Felin. & canoniſtas in c. Ex literis, de conſti. Et ſic poterit iudex imponere pœnam ſimilem caſui expreſſo: quod tene menti, & tantũ de tertio caſu principali, qui fuit de extenſione fienda in pœnalibus.

QVartò caſu principali, quando agitur de extenſione fiẽda in non correctorijs, nec exorbitãtibus, nec pœnalibus conclude quod licita eſt extẽſio ex idẽtitate rationis, per l. Non poſſũt. & l. Iura nõ in ſingulas. cũ ibi not. per glo. & doc. ff. de legi. & per id quod habetur in c. Trãslato. de cõſt. & in c. ij. de trãsla. præla. ubicũq; enim eſt eadẽ ratio, ibi debet eſſe idẽ ius, & eadẽ iuris diſpoſitio l. Illud ff. ad l. aquil. & l. A`titio. ff. de uerb. oblig. cum ſimil. Sed circa iſtud cadit pulchrum & ſubtile dubium, quid ſi eſt dubiũ an recurri debeat ad ſimile legis: an uerò ad ſimile cõſuetudinis, ut puta, quia occurrit caſus non determinatus à lege nec à cõſuetudine, ſed reperitur ſimile legis. et etiã ſimile cõſuetudinis, ad q d' iſtorũ erit recurrẽdũ: in quo articulo pulchro & quotidiano, licet multa reperiãtur ſcripta circa hoc & circa exẽpla, quæ ponit gl. in l. de quibus. ff. de legi. improbãda & defendẽda: tamẽ cõmuniter concluditur, quòd ſi caſus occurrens eſt de materia cõſuetudinis, recurrendũ eſt ad ſimile cõſuetudinis. Si uerò caſus occurrẽs eſt de materia legis, recurrendũ eſt ad ſimile legis. Si autẽ materia eſt indifferẽs, recurrendum eſt ad illud ſimile quod eſt rationabilius. Si autem utrunque eſt rationabile, recurrendum eſt ad ſimile legis. ¶ Exemplum primi, lex dicit monachos ſuccedere parẽtibus. l. Deo nobis. C. de epiſ. & cler. In feudo autem ſecus eſt per conſuetudinem feudorum ut in c. Qui clericus. ſi de feu. fue. cõtrouer. in uſi. feudo, non habemus

mus autem legem neq; conſuetudinem expreſſam de canonico regulari: et quæſtio eſt, an ille canonicus regularis ſuccedat patri in feudo, & dicendum eſt quòd non: quia conſuetudo quæ excludit monachū à feudo, habet optimam rationē: quia ſeruire non poteſt domino directo, & æquè militat in regulari canonico, ergo ſecundū ſimile conſuetudinis iudicabitur, ex quo iſte caſus occurrens de quo quæritur, eſt de materia cōſuetudinis, puta, ſucceſsionis in feudo. De hac tamen, an monachus uel monaſterium ex perſona ipſius ſuccedere poſsit in feudo nec'ne, & quādo ſuccedere poteſt, & quando non, uide per Legiſtas in l. Quiſquis. C. de epiſ. & cler. & per Io. And. Panor. & Canoniſtas in ca. In præſentia. de proba. & per Iacobinū in ſuo not. tracta. inueſtituræ, ſuper illis uerbis. Et quibuſcunq; hæredibus: & latè per Hoſti. in ſumma. in ti. de immuni. ecc. §. Inquantum. in uerſi: Sed nec illa, & pleniſsimè per Præpo. in §. Et quia diximus. in titu. qui feud. dare poſ. in uſi. feud. ubi hunc articulum pulchrū & quotidianū latiſsimè & profundiſsimè examinat. ¶ Exemplū ſecundi, lex dicit (ut prædixi) monachos ſuccedere parentibus, conſuetudo autem contrarium diſponit in feudis: de canonico autem regulari non habemus legem, neq; cōſuetudinē expreſſam: & quæſtio nūc ſurgit an canonicus regularis ſuccedat patri in bonis allodialibus ſeu patrimonialibus. Et dicendum eſt quòd ſic: nā ex quo ſumus in materia iuris ſcripti, puta ſucceſsionis in bonis nō feudalibus, ſecundū ſimile legis eſt iudicandum: & ſic ſimilitudo canonici regularis ad monachū, trahitur ad ius ſcriptū in patrimonialibus & allodialibus, ut in illis ſuccedat: & ad ius cōſuetudinariū in feudalibus, ut in illis non ſuccedat. ¶ Itē cape aliud exēplum, ſi in uenditione





tione ſit deceptio ultra dimidiā iuſti precij, de iure agitur ad reſciſsionē contractus, uel ad ſuppletionē iuſti precij. l. ij. C. de reſcind. uend. & c. Cū dilecti. & c. Cum cauſam. de emp. & uēd. & hoc habet in ſe magnā æquitatē. Pone tūc cōſuetudinē cōtrariū diſponere, qñ uaſallus uendit feudum domino: ut ſcilicet, propter deceptionē ultra dimidiā, non fiat reſciſsio, uel ſuppletio, hoc etiam habet æquitatē: quia gratioſè dominus dedit uaſallo feudū, unde uidetur econtra fieri gratia domino per uaſallū propter obligationē naturalē, qua tenebatur ad antidora. l. Si uerò nō remunerādi. §. Inde papinianus. ff. manda. Pone modo aliquē locaſſe domū ſuā, & in locatione ultra dimidiā fuiſſe deceptū: quomodo iudicabitur hoc caſu: an ſecundū ſimile legis, uel an ſecundū ſimile cōſuetudinis? & certè ſi ille locauit domino rem feudalem, iudicabitur ſecundū ſimile conſuetudinis, ſi uerò locauit aliā rem, iudicabitur ſecundū ius ſcriptū. Ex quo primo caſu, ſumus in materia conſuetudinis, & ſecundo caſu, in materia iuris ſcripti. ¶ Item cape aliud exemplū quotidianū: nos habemus legē ſcriptā, quod incrementū alluuionis accreſcit uſufructuario. l. Item ſi fundi. §. Huic. ff. de uſu fruct. Item habemus ius conſuetudinariū feudorū diſponēs quòd id quod accreſcit per alluuionem feudo, non accreſcit uaſallo: ſecundū diſtinctionē quā ponit tex. in c. j. §. Si quis de manſo. & ibi pulchrè per Aluatorū, de cōtrouer. inueſti. ¶ Occurrit nūc caſus, qui non eſt deciſus in iure de emphiteota perpetuo, quæritur an incrementū alluuionis ſibi acquiratur: & ſic an attendemus ſimile legis ſcriptæ de uſufructuario: an ſimile iuris cōſuetudinarij de uaſallo, & certè (quia ſumus in materia iuris cōmunis & ſcripti attendendū eſt ſimile iuris ſcripti, & ſic dicemus quòd incremē

tũ alluuionis accreſcit emphyteotæ, ſicut uſufructuario, ita uult gl.ord.in d.l.De quibus.& ibi Bar.in repeti. & poſt eum Ang.& Iaſon ibidẽ.& Ant.de But.in d.c.fi.de cõſue. & Sali.in l.j.C.de iur.emphy.& eſt cõmunis opinio, quod tene menti: quia eſt quotidianum.

¶ Exemplũ tertij, in uenditione fit reſciſsio cõtractus, uel ſuppletio iuſti precij, propter deceptionẽ ultra dimidiam: & hoc habet æquitatẽ, ut ſuprà dixi. Sed pone cõſuetudinẽ in loco contrariã, q̃ propter deceptionẽ ultra dimidiã non fiat reſciſsio uel ſuppletio. Itẽ pone, quòd ibi quidã locauit domum ſuam alteri & deceptus eſt ultra dimidiã iſto caſu quomodo iudicabitur? & certè iudicabitur ſecundũ ſimile legis, cum lex ſit fundata ſuper æquitate, & conſuetudo ſit contra æquitatẽ, unde non trahẽda extra ſuos terminos eſt. l.Quod uero cõtra.ff.de legi. Et certũ eſt, quòd ubi nõn eſt cõſuetudo cõtraria, ſtatutũ in uenditione trahitur ad locationẽ: ut uolũt doc.in præal.l.ij.& in d.c.Cũ dilecti. & eſt gl.or.ſin.in l.Si ea pactione.in fi.C.de uſur. Imò, quod plus eſt, d.l.ij.habet locũ in omnibus contractibus bonæ fidei: ut eſt tex.iũcta glo.& ibi hoc expreſsè uolũt Bar.Bal.et doc. in l.iij.C.cõmunia utriuſq; iud.& Iaſon in d.l.De quibus.in ix.col.quod tene menti: quia ſeruit ad multa. ¶ Exemplum quarti, in uẽditione fit reſciſsio cõtractus, uel ſuppletio iuſti precij ꝑpter deceptionẽ circa dimidiã: & hoc habet æquitatem, ut ſuprà dixi: modò pone, quòd cõſuetudo in loco habet quod propter minus iuſtum preciũ, etiã ſi interuenit deceptio ultra dimidiã, non fiat reſciſsio uel ſuppletio, quãdo uenditio facta eſt per maiorem triginta annis: quia hoc caſu non præſumitur deceptio: tunc pone, q̃ in loco quidã triginta annorum & amplius, locauit domum ſuam alteri, & de



& deceptus fuit ultra dimidiam iuſti precij. Iſto caſu quomodo iudicabitur? & certè iudicabitur ſecũdũ ſimile legis: & habebit locum remedium.d.l.ij.licet utrũq; ſimile in ſuo caſu ſit rationabile. Et ratio iſtius eſt, quia ſi conſuetudo eſt contra legem, reſtringenda eſt, & ratio legis ampliãda.d.l. Quod uerò contra. Si uerò conſuetudo eſt præter legem, adhuc recipiendum eſt id quod eſt magis extenſibile. Eſt enim ſimilitudo idem quod extenſio.c.Inter cæteras. de reſcrip.& d.l.Non poſſunt, ſed lex uenit ex conſenſu expreſſo.conſuetudo autem ex tacito d. l. De quibus. Expreſſum autem extenſibilius eſt, quàm tacitum, ut not.in c. Quod à te.de cler.coniug.& in l.penul.ff.in quib.cauſ.pig.taci.cõtrah. & in l. Precibus. C.de impube. & alijs ſubſti. ergo potius recipiendum & amplectendum eſt ſimile legis: quia conſuetudo ſolum illud ſubſtulit, quod ſibi uſurpauit. nam hæc eſt uera regula in conſuetudinibus & præſcriptionibus. Tantum præſcriptum quãtum poſſeſſum, & non plus l.j.§.Iulianus.j.ff.de iti.actuq; priua.& ibi hoc not. glo.in uerbo.Quoaduſq;. quam Bart. in.§. Si quis hoc interdicto dicit ſemper notandã, & per eam decidit plures notabiles quæſtiones, ad quẽ recurre: & eſt bonus tex.in c.Cũ olim, de præſcrip.in c.Dilecto.de offi.archi. Sed conſuetudo non uſurpauit ſibi ſimile legis: ergo illud manet ut prius: ſicut ergo correctio prioris legis facta per poſteriorẽ, nõ extẽditur regulariter (ut plenè dixi ſuprà, in materia extẽſionis fiendæ in correctorijs) ita etiã non extẽdetur correctio quã facit conſuetudo: ſed reſtringetur ad ſuũ caſum. Iſta ſunt de mente Bar.in d.l.de quibus.in repe.ſua, in ij.col. & de mente Ange.& Iaſo.ibidem: & de mente Ioan. And. & Anto. de Butrio, in præall.c.fin.de conſue. ad quos recurre. Et de

*materia iſta extenſionis pulchra, quotidiana & ſubtili, reperies pulchrè per Bart.in d.l.Si conſtante.in ix. q. primæ partis prin.& ibi etiã aliquid per Alex.de Imo.& per eundem Bar.in d.l.Omnes populi.in vj.q. prin. & ibi latè per Io.Bap.in ſua nota.repet.aliquid per Cy.Bar.Bal. & doc. in d.l.Non dubium.C.de legi.aliquid etiã per Bar.in l.Prætor.§.Eſt differ ẽtia.ff.ui bono.rapto.aliquid etiã per Iaco. de Are.in l.j.§.Nunciatio. & ibi declarat Bar.& alij poſt eum.ff.de noui ope.nuncia.aliquid etiã per Cy.Bal.& doc. in l.j.C.quæ.ſit longa conſue. & per Iaco. de Bellouiſu.& Bal.in lectura noua,in l.fi.C.de interdic.matri.& per eundem Bal.in l.j.C.de interdic.& per Dy.in regula.In argumentũ,de reg.iu.li.vj.per glo.ord.Domi. & Philip. Fran. in d.c.j.de tempo.ord.lib.vj.pulchrè per Matthæũ de Matheſillanis in ſuo not.tract.extenſionum, & magiſtraliter per Io.de Imo.in præal. l. Si uerò.§.De uiro.ff.ſolu.matri. ubi ponit dictum tractatũ Matthæi, licet eum non alleget: & aliquid per eundẽ Ioã.de Imo.in l.ij. §.Titio.ff.de dona. & per eundem & alios in cle.j.de reſcrip.& pulchrè per eundẽ in cle.j.de elect.pulchrè etiam per Lud.de Ro.in ſua aurea repet.aucten.ſimiliter.C.ad.l. Falci. & per eundem in repet.d.§.De uiro. aliquid etiam per glo. & doct. in d. aucten.quas actiones.& ibi pulchrè per Iaſo. pulchrè per Salice.in repetitione præalleg.l.ij. C.de noxa.actio.aliquid etiam per Felin.in d.c.Translato.circa fin. de conſtitu. aliquid etiam per Panor.in c.ſi de reſcrip.& per eundem in c. Nihil.de elect. & per eundem in c. Ad audientiam. de deci. aliquid etiam per eundem in c. De multa. de præben. & in d.c.Translato.de conſtitu.aliquid per Io. And.in d.ca. Nihil.& per eundem in c.Diſpendia.de reſcrip.lib. vj. in nouella:*



*uella : per eundem in regula, Odia.& in regula, In pœnis, & in regula, Pro poſſeſore.de reg.iur.lib.vj.in mercuriali. per eundem in addit.ad Spe.in tit.de actio.& peti.in.§.pe. in additione quæ incip.Auctor:& aliquid per Albe.de Ro. in j.parte ſtatuto.in ix.quæſt. aliquid etiam per Bald. in d. l.De quibus.& exactiſſimè per Ant.de Bu.in repet.præal. c.fi.de conſue.circa.lvj.col.& pulchrè per Lanfran. in repet.d.l.Si uerò. §. De uiro. & latiſſimè per dominum Pet. de Ancha. in repet.c.Canonũ ſtatuta.in iiij.& xiiij. quæſt. princip.de conſti.aliquid etiam per Bal. in l. ij. C.de patri. qui filios diſtrax. & in l. Quod uerò contra. & in l. Non poſſunt.ff.de legi.& per eundem Bal.in l. Ita nobis pudor. C.ad l.Iuliam de adul.& per Pau.de Caſt. in l. Neq; leges. ff.de legi. & per eundem in conſil.cccxxxviij. incip. Præſens caſus,& in cõſil.cccxlix.incip.Viſa quadam ſecuritate.& in conſilio xxiij.incip.Viſo puncto. &c.in antiquis: & per Oldra.in conſil.clxxxix.incip.Factum tale eſt de cõſuetudine eccleſiæ,&c.& per eundẽ in cõſil.clxxxv.incip. Thema tale eſt.Titius Canonicus,&c.quorum uigiliæ non erant tacendæ.in quibus locis perſpicuè uidebis, quàm ſubtilis, profunda, & periculoſa ſit hæc materia extenſionis, & quã uariè doctores ſenſerint in ea, quæ omnia tene menti tanquam pulchra, utilia, ſingularia, & quotidiana.*

## LOCVS AB EFFECTV EOrum quæ ſimul requiruntur ad eſſe. XXXVI.

*PRæterea habemus in iure locum ab effectu eorũ, quæ ſimul requiruntur ad eſſe, à quo ſumptum argumẽtũ, eſt multùm notabile in materia probationis, ſecũdum Bal. in l.*

in l.Conuenticulam.C. de epiſ.& cleri. & eſt frequens & ualde utile,ut infrà uidebis. Et formatur hoc modo : quando plura coniunctim requiruntur ad eſſe rei uel probationis,non ſufficit alterũ eſſe uel probari:tex. eſt no.in l.Vndè etiam illud.§.penul.ff.de iti.actuq; priuato. & bonus tex. in l.Fulcinius.§.Cum hoc.& ibi Bar.ff.ex quibus cauſ.in poſſ.ea.& pulcher tex.in l. Habebat.in princ.& ibi nota. per doc.ff. de inſtitoria. & bonus text.in l.Si per alium.§. Docere.& ibi Pau.de Caſt.& Iaſon not. ff.ne quis eũ qui in ius uoca.eſt ui eximat. & facit tex.in l.ij.§.Si tamẽ,cum ibi nota.per Bart.& doct. ff. ſi quis cautio. ¶ Et hinc eſt quòd impetrans reſcriptum uel offerens libellum tenetur probare cauſam uel demonſtrationem expreſſa in reſcripto uel libello quando intentio libellantis uel impetrantis principaliter fundatur ſuper illa cauſa uel demonſtratione. ita nota.dicit Inno.in c.Ex parte abbatiſſæ.de priuile.& ſequitur ibi Panor.dicẽs hoc bene notandum:quia ſæpe uenit in practica.illud etiã ſequuntur Pau.de Caſt.& Iaſon in l. Interpoſitas. C. de tranſac.dicentes hoc perpetuò tenendũ menti:quia poteſt de facto frequenter contingere.

¶ Hinc etiam eſt, quòd ſi aliquis ſit accuſatus de percuſſione cum ſanguinis effuſione, uel de percuſsione facta cum armis,uel de nocte: licet cõtra eũ probetur percuſsio:ſi tamen non probetur qualitas libellata ſcilicet ſanguinis effuſio,uel ſimilis qualitas poſita in libello accuſatorio, debet reus abſolui:quando alia pœna imponitur per ſtatutũ pro ſimplici percuſsione, & alia ꝓ percuſsione qualificata,& ad illã cõcluditur licet poſſet nouus proceſſus inchoari ſuper ſimplici percuſsione.ita nota.dicit Cy.poſt Iac.de Are. in l.ij.C.de proba.& ibi Pau.de Caſt.Sali.& doc.& uolũt Ant.



Ant.de Bu.Io.de Imo.Panor.Feli.& alij doc.cano.in c.Licet cauſam. de proba. ubi recurre. ¶ Hinc etiam eſt, quòd conſtitutio uel bulla apoſtolica tollẽs pactũ uel ſtatutũ non cenſetur tollere pactũ uel ſtatutũ iuratũ, uel alia qualitate uallatum:& eſt ratio:quia plus poteſt hoc tale,quàm hoc ſimplex,de hoc ſunt duæ gl. ſing.una in c. Cum non deceat. circa fi. de elect.li.vj.& alia in cle.dudũ.circa fi.ſuper uerbo Pacta,de ſepul.& ibi doc.et ita ſing.decidit Alb.de Ro. in j.parte ſtatutorũ.q.xvj.in fi.quod tene mẽti.¶ Hinc etiã eſt,quòd aliter procedendum eſt cõtra clericũ ſimplex homicidium committentẽ:& aliter cõtra clericũ committentem homicidiũ qualificatũ, ut ualde ſingulariter & exquiſitè decidit Panor.poſt Pe.de Anch.in c.At ſi clerici.in pe. & ult.col.de iudi.quod tene mẽti,quia occurrit quotidie in practica: licet per quoſdam cæcos iudices eccleſiaſticos malè obſeruetur.¶ Hinc etiam dicit ſing.Ioã.An. in c.j.de homici.lib. vj. in nouella, ſe liberaſſe quendam prælatum à pœna illius c.quod loquitur de Chriſtiano aſſaſsinato. nam erat probatũ contra prælatũ, quòd fecerat aſſaſinari quẽdam hominẽ:ſed quòd ille homo aſſaſinatus fuit Chriſtianus non fuit probatũ: & ſic non erat probata qualitas requiſita per d.c.j.unde ille prælatus euaſit à pœna illius c.ſecundũ eum ibidẽ:quod dictũ ſequuntur ibi omnes doc. poſteriores.& Bal.in l.Si quis non dicam rapere.in iij. col.C. de epiſ.& cle. quod tene menti:quia eſt ſingulare & quotidianum.Et ratio iſtius eſt:quia ubi requiritur actus cum aliqua qualitate,nõ ſufficit actus ſine qualitate:ut eſt tex.in d.§.Cum hoc.& in c.Ab eo.iuncta glo.de elec.li.vj.poteſt etiam aßignari alia ratio:quia effectus condemnationis eſt diuerſus propter qualitatem: unde niſi fiat detractio qua-

litatis pendente iudicio, iuxta doctrinam auream l. In delictis. §. ſi detracta. ff. de noxa. act. nõ poterit ſequi condẽnatio. de quo uide pleniſſime per Bar. in l. denunciaſſe. §. quid tamen. quem legit ſub. l. qui uxori. ff. de adul. & latè per Sali. in l. tutores. C. ad l. Iuliã. de ui publica uel priua. & pulchrè per Pau. de Caſt. & Iaſ. in d. l. Si per aliũ. §. docere. & per canoniſtas in d. c. Licet cauſam. & latiſſimè per Gãdi. in tract. malefic. in ti. de pœn. reo. in uerſi. ulti. circa materiam: & per Alber. de Ro. in ij. parte ſtatutorũ. q. xliiij. & per Ang. in l. Quid ergo. §. Pœna grauior. uerſi. Sed ſi cauſa. ff. de his qui not. infa. ex cuius dictis habentur duæ limitationes ad præmiſſa. ¶ Prima eſt, ut præmiſſa non procedant quando per qualitatem nõ alteratur actio. ¶ Secunda eſt, ut præmiſſa nõ procedant: quando una actio cõtinetur ſub alia, quẽ omnino uide: uide etiã Bal. referentẽ plura motiua pro & cõtra in d. l. ij. & in l. Et ſi ſeuerior. C. ex quib. cauſ. infa. irroga. Ex cuius dictis habetur una alia & tertia ſingularis limitatio ad præmiſſa, uidelicet, quòd prædicta procedunt, niſi in libello accuſatorio ſit poſita illa clauſula, in libellis poni cõſueta. Super præmiſſis omnibus & ſingulis peto mihi ius dici, & iuſtitiã miniſtrari, &c. quæ diſtinguit qualitatẽ à facto, ita quòd altero probato obtinebitur in illo ſecundũ eum: quod eſt menti tenendũ. ¶ Circa quod uolo te ſcire, ꝙ dicta clauſula, ſuper præmiſſis omnibus et ſingulis peto mihi ius dici et iuſtitiã miniſtrari, &c. habet aliũ maximum & ſingularẽ effectũ: nam ſi ponatur in libello formato, & cõcludente in poſſeſſorio narratione facta de reſpicientibus poſſeſſoriũ & petitoriũ, probato petitorio & nõ poſſeſſorio, poterit ferri ſentẽtia in petitorio, uigore dictæ clauſulæ, ubi aliàs debuiſſet ſequi abſolutio:



ſolutio: & generaliter reddit de inepta cõcluſione aptã, ut ſing. dicit Ioã. Cald. & poſt eũ Panor. in c. ij. de ord. cog. & Io. de Imo. in c. Cũ eccleſia ſutrina. circa fi. de cauſa poſ. & proprie. & idem Io. de Imo. in l. Si cũ nulla. & in l. In ſumma. ff. de re iud. & Bal. in l. Incerti. circa fi. C. de interdic. & Feli. in. c. licet hely. circa fi. de ſymo. & Alex. de Imo. in l. ij. §. Prius. in fin. ff. de uulg. & pupil. ſubſti. & ergo tu ſis cautus, ut nunquam omittas eam ponere in libello per te cõficiendo: quia tempore quo eram officialis recolẽdæ memoriæ domini Henrici de Bergis epiſcopi Cameracẽ. digniſſimi, uidi plures ſuccumbere, ob omiſſionẽ illius clauſulæ capta per eos inepta concluſione: qui non ſuccubuiſſent ſi dicta clauſula in cõcluſione adiecta fuiſſet: & tantò magis ſis cautus: quia in bene & aptè formando concluſionẽ faciliter errat, qui naturã actionis ignorat: propter quod cõtingit plures ſuccumbere. l. j. cũ ibi not. per glo. ordi. ſing. ff. ſi menſor falſum modũ dixerit & c. examinata. cum ibi not. per glo. & doc. canoniſtas de iudicijs. quæ omnia tenementi tanquam pulchra, utilia, ſingularia & quotidiana.

## LOCVS À PERSONA AD tempus. XXXVII.

PRæterea habemus in iure locũ à perſona ad tempus: à quo ſumptũ argumentũ eſt probabile, freques & utile. tex. eſt not. l. Qui plures liberos. in prin. & ibi hoc not. Bar. Bal. Pau. de Caſ. Io. de Imo. & doc. ff. de uulga. & pupill. & uult Bal. in l. Cõuenticulã. C. de epiſ. & cler. & formatur hoc modo: ſicut eſt in perſonis, ita eſt in tẽpore: quẽadmodũ enim pater habẽs plures liberos poteſt aliquibus ſubſtituere pupillariter, et aliquibus nõ: ita illis quibus ſub-

ſtituit, poteſt ſubſtituere ad breue tempus ætatis, puta, ſi deceſſerint infra decennium, licet habeat poteſtatē ſubſtituendi ultra illud tempus, ſicut habet poteſtatē ſubſtituendi omnibus, ita arguit Pau. iuriſconſultus in d.l. Qui plures liberos. & iſtud facit ad deciſionē illius quæſtionis uulgatiſſimæ, quotidianæ & dubitabilis ualde, An ſubſtitutio cōpendioſa facta à pagano per uerbū cōmune (ſicut eſt uerbum ſubſtituo,) ualeat omni tēpore, tam intra pubertatē, quàm poſtea iure fideicōmiſſi, nec ne. ¶ In qua plures ſunt opiniones. Prima, ꝙ ualeat omni tēpore, puta intra pubertatem & pòſt iure fideicōmiſſi, ita tenet gl. ord. in l. centurio, circa fi. ff. de uulga. & pup. & glo. in l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſtit. ſuper uerbo Fideicommiſſi, ante fi. ¶ Secunda opinio eſt, quòd intra tempora pupillaris ætatis ualeat iure directo: poſteà autem iure fideicommiſſi. Et hanc opinionē tenet glo. quæ reputatur ſing. in §. Qua ratione. in gl. magna. in fi. Inſti. de pupil. ſubſti. ¶ Tertia opinio eſt, quòd intra tēpora pupillaris ætatis ualeat iure directo, & quòd poſtea ſit funditus nulla. ita tenet Archid. in ca. Si pater. de teſta. lib. vj. Alij autem (ut Iac. de Are. & Bar.) diſtinguūt aliter, quilibet ſecundū fantaſiam ſuam, ut uideri poteſt per Bar. & docto. in d.l. Precibus. & in d.l. Centurio. ¶ Tamē quia nos reperimus quòd uerbū (Subſtituo) relatū ad perſonas impares, determinat æqualitate ſeruata: ut eſt tex. not. in l. Iam hoc iure. ff. de uulga. & pupil. ergo etiā debet determinare ſeruata æqualitate, quādo refertur ad plura tēpora. arguēdo à perſona ad tēpus, quod eſt ualidū d.l. qui plures liberos. ſed in caſu dictæ quæſtionis poteſt determinare ſeruata æqualitate, ſi omni tempore ſit fideicōmiſſaria. Ergo debemus dicere, ꝙ ſubſtitutio cōpendioſa,



pendioſa, facta à pagano per uerbū cōmune, ualeat omni tempore iure fideicōmiſſi: & hanc opinionē ſequitur Bal. in d.l. Cēturio. & in d.l. iam hoc iure. dicens eam eſſe cōmunem, & ꝙ magis frequētatur in conſilijs, ſed aliter ſentiūt Io. de Imo. Alexā. Pau. de Caſt. & nouiſſimi in d.l. cēturio: & Iaſ. & alij nouiſſimi in præalle. l. precibus: & Franci. de Aret. in cōſil. clv. incipiēte Periculoſum: & Alexan. in conſi. xvij. iij. uol. incip. Ponderatis his quæ in themate narrantur. &c. qui dicūt dictā ſecundam opinionem eſſe cōmunem & ueram: & reſpondēt ad motiua aliorū tenentiū primam opinionem: ex quorū dictis (quatenus propoſito ſeruit) inter alia habes, quòd dictū argumentū à perſona ad tempus tunc demū procedit: quando eadē eſt ratio in uno quæ in alio, aliàs ſecus: quod tene menti: & eadē ratione uidetur, quòd bona ſit argumentatio ecōtra à tēpore ad perſonas, unde ſicut iudex poteſt abbreuiare terminū dilationum, ita etiā poterit abbreuiare numerū teſtium producendorū, ſecundū Bal. Io. de Imo. in d.l. qui plures liberos. Hoc tamē facere non debet, niſi dum putat ſufficere dicta teſtiū iam productorū, uel niſi eſſet nimium effrenata multitudo: ut ibi latius per eos, quod tene menti: quia eſt quotidianum.

## LOCVS À PERSONA AD RES. XXXVIII.

PRæterea habemus in iure locū à perſona ad res et ecōtra: à quo ſumptū argumentū eſt ꝓbabile, frequēs, & utile. tex. eſt not. in l. qui furere, & ibi Alberic. de Roſa. & Bal. id no. ff. de ſtatu homi. & bonus tex. in l. ſi quis inquilinos. §. ſi ita legatū. ff. de leg. j. et in l. ſi qs filio exhæredato. ante fi. in uerſ. Ergo. ff. de iniuſ. ru. irrito'ue teſt. in qbus locis ita

cis: ita arguit iuriſcõſultus, ut uidere poteris per te ipſum: & hoc argumento utitur gloſ. in l. cum quid. ff. ſi cert. petatur. & Pau. de Caſt. in conſilio ccxxiiij. incip. In Chriſti nomine, &c. Circa primum quæſitum, &c. in antiquis, in pulchra quæſtione. & Bal. in l. unica. in viij. col. C. de cõfeſ. Sed iſtud argumentũ tunc demum procedit, quando eadem eſt ratio in uno quæ in alio: ut in dictis iuribus, aliàs ſecus. hoc probatur in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fi. cum l. ſeq. & ibi Iaſ. id not. ff. de iureiur. & not. Bal. & doc. in præal. l. cum quid. & ita ſaluari debet dictũ Bal. in l. Si quis in tantã. in iij. col. C. unde ui. qđ tene mẽti, quia poteſt ĩduci ad multa.

## LOCVS À RE AD TEMPVS, ET ECONTRA. XXXIX.

PRæterea habemus in iure locum à re ad tempus, & econtra: à quo ſumptum argumentum eſt probabile, frequens & utile: tex. eſt not. in l. miles ita. in §. & quia diximus. & ibi hoc notãt Bar. & doct. ff. de teſta. mil. & idẽ Bar. in l. ſi cõſtante. in v. col. ff. ſolu. matri. & Bal. in l. Conuenticulam. C. de epiſc. & cleri. & Alberi. de Roſa. in j. parte ſtat. q. lvj. & Iaſ. in l. in teſtamẽto. C. de teſta. mil. & idẽ Iaſ. in l. Si idẽ cũ eodẽ. in prin. in ij. col. ff. de iuriſdi. om. iud. & doct. in pluribus alijs paßibus, quos cõmemorare magis eſſet laborioſũ quàm ſubtile: Et formatur hoc modo, ſicut eſt in rebus, ita eſt in tẽpore: uel ſic, quod licet in rebus, licet in tempore, quẽadmodum enim miles poteſt decedere pro parte bonorum teſtatus, & pro parte inteſtatus: ita etiam poteſt decedere pro parte temporis teſtatus, & pro parte temporis inteſtatus. d. l. Miles ita. §. Et quia diximus, & per iſtum arguendi modum dixit Bar. in l. Titio centum. §. Titio



Titio genero. ante finem. ff. de condi. & demon. quòd ſicut per ſtatutum poteſt minui legitima debita filio iure naturæ, in menſura ſeu quãtitate: ita etiam poteſt minui per ſtatutum in tempore. De quo uide ibi latius per eum, & per Cy. in l. ſancimus. C. de nup. & per Panor. in c. Raynutius. de teſta. ¶ Secundò per iſtum arguendi modum dixit Alexan. de Imol. in l. poſt dotem. in viij. col. ff. ſolu. matri. quòd ſicut dos data filiæ in ſubſidium matrimonij per patrem non poteſt diminui per eum in quantitate, iure nouißimo, ea ſecundo nubente (auct. ſed quamuis. C. de rei uxo. actio. & in corpore unde ſumitur) ita etiam nõ poterit per eum diminui in tempore: & per cõſequens non poterit eam ſibi per ſtipulationẽ appropriare: de quo uide ibi latius per eũ poſt Bar. Io. de Imol. & doc. ibidem, & per Sali. & doct. in d. auct. ſed quãuis. ¶ Tertiò iſtud facit ad deciſionẽ illius quæſtionis notabilis & quotidianæ, an propter guerrã liberetur emphyteota à præſtatiõe canonis ſeu pẽſionis? & uidetur ꝙ nõ: nam non liberatur, ſi res emphytheotica pereat pro parte rei l. j. C. de iure emphyt. & §. Adeò. in fine, inſti. loca. ergo etiã non liberabitur, ſi fundus emphyteoticus propter guerrã uel hoſtiles incurſus pro parte tẽporis coli nõ poſſet, arguẽdo à re ad tẽpus: quod eſt ualidũ. d. §. & quia diximus. De qua quæſtione multũ dubitabili, pulchra & ſubtili uide latius per Cyn. in d. l. j. in penulti. q. & per Panor. in c. Potuit. circa fi. de loca. & ibi etiã latè per Io. de Imo. in xxxj. col. pulchrè per Præp. in c. unica. de alie na. feudi paterni. & latißimè & profundißimè per Iaſo. in aureo tractatu ſuo, de iure emphytheot. in cõmento l. j. illius tit. in xx. col. cum ſex ſeq. ad quem recurre, quia reperies ad ſatietatem: quod tene menti, quia ſeruit ad multa.

Locus

## LOCVS A' TEMPORE AD LOCVM, ET ECONTRA. XL.

PRæterea habemus in iure locũ à tempore ad locũ,& econtra,à quo ſumptũ argumentũ eſt probabile,frequens & utile,tex.eſt not.in l.uinũ.& ibi Bar. & doct.id not.ff.ſi cer.pet.& bonus tex.in l.fi.& ibi etiã Bart.ff.de tritica.& tex.in l.ratio.in §.ſi per uenditorẽ. & ibi etiam Bar.ff.de act.empt. & uult Bar.in l.qui plures liberos.ff. de uulg.& pupilla.& idẽ Bart.in l.miles ita.in §. & quia diximus.ff.de teſta.mil.& iſto argumẽto utitur Ioã.An.in regula In obſcuris.de reg.iur.lib.vj.in mercuria.& doc.in pluribus alijs paßibus,ut infrà patebit.¶ Et formatur hoc modo:ſicut eſt in tẽpore, ita eſt in loco: quẽadmodũ enim haberi debet ratio æſtimationis uel bonitatis rei, reſpectu tẽporis cũ de tẽpore facta eſt mẽtio, ut quia conuentũ fuit de uino uendito deliberãdo certo tẽpore:ita etiã haberi debet ratio æſtimationis uel bonitatis rei,reſpectu loci,cũ de loco facta eſt mẽtio : ut quia conuentũ fuit de deliberando uinũ uenditũ certo loco,d.l.Vinum. & d.l.fi.cum ſi. ¶ Et hinc dicit Panor.in c.Cũ eccleſia.de immu.ec.ꝙ ſicut actus ſpectãtes ad uolũtariã iuriſdict.poßunt fieri tẽpore feriato l.actus.C.de ferijs:ita etiã poßũt fieri loco in ſacro uel cõſecrato,arguẽdo à tẽpore ad locũ.& hoc etiã uoluit Bar. in d.l.actus.ubi per hoc dicit limitari c.decet. de immu.ec.lib. vj.ut ſolũ habeat locũ in actibus ſpectantibus ad iuriſdict. cõtẽtioſam,quod not.Per iſtud etiã ego pridẽ dixi in quæſtione de facto occurrẽte,ꝙ Flandrus, qui ante reductionẽ monetæ factã per regẽ Philippũ anno 1489. ꝓmiſit ſoluere in feſto Epiphaniæ,anno 1490. Machliniæ uel Louanij (in qbus locis moneta curſum habuit iuxta formã reductio

nis



nis regiæ) propter morã,quia nõ ſoluit intra mẽſem per ordinationẽ regiã præfixũ,in fauorẽ obligatorũ tẽpore leuis monetæ:& qa fuit facta mẽtio loci in quo debebat fieri ſolutio:tenebatur ſoluere in illo ualore,qui curſum habuit in loco deſtinatæ ſolutionis, licet alius fuerit ualor in loco ſui domicilij:quia cenſetur in loco deſtinatæ ſolutionis quo ad hoc cõtraxiſſe.l.Cõtraxiſſe.ff.de act.& obli.& hoc apertè uult Bar.quẽ omnes ſequuntur in l.Cunctos populos. C. de ſum.tri.& fi.cath.ſi bene põderetur.& Iaſ.in d.l.Vinũ. & ita fuit iudicatũ,quod tene menti.¶ Hinc etiã dicit Bal. in d.l.Qui plures liberos.in prin.ꝙ ſicut iuriſdictio poteſt cõcedi alicui ad partẽ tẽporis,puta,ad decẽ annos:ita poſſet cõcedi ad partẽ loci,puta,ꝙ iuriſdict.exerceat in una parochia & nõ in altera,arguẽdo à tẽpore ad locũ,de quo latius ibi per eũ.¶ Hinc etiã dicit gl.ord.ſing.in cle.ij. ſuper uer.Regularẽ,de cẽſi.ꝙ ſicut ex cauſa neceßitatis licitũ eſt comedere carnes tẽpore ꝓhibito(ut in quadrageſima) ita etiã tẽpore neceßitatis licitũ eſt comedere carnes ĩ loco ꝓhibito,puta,infra portã regularẽ carthuſienſium. ¶ Hinc etiã eſt,ꝙ ſicut ualet cõtractus die dominico uel feſtiuo celebratus,licet peccent cõtrahentes:ut eſt tex.not. in l.fi.C. de ferijs,quem ad hoc not.Bal.in c.j.de treug. & pace. Ita etiã ualet cõtractus in eccleſia celebratus, licet cõtrahentes peccent:ita dicit glo.or.ſing.in d. c. Decet.ſuper uerbo Proceſſus,quod tene menti.¶ Hinc etiã eſt,ꝙ ſicut debitor fugitiuus ſeu ſuſpectus de fuga poteſt capi tempore incongruo(puta,tẽpore feriato,uel die Dominico) nõ ut ſoluat, ſed ut caueat de iudicio ſiſti:ut eſt glo.ordin.ſing.in l. Dies feſtos.ſuper uerbo,Fideiuſſores,quam ibi approbant Bart. & alij.C.de ferijs.& idẽ Bar.in l.ait prætor.§.ſi debitorẽ.

ff.de

*ff.de his quæ in fraudem credito.& tempore nundinarum: ut ſingulariter dicit* Ange.*in d. l. dies feſtos: nec alibi legi. Ita etiã debitor ſuſpectus de fuga poterit capi in loco incongruo, uel aliàs prohibito de iure: arguẽdo à tempore ad locum, & ſic poterit capi in domo propria, & in eccleſia uel loco ſacro. ita ſingul. determinat* Iaſ.*in præalle. l. uinũ. & faciunt notata eleganter per* Alberic.*de* Roſa.*in rubr.* C.*de his qui ad eccle. confug. ubi ſingulariter uult, quod ſi ex forma ſtatuti debitor poſſet capi pro debito, prout obſeruatur in iſtis prouincijs: quod talis cõfugiẽs ad eccleſiã nõ debet ibi defendi: quia eſt perſona cõditionata quæ non debet defendi ab eccleſia. & idẽ tenet ipſe* Alb.*in j. parte ſtatutorum. q. cccix. quod tene mẽti: quia uidi de facto.* ¶ *Hoc tamen uolo te ſcire quòd iſtud argumentum à tempore ad locum, tunc demũ procedit, quando inter tempus & locum nõ eſt diuerſa ratio: aliàs ſecus. ita ſentit* Bal.*in l.* Vnica. C.*ubi de poſſeſ. aga.* Et *hinc not. dicunt* Inno.*&* Io.*and. in c.* Qualiter *& quãdo. ij. de accu. &* Specu.*in tit. de teſt. in* §. Iam *de interrogatorijs. in uerſi.* Et *no. &* Bal.*in l. presbyteri. in j. col.* C.*de epiſ. & cleri. &* Iaſ.*in d. l. uinũ, quòd teſtis non tenetur in tantũ recordari de tẽpore, ſicut de loco: quia tempus facilius excidit à memoria, quàm locus: quæ omnia tene menti, tanquam pulchra, utilia, & quotidiana.*

## LOCVS À PERSONA AD LOCVM ET ECONTRA. XLI.

PRæterea *habemus in iure locum à perſona ad locum, & econtrà: à quo ſumptum argumentum eſt probabile, frequens & utile: tex. eſt not. in l. j.* §. Offilius. *ff. ne quis eum qui in ius uoc. eſt ui exi. iuncta l. ij. e. tit. & bonus tex. in c.* Peruenit. *iuncto c.* Cum *eccleſia. de immuni. eccle.*

¶ Et *formatur hoc modo: ſicut eſt in perſona ita eſt in loco, & econtra: quemadmodum enim non habet locum edictum (ne quis eum qui in ius uoca. eſt ui eximat) quãdo eximitur perſona quæ uocari non potuit d. l. j.* §. Offilius. *ita etiam non habet locum dictũ edictũ, quando eximitur quis qui alibi uocatur, quàm ubi uocari debuit d. l. ij. ante fi. ubi caſus nota.* ¶ *Item quemadmodum pro tutella ciuium inſtante magna neceſſitate clerici debẽt uigilare, nec excuſantur ab excubijs. d. c.* Peruenit. *ita etiam inſtante magna neceſſitate poſſunt fortificari & incaſtellari eccleſiæ, pro defenſione ciuium: ut uolunt* Inno. Hoſtien. Panor. *& doct. in d. c.* Cum *eccleſia. ubi* Panor. *utitur hoc argumento à perſona ad locũ.* Quinimo *plus uoluerunt* Cy. Pau. *de* Caſt. *& doc. in l.* Nullus. C. *de ſum. tri. & fid. cath. uidelicet, quod etiã inuitis clericis eccleſia poteſt incaſtellari tempore neceſſitatis, pro ſalute & tuitione ciuium: cum hoc cõcernat publicã utilitatẽ, quæ præferenda eſt priuatæ: de quo ibi latius per eos: non tamẽ debẽt eccleſiæ incaſtellari ad offenſionẽ alicuius, ut ex eis fiant curſus & derobationes: ut eſt text. not. in c.* Sanctorũ. *in fi. x. q. ij. & uolunt doc. canoniſt. in d. c.* Cum *eccleſia. quod tene menti, quia eſt quotidianum.*

¶ Et *quemadmodũ dixi bonũ eſſe argumẽtũ in iure, à perſona ad locũ, & econtra.* Ita *etiã bonũ eſt argumentum in iure, à re ad locum, & econtra. tex. eſt nota. in l. pe. ff. de iuſti. & iure. & in l.* Si *quis ita legauerit. ff. de auro & arg. lega. & uult* Iaſon *in l.* Vinum. *ff. ſi cer. peta.* Sicut *enim dictio augumentatiua, poſita inter duo loca diſtincta, cõplectitur utrunque: ita etiam quando ponitur inter res omnino diſtinctas d. l.* Si *quis ita legauerit.* Et *illud argumentũ formatur*

x

matur, ut argumenta præcedentia: & procedit, quando eadem eſt ratio in utroq;, aliàs ſecus, per ea quæ latè dixi ſuprà, in loco à ſimili: & in locis ſuprà immediatè præcedentibus, quod tene menti, quia poteſt iudici ad multa.

## LOCVS A' TEMPORE AD TEMPVS. XLII.

PRæterea habemus in iure locũ, à tempore ad tẽpus, à quo ſumptũ argumentũ eſt probabile, frequẽs & utiliſsimum, ut infrà uidebis. Et formatur multipliciter ad multiplicem effectũ. ¶ Vno modo ſic, à præterito præſumitur circa futurũ. tex. eſt not. in regula Semel malus, cum ſua nota glo. & ibi Dy. de reg. iu. li. vj. & bonus tex. in c. Mandata. & in c. Scribam. & ibi glo. & doc. canoni. de præſump. & bonus tex. in l. ij. ff. de ſena. & in l. Si cui. §. Iiſdem. ff. de accuſa. unde ſemel malus, puta, periurus, contumax uel calumniãs, ſemper præſumitur malus in eodẽ genere mali: iuribus præal. & c. Paruuli. xxij. q. v. & c. Teſtimoniũ. de teſti. cum ſi. & per hoc dicũt Goffre. Io. An. Ioã. de Imo. Panor. & doc. in d. c. Scribam. quod cõtra eum qui negligẽter ſtuduit in iure cano. præſumitur quòd negligenter ſtudebit in iure ciui. & ecõtra. ¶ Iſta tamẽ præſumptio, quæ ſumitur à præterito ad futurũ, non eſt præſumptio iuris, & de iure, ſed præſumptio iuris tantũ: quia admittit probationẽ in cõtrarium: unde probato quòd ille qui ſemel fuit malus, pœnituerit iam amplius malus nõ dicitur. c. Ferrũ. 50. diſt. & c. Eam te. de reſcrip. et præal. c. Teſtimoniũ. Saluo quod ſemel periurus ad teſtimoniũ amplius non admittitur. d. c. Paruuli. & præal. c. Teſtimoniũ. & qui poſt abiuratã hæreſim iterũ deprehẽditur in hæreſi, amplius in gratiã non





recipitur. c. Ad abolẽdã. §. Illos uerò. de hæreti. & c. ſuper eo. eo. ti. li. vj. & hæc præſumptio malitiæ ex præterito delicto interdũ egreditur perſonã: & tranſit ad filios: quia qui patrẽ incõtinentẽ habuit, incontinẽs præſumitur. Et ergo illegitimus nõ promouetur, quia timetur crimẽ parẽtis in filios. c. j. iuncta gl. de filijs præſb. li. vj. & lvj. diſt. per totũ: unde uulgariter dicitur, ſæpe ſolet filius ſimilis eſſe patri, et ſequitur leuiter filia matris iter. ꝓ hoc. c. Venerabilẽ. iuncta gl. in uerbo Progenitores, de elec. & l. quòd ſi nolit. §. Qui mãcipia. ubi eſt tex. not. iũcta gl. ff. de ædilit. edic. quod tene menti. ¶ Secũdo iſtud argumẽtũ formatur aliter ſic, à præterito præſumitur circa præteritũ: tex. eſt no. in c. quia ſunt culpæ. xxviij. diſt. ubi ex eo quod aliqua mulier incõtinenter uixit, præſumitur ꝙ non fuit maritata, & per hoc dicũt ibi doc. quòd non præſumitur cõuerſus, qui focariã habuit, & bona propria poſſedit: & ueſte laicali utebatur: & ergo abbas poſt mortẽ eius non poterit ipſius bona uendicare, niſi aliter appareat quòd fuerit cõuerſus eccleſiæ: quod eſt notabile cõtra abbates, ꝗ auaritia excæcati ſub tali colore bona decedentiũ ſibi uſurpare conãtur. ¶ Hinc etiã ſing. dicit Specu. in ti. de præſump. in uerſic. Sed pone. quòd ſi aliquis minatus fuerit cuidã de occidendo eum, & ille poſteà reperiatur occiſus ſed neſcitur à quo: præſumptio eſt, quòd ille hoc fecit, qui minas intulit: quæ præſumptio ſecundũ eũ eſt ſufficiẽs ad torturã: & hoc dictũ refert & ſequitur Panor. in d. c. Scribã, & idẽ Panor. in c. literas. in ij. col. de præſump. Ioã. An. tamẽ in d. uerſi. Sed pone, requirit quod aliud iudiciũ adſit, quod tene menti, quia habui de facto. ¶ Tertiò iſtud argu. formatur aliter ſic, à præterito præſumitur circa præſens, iuribus ſuprà allega. & c. Cum in iuuentute.

de præſump.& c.Monachus.lxxvij.diſt.& l. Non omnes. §.A` barbaris.ubi eſt tex.not.ff.de re mili.in quibus iuribus habetur, quòd ſi quæritur de fama uel æſtimatione alicuius præſumitur bonus uel malus ſecundum uitam de præterito: & idem probatur in l.fi.iuncta gloſ.ff.de quæſt. cum ſimi. ¶ Ad hoc tamẽ quòd iſta argumẽ.procedat à præterito ad præſens requiruntur duo extrema, ſcilicet præteritũ uerũ, & hoc eſt extremũ à quo: & præſens poſsibile, & hoc eſt extremum ad quod: unde olim dominus, hodie præſumitur dominus: ut eſt tex.nota.in l.Siue poſsidetis.C.de proba.& pro regula tene, quòd in decem prædicamentis Ariſtotelis, ſcilicet ſubſtantiæ, quãtitatis, qualitatis, relationis, ubi, quãdo, actionis, paſsionis, ſitus, & habitus, ualet hæc argumẽtatio à præterito ad præſens, ſanè intelligendo prout infrà declarabo. Et quia hæc materia eſt quotidiana & ſæpe de ea tractatur in cauſis ſubijciam exempla. ¶ Et primò ponam exẽplũ de ſubſtãtia: quod enim olim fuit, hodie præſumitur eſse, niſi probetur cõtrariũ: tex.eſt not.in l.Teſtium. in fi.C.de teſti.& in l.ij.C.de teſta.& in l.Si quis ex argẽtarijs.§.fi.cum l.ſeq. ff.de eden.unde qui dicit peremptionẽ rei, quæ fuit, debet hoc probare: ut in dictis iuribus: & talis probatio fieri poteſt per neceſſarias probationes, per probabiles, & per iudicia. ¶ Exemplũ primi, ut cum teſtes inducti ad probãdũ hominẽ uel animal (de quo agitur) mortuum, dicunt directo quòd uiderunt hominẽ uel animal (de quo agitur) mortuũ, uel quod uiderunt eum euiſceratũ, ubi de neceſsitate naturæ ſequitur quod ſit mortuus: uel inducti ad probandũ hominẽ mortuũ, tempore quo fecit teſtamentũ, dicũt quòd tunc erat captus ab hoſtibus, & poſteà ibi mortuus eſt: unde de neceſsitate iuris ſeqtur, quòd tẽpo-





re teſtamẽti erat mortuus.l.lege Cornelia.ff.de teſta. cũ ſi. ¶ Exemplum ſecundi, ut quia teſtes dicunt hominẽ, de quo agitur, natum eſſe, iam ſunt centũ & decẽ anni. Nam ut in pluribus tam ſecundũ naturã, quàm ſecundum diſpoſitionẽ iuris præſumitur deſijſſe eſſe: quia longiſsimũ tempus uitæ hominis, eſt centũ annorũ. l.An uſufructus. ff. de uſufruct. & l.fi.C.de ſacroſan.eccle.& l.Proponebatur. ff. de iudi. ¶ Exemplum tertij, ut ſi probatur de morte hominis, eſſe famam antiquã: quia ut in pluribus talis fama ſi multo tempore durat & aliqua ueriſimilitudine cõprobetur reperitur uera.iuxta not.per glo.& doc.in l.Si quidẽ.C.ſolu. matri.& per glo.& doc.cano.in c.Quoniam frequenter.§.Si uerò.ut lite non conteſta.& per docto.in c.In præſentia.de ſponſ.& in c.ij.de ſecun.nup.cum ſimil. ¶ Viſo per exempla quomodo procedit argumentatio à præterito ad præſens, in prædicamentato ſubſtantiæ: reſtat hoc idem declarare in prædicamento quãtitatis, & quod hoc ſit uerũ patet ex eo, quia quantitas rerũ, quæ fuit in depoſito uel in legato uel in alia obligatione, præſumitur etiã hodie eſſe, niſi probetur directè uel per obliquũ, quòd facta eſt diminutio eius uel augmentũ.tex.eſt no.in l. Iuriſgentiũ.§.Adeò.ff.de pac.& in l.iij.§.Conditio.ff.de adi.lega.& in l.Quinquaginta.ff.de proba.& in l.j.C.eo.ti. in quibus iuribus reperies exempla. ¶ Et idem uidere poteris in prædicamento qualitatis, ut qualis quis quõdã fuit, ſiue bonus, ſiue malus, ſiue pauper, ſiue diues: talis hodie præſumitur niſi aliud oſtendatur directè uel per obliquum iuribus ſuprà in princ. allega. Et d. l. Non omnes. §. A` barbaris. & auctent.ſed quàmuis. C. de rei uxo.actio. & in corpore unde ſumitur, & ibi nota.per glo.& doct.& hinc dicit Petr. de Ancha.

in conſilio lxiij.incip. In Chriſti,&c. motiua iudicis, &c.
quod ſemel excõmunicatus præſumitur hodie excõmunica-
tus,niſi conſtet de abſolutione: & ibi utitur hoc argumẽto
à præterito ad præſens,quẽ omnino uide. ¶ Hinc etiam eſt,
quòd ſi quis olim fuit furioſus uel incompos mentis, præ-
ſumitur etiam hodie talis: & ergo ille qui dicit eum hodie
eſſe ſanæ mẽtis,debet hoc probare: & ſi nõ probauerit,de
bet actus per talem geſtus poſt furorẽ declarari inualidus:
quia furor ſemel accidẽs præſumitur adhuc adeſſe, niſi pro
betur contrariũ.ita dicit glo.ord.ſing.in c.fi.in uerbo. Cõ-
potem,in fine.& ibi Card.& Panor.eam multũ cõmendãt.
de ſucceſſ.ab inteſta.& not.per gl.& doc.in c. Indicas. iij.
q.ix.hoc etiam uolunt Pe.de Anch.& Card.in cle.unica.de
homici.quod tene menti:quia ſæpius habui de facto:& Pe.
de Anch.in cle.unica.dicit ſe ſic conſuluiſſe:de quo etiã ui-
de per Ioã.de Imo.in l.Qui teſtamẽto.§.Nec furioſus.ff.de
teſta. Idem etiã uidere poteris in prædicamento relationis,
ſiue ad aliquid: nam ſi conſtat aliquẽ fuiſſe patrẽ relatione
facta ad filiũ,etiã hodie præſumitur eſſe & ecõtra: & idẽ
in domino & ſeruo:patrono & liberto, & in alijs ſimili-
bus relatiuis: unde qui dicit eum deſijſſe eſſe talẽ,debet hoc
probare directè uel per obliquũ:ut eſt tex.in l.Matrẽ. C.de
proba.& in l.De ancilla. C.de libera.cau. & in l. Si filius.
& in l.Quidã.ff.de proba. ¶ Hinc etiam eſt,ꝙ ille qui fuit
olim filiusfamiliâs,& in poteſtate patris,præſumitur in du
bio adhuc hodie eſſe filiusfamiliâs.ita dicit gl.ordi.no.ſi be-
ne põderetur in l.Sed & ſi de ſua.in prim. ff.de acqui.hære.
Et ratio iſtius eſt, quia pater præſumitur uiuere centũ an-
nis,ut ſuprà dixi: nec filius præſumitur emancipatus,uel in
adoptionem datus:quia hoc eſt facti:facta autem non præ-





ſumuntur.l.Quæcunque.§.fi.ff.de publicia. & ſic ex parte
allegantis quem eſſe filiumfamiliâs, non eſt neceſſaria ali-
qua probatio, poſtquam conſtat eum aliquando fuiſſe fi-
liumfamiliâs per cõfeſſionem partis aduerſæ,uel aliâs: quia
ex quo allegans habet præſumptionem iuris pro ſe,non te-
netur probare:quia præſumptiones legum ſunt lucidiſſimæ
probationes,& ſufficiũt ad uictoriam reportandam:ut eſt
glo.ord.ſing.in l.Si tutor petitus. & ibi Bal.Salic. & doc.
not.C.de peri.tuto.& nota.per glo.in l. Abſentem.in prin.
ff.de pœnis.& eſt bonus tex.iuncta glo.in l.Omnes.§. Lu-
cius.ff.de his quæ in fraudem credito. & nota. per Bart.in
l.In illa ſtipulatione ſi calendis,circa finem. ff. de uerbo.
obliga.& dixi plenè ſuprà in loco à ueriſimili, ubi recur-
re:& iſtud punctualiter tenet Ang. in d.l.Sed & ſi de ſua
quã legit ſub.l.Hæres.& hoc dictũ gloſ.& Ang.refert &
ſequitur Barthol.Verõ. in cautela ſua clxiiij. Et hoc tene
pro Euangelio, quicquid dixerint doc.nouiſſimi in præal.l.
Sed & ſi de ſua.quorũ motiua non ſtringũt,ſi bene perpẽ-
dantur:quod tene menti:quia eſt quotidianũ, & faciet tibi
honorẽ,ſi ſciueris practicare:nam infiniti ſunt actus prohi
biti filijsfamiliâs,ad quorũ annullationẽ ſufficit allegare &
probare quòd ille qui geſſit actũ fuit filiusfamiliâs: niſi ex
aduerſo probetur eũ deſijſſe eſſe talẽ,& ſic uides quòd bo-
na eſt argumẽtatio à præterito ad præſens,in prædicamẽto
relationis ſeu ad aliqd. ¶ Et idẽ uideri poteſt in prædicamẽ
to ubi,nam circa exiſtentiam rei uel perſonæ uera eſt regu-
la,quòd ubi(id eſt in quo loco)res olim fuit,et nũc eſſe præ
ſumitur:ut eſt text. pulcher in d.l.Si quis ex argentarijs. §.
penul. unde qui dicit alibi eſſe, hoc probare debet directè
uel per obliquũ,ut ſuprà dictũ eſt. Hoc tamẽ intellige ſanè

capiendo, ubi, largo modo: puta, in qua ciuitate, in qua uilla uel quarterio: nec te reſtringas ad unum angulũ: quia in rebus, quæ naturaliter mouentur, eſſet falſum: nec etiã in fugitiuo uel errone uel naui, quæ in mari eſt, habet locum hæc præſumptio: quia conſuetudo fugitiui uel erronis uel nauis eſt nunquã in eodem loco permanere. l. Quis ſit fugitiuus. ff. de ædil. edic. & l. Cæſar. ff. de public. ¶ In prædicamento autẽ quando, ut in ætate, eſt diſtinguendũ: quia quædam eſt ætas mobilis, quædam immobilis. ætas mobilis eſt ætas minor, quæ mouetur ad maiorẽ: ſicut naturaliter omne imperfectum mouetur ad ſuam perfectionem naturalem: & tunc non habet locum præſumptio ſeu argumentatio à tempore præterito ad præſens, propter naturæ neceſſitatẽ: quia ſolo curſu temporis ætas mutatur, ut dixi. Quædã autẽ eſt ætas immobilis: uerbi gratia, poſtquam quis eſt perfectæ ætatis immutabiliter, & ſemper eſt uerũ poſteà formare iſtã propoſitionem, iſte eſt ætatis legitimæ: & tunc bene procedit argumentatio à tempore præterito ad præſens: quia quod non poteſt à ſuo eſſe remoueri neceſſe eſt ueritatem continuare. ¶ In prædicamento autẽ actionis ſimiliter procedit hæc argumentatio, inquantum ad ipſum agere uel actũ qui habet ſuos terminos naturales: nam agere hominis non poteſt eſſe continuum ſecundũ naturam. l. Seruitutes. in prin. ff. de ſeruitu. & l. Foramẽ. ff. de ſerui. urba. prædi. unde qui olim procurauit, uel litigauit, uel geſſit, uel aliqd aliud egit, non ideò præſumitur hodie id facere, quantum ad ipſum agere: ſed quantũ ad ipſum uelle, ſeu qualitatẽ mentis, præſumitur perſeuerãtia, nec præſumitur, mens mutata à principio ſui eſſe, unde illo reſpectu bene procedit hæc argumẽtatio. d. l. Si cui. §. Iiſdem. & præall. l. Non omnes. §. A barbaris.



baris cum alijs iuribus ſuprà in prin. allega. & hinc rectè dicit tex. in l. Amplius. ff. rem rat. hab. q aliud eſt agere, & aliud eſt agere uelle. hinc etiã rectè dicit gl. or. in c. j. de colluſ. detegẽ. quod Deus nõ eſt remunerator nominũ, ſed aduerbiorũ: quia non ſufficit aliquid facere, niſi bene fiat: nec cenſetur bene fieri, niſi ex bono animo fiat, ut dicit tex. pulcher in c. Non ſatis. lxxxvj. diſt. ¶ Itẽ etiã uidere poteris in prædicamẽto paſſionis, habito reſpectu ad paſſionẽ animi: unde qui olim fuit amicus uel inimicus, etiã hodie talis præſumitur, niſi directè uel per obliquũ contrarium probetur: tex. eſt not. in l. In ipſius. C. famil. herc. & pulcher tex. in d. l. iij. §. fi. ff. de adimen. lega. & hinc uulgariter dicitur, inimico reconciliato ne des fidem: de quo eſt text. in c. Accuſatores. iij. q. v. ille enim qui iraſcitur & aliũ odit uel diligit non dicitur agere ſed pati: & ideò talia à philoſophis appellantur paſſiones animi, ſecus uerò eſt, ubi quis patitur iniuriam per uerba uel alios motus extrinſecos: quia non ſequitur, quis eſt percuſſus, ergo nũc percutitur: uel febricitauit, ergo nũc febricitat. ut ꝓbatur in l. Maritus. iũcta ſua no. gl. ff. de loc. paſſiones enim intrinſecæ & mẽtales præſumuntur cõtinuæ: ſed paſſiones prouenientes ab actu extrinſeco & corporales non præſumuntur continuæ, ut lucidè uideri poteſt in iuribus præal. ¶ Hoc idem etiam uideri poteſt in prædicamento ſitus: nam ſi conſtat rem immobilem ſitam fuiſſe infra certos terminos ſeu limites, præſumitur etiam hodie ibi eſſe ca. Ex literis. de proba. niſi probetur directè uel per obliquũ deſijſſe eſſe in loco per mutationẽ terminorum, ut quia fundus auctus eſt, uel diminutus, uel à flumine, uel ab homine. l. Si quis duas. §. ij. ff. commu. prædio. & l. Si locus. ff. quemadmodum ſerui. amitta. nam quod

 olim

olim fuit iuxta uiam, hodie poteſt eſſe iuxta flumẽ. d.l.Si locus. & ſic de alijs ſimi. ¶ Hoc etiam poteſt cõtingere per rei ueritatẽ: ut quia domus, de qua quæritur, eſt deſtructa l.Domũ.ff.de contrah.emp.uel quia fundus caſmate perijt. l.Verum.§.Sciendũ.ff.de mino. & ſic deſijt eſſe in loco, in quo prius erat: quia deſijt eſſe in ſubſtantia, & qui talẽ mutationẽ allegat, debet eam probare: ut eſt text.pulcher in l. In finalibus.& in l.Eos.ff.fin.regũ.& in l.j.& ij. C.eo.ti.

¶ Et idem uideri poteſt in prædicamento habitus: nam qui ſemel habuit, præſumitur & nunc habere, & qui allegat priuationem uel perditionẽ, debet probare: ut eſt text.in l. Nec creditores.C.de pigno.actio.& in l.j.C.de non nu.pecu.& in l.Veluti.ff.de edend.cum ſi. unde qui ſemel habuit ciuilitatem & nunc præſumitur habere, & qui ſemel habuit dominiũ, uel poſſeßionẽ & nunc præſumitur habere. d.l.Siue poßidetis cum diſtinctione tamen, quã ſtatim ſubijciam: quod bene explicat Bar.in l.Ex perſona. C. de proba.& in l.De quibus.in pe.& antepe.col.ff. de legi. & in l.Data opera. C. de accuſa.ubi declarat, quòd in omnibus huiuſmodi decẽ prædicamẽtis, teſtis poteſt deponere falſum, quẽ omnino uide: & uide etiã Feli.in d.c.Scribam.ubi aliquid ponit, ut tamen plenè habeas notitiã dicti quotidiani articuli An, & Quando, quod olim erat, hodie præſumatur eſſe, melius et perfectius quàm tãgatur per eos, ſic diſtingue, Aut quæritur de eo quod ſolo tractu tẽporis mutatur, ut in ætate mobili, & tũc quod fuit olim, hodie non præſumitur: ut eſt tex.pulcher in l. Si te minorẽ.C.de in integ.reſt.mino. Aut quæritur de eo quod ſolo tẽporis tractu nõ mutatur, & tũc ſubdiſtingue, Aut quæritur de eo quod mutatur à natura, & tunc illud præſumitur ſemper eſſe, ni-

ſi pro



ſi ꝓbetur cõtrariũ iuribus ſuprà alleg. Aut quæritur de eo, qd' per accidẽs euenit ex poſtfacto: & tũc aut quæritur de uirtutibus antiqs: & tunc qd' olim fuit hodie præſumitur. Quinimo ĩcremẽtũ ꝑ cõtinuũ exercitiũ recepiſſe creditur: ut eſt tex.pulcher in l.Legatis ſeruis.§.Ornatricibus. ff.de leg.iij.& in d.l. Nõ omnes.§.À barbaris. Aut quæritur de uitijs, & idẽ: qa ſemel malus ſemꝑ præſumitur malus, iuribus ſuprà in prin.alle. Aut quæritur de alicuius rei dñio, & idẽ: qa ſemel dominus ſemꝑ præſumitur dominus, niſi cõtrariũ ꝓbetur. d.l.Siue poßidetis. & l.Id qd' noſtrũ.ff.de reg.iur. Et ratio eſt: quia illud difficulter mutatur l. Si quis ui. §.Differentia. ff.de acquir. poſſ. & d.l. Id quod noſtrum. Aut quæritur de poſſeßione quæ de facili perditur, & tunc diſtingue, Aut ille qui olim poſſedit, negat ſe de præſenti poßidere, Aut affirmat, & aſſerit ſe de pñti poßidere, Aut nec affirmat nec negat. ¶ Primo caſu, aut ipſe negãs habet cauſam ab actore, & tũc præſumitur poßidere: tex.eſt no. in l.Si creditor.C.de pig.act. aut nõ habet cauſam ab actore: & tunc aut probata eſt poſſeßio tẽpore initij litis, & tũc res eſt clara, quia præſumitur hodie poßidere. text.eſt iuncta gl.in l.Nõ ignorabit.C.ad exhiben. Aut probata eſt poſſeßio de anteriori tẽpore: et tũc ſunt opiniones inter antiquos gloſſ. Nã Placen. & Hugolinus dixerũt, quòd præſumitur etiã hodie poßidere. Io.autẽ & Accurſ.tenẽt contrariũ in d.l.Nõ ignorabit.& in præal.l.Siue poßidetis. Sed pro cõcordia dictarũ opinionũ, poteſt probabiliter ſic diſtingui: Aut illud tẽpus anterius eſt de proximo ſeu de recenti: & præſumitur etiã hodie poßidere d.l.Nõ ignorabit. ſecũdũ unã lecturã.& l.Si rẽ.ff. de excep.rei iud.niſi de alio poßeßore doceatur: quo caſu, ſi is qui poßidebat dolo deſijt

poßide

poßidere,habetur pro poſſeſſore.l.Quod ſi dolo.& l.Si is qui.ff.de rei uendi.præſumitur autẽ dolo deſijſſe poßidere, ſi lite mota deſijt poßidere,niſi contrarium probet:ut d.l.ſi rem. Aut illud tempus anterius,non eſt de recẽti uel de proximo:& tunc non præſumitur poßidere: quãdo autem dicatur de recenti,uel de proximo,ſiue de antiquo,iudicis arbitrio relinquendum eſt:arg.l.j.ff.de iure delib.qui ex qualitate facti & rei cuius poſſeßio debet probari,poterit arbitrari iuxta eleganter not.per Sali.in præalle.l.Non ignorabit,quem omnino uide. ¶ Secundo caſu quãdo affirmat ſe poßidere,& ad probationẽ præſentis poſſeßionis induxit teſtes,qui probãt de anteriori poſſeßione:tunc ſi quæritur an ex illa poſſeßione ſic probata,præſumatur præſens poſſeßio? Dico breuiter quòd ſic.Ita tenet gl.ord.no.in d.l. Siue poßidetis.Sed hoc ſingu.limitatur per Sali.in d.l.Non ignorabit.niſi infrà tempus poſſeßionis probatæ, & præſentẽ aſſertiorẽ cucurrit tantũ tempus,quod poſſeßio dicatur perdita ex iuris diſpoſitione,quod tempus eſt maius & minus ſecundũ rei qualitatẽ, & eius conditionẽ, ut ipſe idẽ not.in l.j.C.de ſeruis fugiti.nam minori tempore poſſeßio perditur in re mobili,quàm in re immobili: & etiam quandoque in immobili perditur per negligentiam biennalem ut uideri poteſt in prædio tributario. l. Qui agros. C.de omni agro deſer.lib.xj. ¶ Tertio caſu,quãdo nec affirmat nec negat:tunc dico quod præſumitur poßidere: ex quo nõ apparet alium poßidere, uel ex quo nõ apparet eum tanto tempore neglexiſſe ad poſſeßionẽ accedere, quod præſumitur mediante obliuione poſſeßionẽ perdidiſſe. l.peregre.cũ ibi not. ff.de acqui.poſ.cum ſi.quod tene menti. ¶ Quarto iſtud argumentum poteſt formari alio modo ſic,à præſenti

præſu



præſumitur circa pñs.c. Qui crimẽ.vj.q.j.& c.j.de accuſ. unde ſi qs de præſenti eſt criminoſus, præſumitur cõtra eũ quod accuſat non bono zelo: iuribus ſuprà proximè alleg. ¶ Hinc etiã eſt,quod cõfeßioni cõfitentis cõtra ſe crimen nõ ſtatur regulariter aduerſus alios ſuos complices : ut eſt tex.in l.fi.cũ ibi no.C.de accuſ.& in c.j.de cõfeſ.ubi de hoc uide latius. ¶ Quintò iſtud argumentũ poteſt formari alio modo ſic,à præſenti præſumitur circa futura. c.Si quis diaconus 50. diſt.unde ſi quis de præſenti eſt negligẽs ſeu incõtinens,præſumitur quod talis erit in futurũ,& ecõtra,hodie diligẽs,præſumitur in futurũ diligẽs.d.c.Si qs diaconus. ¶ Sextò iſtud arg.formatur alio modo, ſic,à præſenti præſumitur in præteritũ.tex.eſt not.in l.Si ij qui.& ibi Bal.C. de adul.& pulcher tex.in d.l.Ex perſona.& ibi etiã Bal.et bonus tex. in auct.de reſti.& ea quæ parit in xj.menſe.§.j. coll.iiij.& ibi gl.cũ ſi.unde q nunc nõ eſt ſoluẽdo præſumitur retrò nõ fuiſſe ſoluendo:niſi cõtrariũ probetur d. l. Ex perſona.cũ ibi no.& qui nũc eſt incõtinẽs,præſumitur retro fuiſſe incõtinens:ut eſt pulcher tex.in c.cum per bellicã.xxxiiij.q.ij.Ad hoc tamẽ,ut hæc argumẽtatio ꝓcedat à pñti ad præteritũ reqritur extremũ à quo uerũ:ut eſt ſtatus præſẽs: et extremũ ad qđ poßibile:ut eſt ſtatus tẽporis præteriti.Et huiuſmodi præſumptiõe frequẽter utũtur iura,tũc,ſcilicet qñ ſi nõ præſumeretur præteritũ, parũ operaretur præſens:Verbi gratia, ſi ille qui eſt in poſſeßione ſeruitutis,nõ præſumeretur retrò ſeruus,parũ operaretur & ꝓdeſſet domino præſens poſſeßio : quia præſumeretur uiolẽta,clãdeſtina uel momẽtanea: & ideo lex ſtatuit quod ex præſenti præſumatur in præteritũ,ne aliàs obrũperetur effectus tẽporis præſentis,ut patet in l.Liberis.§.fi.ff.de liber.

ber.cau.& in l.Circa.ff.de proba.¶ Vt tamē plenè habeas quādo hæc argumētatio à præſenti ad præteritū procedat, dicas hoc modo. Aut loquimur in materia neceſſaria, aut in materia impoßibili ſtare in eodem ſtatu, aut in materia cōtingēti. ¶ Primo caſu procedit argumētatio à præſenti ad præteritū, uerbi gratia, Sum hodie minor: ergo ex neceßitate naturali ſequitur, quòd retrò fui minor: & cōcludit iſta probatio de neceßitate l.minor xxv. annis ex aſpectu. ff.de mino. Item de neceßitate ſequitur, ſum natus: ergo fui cōceptus.d.§.j.in auct.de reſti.& ea quæ pa.in xj.mēſ. coll.iiij. ¶ Secundo caſu argumentū à præſenti ad præteritum non procedit: unde ſi hodie ſum maior, non ſequitur, ergo in præteritū fui maior.d.l.Si minorē.& l.Cum te.C.de proba. ¶ Tertio caſu ſubdiſtingue, quia aut ſtatus præſens poteſt cōcurrere cum naturali ueritate antecedētis ſtatus: & tūc ex præſenti præſumitur in præteritū: ut in d.l.Liberis.§.fi. Aut ſtatus præſens non poteſt cōcurrere cū ueritate antecedētis ſtatus: & tunc ſecus. Exempli gratia: eſſe prudentē uel literatū eſt quoddā cōtingēs: & iſtud non poteſt cōcurrere cum ueritate primi ſtatus hominis: quia nemo naſcitur prudēs: nemo oritur literatus, cū iſti ſint habitus acquiſiti non innati: ut eſt tex.pulcher in l.Stichus.ff.de lega. iij. & tūc ex præſenti non procedit argumētatio ad præteritū. Et hinc eſt ꝙ, ſi papa mādat alicui prouideri de beneficio, ſi cōſtiterit ipſum eſſe doctorē legum, uel literatā perſonā: licet tempore datæ præſentationis literarū appareat ipſum eſſe doctorē uel literatū, tamē nō præſumitur eū retro fuiſſe talē, & ergo ſibi non prouidebitur de beneficio, niſi doceat ſe fuiſſe talē tēpore datæ literarū, quæ in hoc eſt inſpiciēda.c. Si eo tēpore.de reſcrip.li.vj.& cle.literas.cum ibi not.eo ti.

& idem



& idē in ſimilibus eſt dicēdū. Quædā enim eſt qualitas intrinſeca cū qua homo naſcitur, ſcilicet ꝙ aliquis ſit caſtus, pacificus, ſobrius, et bonus: & hāc quis præſumitur habere niſi cōtrariū probetur.c.fi.de præſump.& c.Vnico. cū ibi no.de ſcrutinio. Quædā autē eſt qualitas extrinſeca: ut literatura, gradus & ſimiles: & talis qualitas nō præſumitur, niſi ꝓbetur: ita dicit gl.or.no.in c.Si forte, ſuꝑ uer. Sciētiæ, de elec.li.vj.& uolūt Bal.Sali.& doc.in d.l.ex perſona. & eſt de mēte eiuſdē Bal in præal.l.Hi qui. Hinc etiā in ſimili dicimus, quòd ſolēnitas intrinſeca præſumitur.§.fi.Inſti.de fideiuſ.& l.Sciendū.& ibi habetur plenè per doc.ff.de uerbo.obl.ſed ſolēnitas extrinſeca nō præſumitur præal.l.quæcunq;.§.fi. ff.de publi.quæ omnia tene menti tanquam pulchra, utilia, ſingularia, & quotidiana.

## LOCVS A' PARI. XLIII.

PRæterea habemus ī iure locū à pari, à quo ſumptū argumētū nedū eſt ꝓbabile ſed forte, utile, & ualde frequēs.tex.eſt not.in l.ſi ſocer à genero. in prin.& ibi gl.no. ff.ſol.mat.& bonus tex.in l.de qbus.circa fi.& ibi Ang.declarat in vj.not.ff.de legi. & pulcher tex.in l.ſi de eo. §.fi. & ibi gl.Pau.de Caſ.& doc.tangūt.ff.de acqui.poſ.& bonus tex.in l.j.§.ueteres.ff.de acqui.poſ.& ibi gl. uulgata dicit, quòd aſinus intumeſcit, cū uidet ſe à cōpari apprehēdi: nec mirū: quia par in parē nō habet imperiū.c.Innotuit. de elec.& l.Iabeo.§.tractemus.cū ſeq. ff.de arbi. ¶ Et poteſt formari tripliciter. Vno modo ſic: pariū eadē eſt natura, uel ſic: Pariū eadē eſt potētia, et nō maior, uel ſic: à pari potētia cauſæ, par effectus ꝓcedit: iuribus ſuprà alle.et iſto arg. utitur glo.ord.in c.unico de æta.& quali.ord. li.vj.iſto argumen

gumen

gumento etiam utitur Bal.& Pau.de Caſ.in l.Aduerſus.in pulchra.q.C.ſi aduerſ.rem iudi.& Albe.de Roſa.in ij.parte ſtatu.q.ij.in pulchra & quotidiana q.Circa quod adde, & hic repete quod dixi ſuprà in loco à ratione legis larga, ampla,ſeu generali,ad extenſionẽ ipſius legis: & quæ dixi ſuprà,in loco à ſimili, & quæ dicam infrà, in loco à proportione,in quibus locis reperies, ꝙ eſt reperire ſimilitudinem rationis,& illo caſu procedit argumẽtũ à proportione.Item quod eſt reperire paritatẽ potentiæ cauſæ: & illo caſu procedit iſtud argumentũ à pari.Item quod eſt reperire identitatẽ uel maioritatẽ rationis,& tunc procedit argumentũ à ſimili:& argumentũ à ratione legis larga, ampla,ſeu generali ad extenſionẽ ipſius legis: & quæ ibi dixi. quia ubi eſt eadẽ uel maior ratio,ibi debet eſſe idẽ ius,& eadẽ iuris diſpoſitio.l.Illud.ff.ad l.aql.& l.A` titio. ff.de uer. obli.quod tene mẽti.Item ſcias,quòd iſtud argumẽtũ à pari ſemper procedit in correlatiuis: quia regula correlatiuorum eſt regula pariũ.l.Iulianus.§.Si procurator.in fi. ff.de actio.emp.quam ad hoc not.Bal.in l.Cum te in Gallia.C.ſi cer.pet.& dicam infrà,in loco à correlatiuis,ubi recurre.

## LOCVS A` DIFFINITIONE AD DIFFINITVM. XLIIII.

PRæterea habemus in iure locũ à diffinitione ad diffinitum,à quo ſumptũ argumẽtũ nedũ eſt probabile, ſed neceſſariũ.l.j.§.Dolũ.et ibi Bar.no.ff.de dolo.& l.fi.iũcta ſua gl.ff.de uer.ſig.& xxvij.q.ij.in prin.& probatur in c.Dudũ.ij.poſt prin.de elec. ¶ Et formatur duplic.Vno modo affirmatiue,ſi diffinitio cõuertitur cũ ſuo diffinito, ergo eſt bona,uel ſic,Cui cõuenit diffinitio,cõuenit & diffinitũ.

Secun



¶ Secundò formatur negatiuè, ſic,Cui non cõuenit diffinitio,non cõuenit etiã diffinitum:uel ſic, Diffinitio non conuertitur cum diffinito, ergo non eſt bona: ut probatur in d.iuribus.& facit.l.Omnis diffinitio cum ibi not. per glo. ff.de reg.iu.Et ratio iſtius eſt:quia diffinitio debet euacuare diffinitũ, ſecundũ genus & ſubſtantiales differentias: aliâs nõ eſt bona:ut bene declarat Bar.in l.j. ff.de teſta.et iſto argumẽto utitur gl.ord.Inſti.de oblig. in prin.& glo. ord.in l.j.ff.de cap.dimi.& glo.ord.in rubr.extra de ſum. tri.& fi.cath.& ibi tangitur per Panor. Ioan.de Imo.& alios cano.Iſto argumẽto etiã utitur Bar.in repe.l.Si is qui pro emptore.in j.q.princ.ff.de uſucap.& Bal.in l.Maximũ uiciũ.C.de lib.præte.ubi inter alia dicit, ꝙ diffinitio eſſentiã,deſcriptio uerò rei intelligentiã claudit. Iſto argumẽto etiã utitur Pau.de Ca.in l.j.in prin.ff.de leg.j.& idẽ Pau.de Ca.in conſi. xix.in antiquis incip.Præſens dubium uidetur determinari.& Alex.de Imo.in l.j.in ij.col.cũ pluribus ſeq.ff.de acqui.poſſeſ.circa diffinitionẽ poſſeſſionis. Iſto argumẽto utuntur etiã Card. Panor. & alij in rub.de iudic.circa diffinitionẽ iudicij.& doc.in pluribus alijs paſſibus,quos cõmemorare magis eſſet laborioſum quàm ſubtile:ut in ſimili dicit gl.ord.in l.j.ff.ſol.ma.& in l.In honorarijs.ff.de act.et obl.qđ tene mẽti,& uide qđ dixi ſuprà in loco ab ethymologia uocabuli,qui fraternizat cum iſto.

## LOCVS A` RVBRO AD NIGRVM. XLV.

PRæterea habemus in iure locũ à rubro ad nigrum, à quo ſumptũ argumentum eſt probabile,frequens & utile,tex.eſt in l.j.& ibi not.per Bar. Bal.Ang. Sali.Paul. de Ca.

y

de Caſt. Alex.de Imo. Iaſon.& doc. ff.ſi cer.pet.& bonus
tex.in.§.hæc autē uerba.& ibi glo.de pœni.diſt.j.& eſt bo
na glo.in l.j.circa ſi.C.ne fideiuſ.dot.dentur.& bona glo.in
aucten.nullū credentē agricolæ. & c. Super uerbo omnes.
colla.iiij.& glo.in auctē.ad hæc.C.de uſur. & bona glo.in
l.Vnica.ſuper uerbo, Ex uicaria.C.de profeſſ.qui urbe Cō-
ſtāti.li.vij.& gl. in l.Ius emphyteotici. C. de fundis patri-
mo.li.xj. Hoc argumēto utitur etiā gl.in auct. minoris de-
bitor,in fine.C.qui dari tut.poſſ.& de eo habetur per Bar.
& alios in l.j.ff.de confir.tut.& per Cy.in l.ij. C.eo. ti.&
per Ant.de Bu.Ioā.de Imo.Panor.& doc.canoni.in procœ-
mio compilationis Gregorianæ.& per Bal.in rubri. extra
de ſum.tri.& fide.catho.& per Panor.in c.ex parte M.do
mine.de appel.& per Spec.& Io.An.in ti.de diſpu.& al-
leg.§.fi.in fi. & per Io.de Imo.in rubri.ff.de uerb. obli.&
per Ange.de Are.in rubri.Inſtitu.& per Iaſon.Inſti. de a-
ctio.in rubri.& per gl.ord. in procœmio ſexti,ſuper uerbo
Titulis. Quæ ſingulariter dicit quòd rubricæ ſunt de textu,
adeò quòd ſcriptor qui promiſit ſcribere librum, teneatur
etiā ſcribere rubricas:& idē eadē ratione dici poteſt in ſu-
praſcriptione legis uel canonis:& ita decidit glo.ordi.in l.
Propter inſidias.C.qui accuſ.nō poſſ.quā ad hoc ponderat
Ludo.de Ro.in repet.auctē. ſimiliter.in xxxiij.ſpeciali piæ
cauſæ circa ultimas uolūtates.C.ad.l.Falci.cui addo aliā gl.
in l.j.C.de metalla.& metall.lib.xj. ¶ Et iſtud argumētū, à
rubro ad nigrum poteſt formari quadrupliciter, ad quadru
plicē effectū. Vno enim modo poteſt allegari rubrū diſpo-
ſitiuè, ſicut ipſum nigrum: quando oratio eſt perfecta &
conſonat nigro. Hinc quotidie allegamus, ut in rubro &
nigro, ut nemo in ſua cauſa ius ſibi dicat, & in rubro & ni-
gro,



gro, ut eccle.bene.ſine di. conferan. & in rubro & nigro,
ut nemo inuitus agere uel accuſa. coga. & in rubro & ni-
gro, quod quiſq; iuris in aliū ſtatuit, ipſe eo iure uta. & ſic
de infinitis alijs. Omnes enim rubricæ conſonantes textui
poſſunt allegari pro textu.ita dicit Bal. in rubri.C. an ſer-
uus ex ſuo facto.& eſt de mente glo.ordi.not.in rubri. ff.ſi
quis teſta.liber eſſe iuſſus ſue. Et quandocunq; rubrica in-
cipit per, Vt, uel per, Ne, tunc decidit & habet uim text.
Quando uerò rubrica incipit per, An, tunc ponitur in mo
dum quæſtionis. text.autem uel nigrum decidit ſecundum
Bal. in d. rubrica. C.an ſeruus ex ſuo facto. Imò quod plus
eſt, omnis rubrica continēs orationem perfectam, & præ-
cipiens certum quid fieri, uel prohibens non fieri, etiam ſi
non incipiat per, Vt, uel per, Ne, dicitur continere ius
cōmune, & poteſt allegari ut lex.ita notab. ſentit Hoſti. in
ſumma, in d.rubr. Vt eccle.be.ſine di.cōfe.& ſequitur Fe-
li.in rubri. Vt lite non conteſta. & exemplificant de rubri-
ca de ſupplen.negli.præla.& de pluribus alijs ut uideri po-
teſt per eos. ¶ Si autem oratio rubri non eſt perfecta uel
diſſonat à nigro, tūc non poteſt allegari diſpoſitiuè uel per
ſe: quia tūc non habet aliquid diffinire, ſed ſolum nigri ma-
teriā demonſtrare: ut dicit Ioā.An.in d.§.fi.in fi. & Ioā.de
Imo.in rubri.ff.de uerb.oblig.poterit tamē allegari ad aliū
effectū: ut uolunt Ant.de Bu.& Panor.in d.procœmio Gre
goriano, ubi recurre, & patebit infrà. ¶ Secūdò poteſt ſu-
mi argumentū à rubro ſeu ab ordine rubricarū pro elicien-
da prælatione. Ita arguit glo.ord. not. in rubri.ff.de eo per
quem factū erit, & ibi eam cōmendāt Bar.Iaſon & doc.ita
etiā arguit Bar.in d.l.j.ff.de confir.tut.& Cy.in præal.l.ij.
C.de confirman.tuto.& Panor.in d. c. Ex parte M.domi-

 ne, in

ne,in illa quæſtione an tutor cõfirmatus à iudice, cuius da=
tio facta in teſtamẽto non tenebat præferri debeat legiti=
mo. Et ex ordine rubricarũ præfati doct. concludunt, quòd
ſic: ex quo illa rubr. de cõfir. tut. præcedit illã de legit. tut.
Ita etiã per dictum argumentũ à rubro ad nigrũ decidunt
Alex. de Imo. & Iaſon in d. l. j. ff. ſi cer. pet. & idem Iaſon
in d. rubr. Inſti. de actio. & Ioã. de Imo. in d. rubr. ff. de uer.
obli. & hoc argumẽto utitur etiã Panor. in alio propoſito
in c. j. in iij. col. de mutuis peti. & Pau. de Caſt. & doct. in
rubr. C. de in ius uoc. & Bar. poſt gl. in l. Si quis ſub condi
tione. in prin. ff. de teſta. tut. Et hic arguẽdi modus proba=
tur in l. ij. ff. de ſtatu ho. & faciunt quæ dixi ſuprà, in loco
ab ordine, ubi recurre. ¶ Hoc tamẽ uolo te ſcire quòd iſte
modus arguẽdi ab ordine rubricarũ procedit in dubio, &
quando aliud non reperitur in iure diſpoſitũ ſeu deciſum,
aliâs autẽ ſecus. ita dicit glo. ord. not. in c. j. de iura. cal. lib.
vj. & ibi clarius Domi. quod tene menti. ¶ Tertiò poteſt
ſumi iſtud argumentũ à rubro ad nigrũ pro elicienda qua=
litate poteſtatis eius, de cuius officio in rubri. uel titu. tra=
ctatur. Ex quo enim aliqua materia ponitur ſub aliquo ru
bro, ex hoc iudicatur eſſe illius naturæ, cuius eſt rubrũ. ita
uult gl. ordi. in c. j. & in c. Si ſuper gratia. & ibi Domi. de
offi. deleg. lib. vj. & gl. ord. in c. Tibi qui. de reſcrip. eo. lib.
& glo. in cle. unica. de offi. dele. in quibus locis glo. arguit,
& cõcludit executores datos à papa, & ſimiliter cõſerua
tores habere iuriſdictionẽ delegatã, ex quo de ipſis poni=
tur in ti. de reſcrip. & in ti. de offi. deleg. & dictas gl. mul
tum cõmendat Panor. in d. procœmio Gregoriano, & in c.
Suſpitionis. de offi. deleg. & Io. de Imo. in d. rub. ff. de uerb.
oblig. & Alex. de Imo. in conſil. cij. iij. uolu. incip. Domini
redemp



redemptoris, &c. ſuper eo de quo quæritur. &c. ¶ Quar
tò poteſt ſumi argumentũ à rubro ad nigrũ, pro eliciẽda
ueriori lectura, nam quãdo lex uel canon habet plures le=
cturas, illa uidetur uerior quæ magis adaptatur rubricæ et
eius materiæ. de hoc eſt glo. not. in c. Bonæ. de confir. utili
uel inut. & ibi Panor. circa fi. eam multũ cõmẽdat, & eſt
bona glo. in c. cum monaſteriũ. & ibi Ioã. And. Panor. Ioã.
de Imo. & doc. not. de elec. & bona glo. in l. Vnica. in uer.
Tractare. & ibi Bal. no. C. ne lice. tertio prouo. Lex enim
uel canon in dubio debet intelligi, ut conueniat titulo, ſub
quo ponitur l. Imperatores. & ibi Bar. not. ff. de in diẽ ad=
iec. & idem uult Bar. in l. fi. in princ. ff. de condi. indebi. &
Panor. in c. Inter alia. circa fi. de immu. eccl. & Pau. de Ca.
in l. Actione. C. de trãſac. ¶ Hinc ſingu. dicit Iaſon in l. De
die. ff. qui ſatiſda. cog. quòd l. Non puto. ff. de iure fiſci. de=
bet reſtringi, ut intelligatur, quãdo fiſcus agebat ex cauſa
lucratiua. ut ibi latius per eũ, & per Alex. de Imo. & no=
uiſſimos in l. j. ff. ſol. mat. quod tene menti. ¶ Et ut plenius
inſtruaris, uolo te incidenter notare quatuor alia pulchra
& quotidiana dicta. Primũ eſt quòd quandocunq; lex uel
canon habet plures intellectus, tunc huiuſmodi canon uel
lex nõ poteſt efficaciter & præciſè allegari ad deciſionẽ
cauſarum. ita ſing. dicit Bar. in l. In ambiguo. ff. de reb. dub.
& ſequitur Alex. de Imo. in præal. l. j. in ij. col. ff. ſol. matr.
& Feli. in c. j. circa fi. de conſti. Quod enim multipliciter
intelligitur, illius ueritas ignoratur: ut dicit Bal. in l. Data
opera. in x. col. C. qui accuſ. non poſ. & idem Bal. in l. Nec
quicquam. in. §. Vbi decretũ. in prin. ff. de offi. proconſ. &
lega. ¶ Secundum eſt, quòd ille qui facit contra legẽ præ=
cepti diuini uel eccleſiæ, in cuius intellectu ſunt uariæ opi

 niones

niones, ſequendo unam earum non peccat, quandiu non eſt facta præciſa declaratio per eccleſiam: licet poſteà illa opinio (quam prius ſecutus eſt) reprobetur. ita ſingulariter dicit glo. rectè intellecta in c. Capellanus. & ibi Ioan. Andr. Ant. de Bu. Panor. & alij doc. not. de ferijs: & uult Alex. de Imo. in conſil. j. ij. uolu. in iij. col. & bene faciunt nota per Innoc. & Bal. in c. Ne innitaris. de conſti. & eſt bona glo. in c. Vnico, ſuper uerbo De cætero. de poſtula. præla. lib. vj. quam ibi commendant Domi. & Philip. Fran. ¶ Tertium eſt, quòd ſententia lata contra legem uel canonē habentem plures intellectus uel lecturas, nō eſt ipſo iure nulla: ſed debet appellari ab ea, aliàs tranſit in rem iudicatam: text. eſt ſing. ſecundum unum intellectum, in l. Cum prolatis, & ibi hoc firmat Ioan. de Imol. ff. de iudic. & facit c. Paſtoralis. cum ibi not. per Panor. Feli. & doc. cano. de fide inſtrumē. ¶ Quartū eſt, quòd quādo in lege ſunt plures intellectus, debet in dubio capi ille intellectus, qui eſt dubitabilis. l. quod Labeo. ff. de carb. edic. & uult Panor. in c. Cum in iure peritus. de elec. quod eſt uerum, etiam ſi talis duplicitas intellectus uel amphibologia ſurgat ex diuerſo modo punctuādi, etiā in cōſtitutione pœnali, ut eſt tex. iuncta ſua ſing. gl. in c. j. in uerbo. Clericū. de temp. ord. li. vj. de quo dixi latius ſuprà in loco à ratione legis larga, ampla, ſeu generali ad extenſionē ipſius legis in iij. caſu prin. Et quia dixi quadrupliciter poſſe argui ex rubricis, ſequitur ꝙ rubricæ ſunt auctēticæ, ſicut tex. quod eſt uerū in rubricis decretaliū & legū: ſed non procedit in rubricis libri decretorū, quia illæ non ſunt auctenticæ, imò ſæpe ſunt falſæ, ut patet ex glo. rubricæ in c. chartæ. iij. q. ix. & not. Spec. Ioan. And. in d. ti. de diſpu. & alleg. §. fi. circa fi. & ſic in eis nō poteſt ſumi argumen

gumentum à rubro. ita nota. dicunt Ant. de Bu. & Panor. in d. procemio Greg. & Ioā. de Imo. in præal. rub. ff. de uerbo. oblig. & Ange. in d. rub. Inſtitu. & Sali. & doc. in d. l. j. ff. ſi cer. pet. Sed hic cadit pulchrū dubiū. Quid ſi tex. uel nigrum ſit generalior uel generalius rubro, an debeat reſtringi per rubrum? & dico quòd non. glo. eſt de hoc ualde not. in auct. de inceſt. nup. in prin. in uerbo. Illicitas, coll. iij. unde licet rubrica ibidem ſolū dicat de nup. inceſt. & nepharijs: tamen quia nigrū generaliter loquitur de nuptijs illicitis, comprehendit omnes nuptias illicitas, etiā ſi non ſint inceſtæ uel nephariæ. Et hoc expreſſè firmat Panor. in rubri. de peregri. & Ioā. de Imo. in d. rubr. ff. de uerb. obl. & Alex. de Imo. in d. l. j. ff. Si cer. pet. Vbi dicit hoc eſſe utile pro ſtatutis habētibus rubricā ſpecialē & nigrū generale, de quo latius ibi per eū: & eſt bona gl. in rub. & in l. j. cū ibi no. per Sali. C. etiā ob chirographariā pec. pig. reti. poſſe. ¶ Quid autē ecōtrà ſi in rubro plus habeatur, quàm in tex. uel nigro, prout quādoq; cōtingit: ut patet in rubr. C. de relig. & ſump. fu. & C. de reb. cred. & iureiur. an tūc rubrū reſtringatur per nigrū? & dico ſimiliter ꝙ nō: ſed potius ampliatur nigrū ꝑ rubrū, quādo rubrū habet orationē perfectā. glo. eſt no. in l. j. & ibi eam cōmēdat Bar. C. de capi. ci. cēſi. exi. li. xj. de quo uide latius ꝑ Ioā. de Imo. in d. rub. ff. de uer. obli. ubi dicit ſe hoc habuiſſe de facto: & ita etiā conſuluit Pau. de Ca. in conſil. cccxxxviij. incip. Præſens caſus modicam dubitationen habere uidetur, in antiquis: & uolunt Salice. & Alex. in d. l. j. ff. ſi cer. pe. ¶ Quid autem ſi rubrica eſſet contraria nigro: cui potius ſit ſtandum? & dico quòd nigro, tanquam poſteriori. ut in l. j. C. de præben. ſala. lib. x. Nam poſteriora & ultima prioribus derogāt. l. Pacta nouiſſima.

uiſsima.C.de pac.& ita uolunt ſpecificè Alb. Sali.Alex de Imo.& Iaſon in d.l.j.ff.ſi cer.pet.& idem Iaſon in d.rub. Inſti.de actio.& Ang.in prin.Inſti.in rub.& Panor. in d. proœm:Græg. ¶ Vnde cõcluſiuè & reſolutiuè epilogãdo præmiſſa dicas hoc modo:aut rubricæ nõ ſunt auct.ut ſunt certæ rubricæ decreti,& tũc ab illis nõ licet arguere,Aut ſunt auctẽ.& tũc aut nõ habẽt orationẽ perfectã,& nõ licet ab eis arguere diſpoſitiuè:ſed bene ad alios effectus,ut ſuprà dixi:ar.in auct.de teſta.imperf.in prin.coll.viij.Aut habẽt orationẽ perfectã, et tũc,aut rubr.cõtradicit nigro, & tunc nõ licet arguere à rubro,ut in præal. ti.de præbẽ. ſala.lib.x.Imò ſtatur nigro,ut ſuprà dixi:aut ei non contradicit,& tunc aut omnino cõcordat, & tunc ab utroq; poteſt argui etiam diſpoſitiuè.ut.C.ne fideiuſ.dot.den.in rubro & nigro.cum ſi.Aut in aliquo ſe excedunt, & tũc ab eo,in quo cõcurrunt,licet arguere.In eo uerò in quo excedunt,licet arguere ab excedente, non ab exceſſo : rubrum enim ſnppletur per nigrum,& econtra, ut ſuprà dixi.& ergo ſi rubrica ſtatuti habeat ut in cauſis laboratorum & ſocietatum liceat procedere ſummariè & de plano, & in nigro ſolùm fiat proſecutio de cauſis ſocietatum:idem cenſebitur diſpoſitũ de cauſis laboratorum propter rubrum. ita ſingu.dicit Sali.in d.l.j.ff.ſi cer.pet.& eſt de mẽte Panor.in d.procemio Greg.& uolunt doc. & alij in paſsibus ſuprà alleg. qui etiã dicunt quòd quãdo rubrica eſt negatiuè cõcepta,& ſic prohibitoria : nõ poteſt ei cõſenſu partium etiã cum iuramẽto renunciari,per gloſ.ord.not.in d. l.j.C.ne fideiuſ.dot.den.quam ſequitur Bart.in l.Generali. illo eo ti.dicens per hoc, quòd ſtatuto dicenti quòd minor non poſſet contrahere ſine cõſenſu propinquorũ,non po-

teſt



teſt renunciari,etiam cum iuramẽto,& ergo ſi minor iuret in contrarium non uenire,tale iuramentũ non prodeſt aduerſario:quod an ſit uerũ,uide latius per doc.ibi ſuprà: & per Ioan.And.in addi.ad Spec.in ti.de inſtru.edit.in.§. Porro.Quæ omnia tene menti tanquam pulchra,utilia,ſingularia & quotidiana.

## LOCVS À SVBIECTA MATERIA. XLVI.

PRæterea habemus in iure locũ à ſubiecta materia, à quo ſumptũ argumentũ eſt forte,utile & ualde frequens.Et formatur hoc modo: uerba debẽt intelligi ſecundum materiã ſubiectam,tex.eſt no.in c.Solitæ, & ibi doc. cano.not.de maio.& obe.& bonus tex.in l.Si uno.in prin. & ibi Bar.not.ff.locati.& pulcher tex.in l. Damni infecti quidam.in prin.& ibi Ang.not.ff.de dam.infe.& in l. fluminum.§.Hæc ſtipulatio.cum ſeq.illo eod.ti. & bonus tex.ponens caſum [illegible]ianũ in c.fi.& ibi Iac.de Aluaro. & doct.not.ſi de [illegible] fuer.controuer.in uſi. feud.& tex. multũ ſing.in l.fi.C.de non nume.pecu.ubi probatur,quòd etiam iuramentum intelligitur ſecundũ naturã materiæ ſuper qua præſtatur.Sermones enim(teſte Ariſtotele)expetendi ſunt ſecundum materiã ſubiectam:& hinc eleganter dicit Horatius in arte poëtica,Verſibus exponi Tragicis res Comica non uult.Et ſubiungit poſteà elegãtiſsimè paucis interpoſitis:Triſtia mœſtũ uultum uerba decẽt:iratũ, plena minarum: Ludentẽ,laſciua:ſeuerũ,ſeria dicta,&c. & iſto argumento à ſubiecta materia utitur Paul.de Ca. in l.Si precario.ff.commu.præd.quẽ omnino uide,quia decidit pulchrã quæſtionẽ.Et hinc eſt,quòd ratiõe ſubiectæ

y 5 materiæ

materiæ uerba impropriantur d.l.Si uno.& l.Inſulã.& ibi
omnino uide Pau.de Caſt.ff.de præſcrip.uerbis.& præal.l.
Damni infecti quidã. & d.§.Hæc ſtipulatio.& l. Conditio
in prærveritũ.& l.Decẽ.ff.de uerbo.obli.& l.iij.§.Deſine-
re.ff.uſufruc.quemad.ca.cum utrobiq; not.per glo. & doc.
¶ Hinc uidemus quòd uerba rogatiua in materia præcepti
ſtant præceptiuè,& non rogatiuè:ut eſt glo.ordi.in c.Ro-
go.xj.q.iij.& bonus tex.in c.Vnico.in §.Porro.& ibi hoc
not.Domini.de ſtat.regu.li.vj.& uolũt Panor.Ioã.de Imo.
& doc.cano.in c. Nam cõcupiſcentiã.de cõſti. ad quos re-
curre.Toleratur enim improprietas q̃ lex cõmunis intelle-
ctus,natura rei,natura contractus,natura iudicij, uel con-
ſenſus partium tolerat : ut pulchrè & eleganter declarat
Bal.in l.fi.in xiiij.q.C.de hæred.inſti.¶ Hinc etiã eſt,quòd
ratione ſubiectæ materiæ una dictio ponitur pro alia:ut eſt
gl.or.in l.Eas cauſas.ff.de condit.& demon. quam reputat
notab.Ioã.de Imo.in l.fi.in iij.col.ff.de hæredi.inſti. & co-
pulatiua ponitur pro diſiunctiua: [illegible]ntra. l. pe.cum ibi
nota.C.de uerb.ſig.& uult Panor.i[illegible].ij.& in c. Inter cæ-
teras.de reſcrip.¶ Hinc etiam eſt,quòd dictio ( quaſi) in-
terdum eſt nota ueritatis, interdũ nota improprietatis, &
interdum nota ſimilitudinis,ſecundũ materiã ſubiectam:ut
dicit Sali.in l.Quoniã multa facinora.circa fi. C.ad l.Iuliã.
de ui publi.uel pri.& patet in Euangelio Ioannis ibi,Qua-
ſi unigeniti à patre,& idẽ eſt in dictione Tanquam,d.c.So-
litæ.cum gloſ. ubi recurre. ¶ Hinc etiam eſt, quòd uerba
ſententiæ impropriantur, ut ſaluetur mens iudicantis: glo.
eſt ordi.notab.in l.Et puto. §.j.ff.familiæ herciſcun.quam
reputat ſingularem Bal.in l.cum uirum.in ulti.colum.C.de
fideicom.& idem Bal.in c.fi.circa fi.de transla.prælato.&
idem



idem Bal. in c.Cum ſuper. circa finem. de re iudica. & Ia-
ſon in l.Sed & ſi poſſeſſori.in. §.Item ſi iurauero.circa fi.
ff.de iureiuran.& Ludo.de Roma,in ſuis ſingularibus,ſin-
gulari xix. ¶ Hinc etiam eſt, quòd ſi uenditor promittat
defendere emptorem in re uendita contra quencunq;, non
intelligitur promiſiſſe ſe defenſurum eundem à uiolẽtia ex-
traiudiciali:ut eſt text. ualde notabilis in l. Expulſos. C. de
act.empti.& uult Ange.in d.l.Damni infecti quidam: imò
plus ſingulariter uoluit Bal.in d.l.Expulſos,uidelicet,quòd
etiam ſi uenditor promiſiſſet defendere emptorem de iure
& de facto:uel à iure & à facto, adhuc non tenebitur de-
fendere à uiolentia extraiudiciali,ut ibi latius per eum.idem
uult Panor.in c.fi.de emp.& uẽdit.quos omnino uide quia
pulchrè loquuntur. ¶ Hinc etiã eſt quòd licet uerba ſtatu-
ti debeãt intelligi in proprio ſignificato.l.iij.§.Hæc uerba.
ff.de neg.geſt.cum ſimi.tamen ratione perſonæ(ad quã re-
feruntur)& ſic ratione ſubiectæ materiæ poſſunt impro-
prijſsimè intelligi,ita ſing.uult Bar.in l.j.ff.ad l.falcidiã.&
hoc dictũ refert & ſequitur Iaſ.& multùm commendat in
aucten.unde ſi parẽs.C.de inoffi.teſta.¶ Hinc etiã eſt quòd
uerba apta referri ad actũ & ad aptitudinẽ, referuntur ad
aptitudinẽ & habitũ ſolùm ratione ſubiectæ materiæ.tex.
eſt not.in c. Maiores.& ibi Panor.nota. de baptiſ.¶ Hinc
etiam eſt, quòd ſi dicatur in inſtrumẽto, Concedo tibi talẽ
rẽ in emphyteoſim perpetuã,& q̃cquid iuris habeo in illa,
pro certa annua penſione &c.quòd talis contractus cenſe-
bitur cenſualis,& non cõtractus emphyteoticus, & illud
uerbũ in emphyteoſim impropriabitur ratiõe ſubiectæ ma-
teriæ,& exponetur,id eſt,in cõceſsionẽ cenſualẽ perpetuã,
propter uerba illa ſequentia, & quicquid iuris habetur in
illa

illa.ita ſing.dicit Ioan.de Imo.in c.Ad audientiã. in ij. col.
de reb.ecc.non alie.& eſt tex.ſi bene põderetur in c.Con=
ſtitutus.& ibi hoc uult Panor.de reli.domi. & dixi ſuprà
in loco ab emphyteoſi ad cẽſum,ubi recurre. ¶ Hinc etiã
eſt quòd uerba debent intelligi ſecundũ conditionẽ perſo
næ,ad quam diriguntur,uel in quam diſpoſitio confertur:
ut eſt tex.not.& uulg.in l.Plenum.§.Equitij & ibi Bart.
& Bald.& doc.not.ff.de uſu & habita.& bonus text.in
præal.c.Solitæ.¶ Et hinc eſt ꝙ ſi teſtator legauerit uxori
ſuæ lectũ ſuũ:non uenient in legato ſuo culcitræ de ſerico:
quia non cõueniũt perſonæ uiduæ ſecũdũ Bal.in d.§. Equi
tij.¶ Hinc etiam eſt,quòd uerba contractuũ & ultimarũ
uoluntatũ intelliguntur ſecundũ perſonã contrahentium,
& illorũ ad quos dirigũtur,ſecundũ Bal.in d.l. Expulſos.
circa fi.& eſt glo.or.ſing.in l.Lucius. in.§.Tres hæredes.
ſuper uer.De omni.ff.ad Trebel.de cuius gl.intellectu ui=
de ibi latius per Ioan.de Imo.¶ Hinc etiã eſt,quòd in iure
cõtinens ſæpe ponitur pro cõtẽto,& ecõtra: ut eſt gl.or.
in.l.Certo generi.& ibi Bal.& Pau.de Ca.no.ff.de ſerui.
ruſt.præd.ubi inter cætera dicit Bal.ꝙ ſi mercator, qui ha
bet camerã conductã in platea,leget alicui in teſtamento
camerã ſuã,intelligitur legaſſe ea quæ habet in illa came=
ra,& nõ domũ ipſam:& capitur cõtẽtũ pro cõtinẽte,qđ
tene menti,quia eſt quotidianũ.¶ Hinc etiã eſt,quòd uer
bum,aſsigno,quãdoq; ſignificat dominij translationem,&
quandoq; non,ſecundũ quod ratio iuris & materia ſubie=
cta patitur: ita not.dicit Bar.in l.Si conſtante.in xv.col.ff.
ſol.mat.& ſequitur Bal.in l.ubi adhuc.in fi.C.de iure dot.
¶ Hinc etiã eſt, quòd generalitas relata ad locũ, ut quia
dicitur (ubicunq; locorũ) debet reſtringi ſecundũ ſubiectã
materiam,



materiam,ſicut generalis relata ad bona: ita not.glo.in l.Si
duo.in prin.in uer.Vbiq;.ff.de conſti.pec.quã ad hoc pon=
derat Pet.de Anch.in cõſi.ſuo clxiij.incip.In Chriſti,&c.
Viſis & diligẽter inſpectis,&c.quod tene mẽti,quia facit
ad multa.¶ Hinc etiã eſt,ꝙ uerbũ,oportet, quod ex pro=
prio ſignificato importat neceſsitatẽ, ratione ſubiectæ ma
teriæ impropriatur,ut importet ſolũ honeſtatẽ,& expo=
nitur,pro decet.tex.eſt no.in c.j.iuncta glo.& ibi Panor.
de deſponſ.impub.& habetur per Iaſ.in l.Ad egregias.ff.
de iureiur.& per glo.& doc.in proœmio Inſtitu.in prin.
¶ Hinc etiã eſt,quòd dictum doct.debet intelligi ſecundũ
legem,quam allegant:ut uult Bar.in l.Non ſolũ. §.Si libe=
rationis uerba.ff.de libe.leg.qui ad hoc ſemper allegatur.
& idẽ ſentit Sali.in l.Si ex cautione.in pe.col.C.de nõ nu.
pec.& Ioan.And.in c. Cum nuncius.circa fin.de teſti. &
Præpoſi.in c.Cum ceſſante. de appel. & plures alij in di=
uerſis paſsibus : & hoc eſt quod ſub alijs uerbis quotidie
dicimus in practica.Intelligẽtia dictorũ ex cauſis eſt aſſu=
menda dicendi,ut pulchrè inquit tex.in c.Intelligentia. de
uerb.ſig.quod tene mẽti. ¶ Hinc etiã eſt, quòd interdum
eadem clauſula relata ad diuerſos poteſt operari diuerſos
effectus ſecundũ ſubiectã materiã.tex.eſt not.in c.Ab ex=
cõmunicato.quẽ ibi ad hoc not.Panor.de reſcrip.& idem
Panor.in c. j. in vj.col.de mutuis pe. ubi pulchrè loquitur.
¶ Hinc etiam eſt,quòd uerbum ſubiunctiuũ ad euitandas
abſurditates,& in odioſis exponitur in præteritum uel in
futurum, ſecundũ quod melius cõuenit materiæ ſubiectæ:
glo.eſt ord.in c.ij.in uerbo Cõmiſerint.de conſti.lib.vj.&
uolunt Panor. Domi.& Feli.in c. Ad hæc.de reſcrip. per
glo.ord.ibidem,ubi recurre.¶ Hinc etiã eſt, quòd ratione
ſubiectæ

ſubiectæ materiæ æſtimatio aliud & aliud operatur: ut pulchrè & eleganter tractat Bar. quem omnino uide in l. Si ut certo.§.nunc uidendum. ff. commodati. ¶ Hinc etiam eſt quòd oblatio aliud & aliud operatur, ſecundũ materiã ſubiectam: ut pulchrè declarat Henri.Boic in c.Cõſtitutus. de in integ.reſti.& doc.legiſtæ in l.Acceptã.C.de uſu.quod tene menti, quia quotidie uenit in practica. ¶ Hinc etiam eſt, quòd quis dicitur præſens uel abſens uarijs modis, ſecundum materiã ſubiectam: ut eſt glo.ordi.not.in aucten.de fideiuſſ.in princ. ſuper uerbo Præſentes, coll.j.quam ad hoc not. Panor.in c.De quarta. in ulti. col. de reſcrip. & habetur per gl.Ang.& doc.in l.fi.C.de præſcrip.long.temp. & per gl.in l.Præſens.ff.de proc.ubi recurre. ¶ Hinc etiã uidemus, quòd ſi ſimpliciter facta ſit inueſtitura feudi, ut filij & filiæ ſuccedant, nec dictũ ſit maſculis non extãtibus, tamen hoc caſu non ſuccederent filiæ uel fœminæ, niſi maſculis deficientibus, cum hoc intelligatur adiectum ſecundum naturã rei, de qua agitur: & ratione ſubiectæ materiæ, de cuius natura eſt, ut filiæ non admittantur extantibus filijs maſculis. tex. eſt nota. in c.j.§.Filia uerò.& ibi Bal. id notat & ualde cõmendat de ſucceſſ. feudi in uſi.feud.& eſt pulcher tex.in.§.Quinimò.& ibi Bal. & Aluaro. not. in ti.Epiſcopum uel Abbatem in uſi. feudo. quod tene menti. ¶ Hinc etiã eſt, quòd ſi res cõcedatur alicui, & hæredibus ſuis in feudũ: intelligitur de liberis ſeu deſcẽdẽtibus, & non de extraneis hæredibus: quia hoc eſt de natura feudi. Et ergo ſi ipſe decedat ſine liberis ſeu deſcẽdẽtibus, relictis agnatis, feudum reuertitur ad dominũ, & non uadit ad agnatos. ita dicit gl.ord.ualde not.in l.ex facto.§.fi.& ibi Dy.Bar. Pau.de Caſ.Alex.& doc.ff.ad Trebel.& glo.Bar.& doc.

in l.



in l.Etiam.in prin.ff.ſolu.matri.& plenè per Bar.& doc. in l.Gallus.§.Etiam ſi parẽte.ff.de liber.& poſthu.& uult Bal.in præal.l.fi.in vj.oppoſi.C.de hære.inſti. & idẽ Bal. in l.Liberti libertæq;.C.de ope.liber. & idem Bal.in l.j. in xlviij.q.ff.de rerũ diuiſi.pro quo eſt bonus tex.in c. Vnico. §.Et ſi clientulus.de alie.feudi. & in præal.c. fi. ſi de feudo fue.controuer.in uſi.feudo.& ita ſe habet cõmunis opinio ſecundũ Alex.in d.l.Ex facto.§. fi.ut eſt ipſa ueritas, quicquid dicat Cy.poſt Pe.in d.l.Liberti.quod tene menti: quia habui de facto, & ita fuit iudicatũ. ¶ Hinc etiam eſt, quòd propter naturã rei citò perituræ ſtatuitur breuius tempus ad decidendã cauſam, adeò & intantum, quòd lis de rebus breuiſſimo tempore corruptibilibus expediri debet adeò celeriter quòd euitetur rerũ corruptio. ita ſing. dicit Bar. in l.j.ff.de gland.legen.& hoc dictum refert & ſequitur Feli.in c.fi.circa fi. de iudic.quod tene menti, quia eſt ſingulare & quotidianum. ¶ Hinc etiam eſt, quòd licet dictio (alius) ex ſuo proprio ſignificato implicet ſimilia: ut eſt glo.ord.in l.Si fugitiui.C.de ſeruis fugi. tamẽ hoc fallit, ubi ratio ſubiectæ materiæ aliud inducit: ut in euangelio. Et ſuſpẽſi ſunt alij duo latrones cum eo: de quo per glo. Ant.de Bu.Ioan.de Imo.Panor.Feli. & doc. in c.Sedes.de reſcrip. ¶ Hinc, etiã eſt, quòd aduerbiũ (euidẽtiſſimè) poſitũ in aliqua diſpoſitione diuerſimodè intelligitur ſecundũ materiã ſubiectam. ita notabiliter dicit Bar.in d.l. Si cõſtante.in iij. col.quem omnino uide. ¶ Hinc etiã eſt quòd ab executione mandati ſuperioris ſuperſedetur, quando ex hoc oriretur ſcandalum: & ſic ratione materiæ ſubiectæ excuſatur quis ab inobedientia, ubi aliàs non excuſaretur.c.Si quãdo. iunctis ibidem ſingulariter nota.per Cardi.& Ioã.de Imo.

de re

de reſcri. quod tene mēti, quia eſt ſingulare: & habui plu ries de facto. Et idem eſt quando res aliter ſe habet quàm contineatur in bulla uel mandato ſuperioris: tūc enim non obediens non incurrit cenſurā, etiam ipſo facto latam: quia clauſula (ſi preces ueritate nitantur) quæ in omni reſcri- pto ſubintelligitur, tenet cenſuram in ſuſpenſo. ita ſingula riter dicit Pet. de Anch. in conſil. ſuo ccxl. incip. Per præ- dicta ſubtiliter. & ſequitur Feli. in d.c. Si qñ & in c. ij. eo. ti. quod tene menti, quia eſt ualde ſingulare. Hinc etiā eſt, quòd iura interdum reſpectum habuerunt ad perſonæ ex- cellentiam, interdum ad perſonæ utilitatē, interdū ad rei paruitatem, interdum ad ſenectutem, & ad multa alia. Ex quibus optima ratione, aliter & aliter ſtatuerunt: ut ad longum pulchrè & eleganter uidere poteris per Lud. de Ro. in ſua notabili repe. l. Si uerò. §. De uiro. ff. ſolu. matri. & per Feli. in c. Cauſam quæ. de reſcrip. ad quos breuita- tis gratia te remitto. ¶ Et ergo conſulo, quòd aduocatus qui uult ſecurè practicare, prouidè cōſideret ſingulas cir- cunſtantias, & qualitates cauſæ & perſonarum: & an cliētulus ſuus agat petitorio, an poſſeſſorio. ¶ Item an ſit actor uel reus, & præcipuè cōſideret naturā actionis in- tentandæ per clientulū ſuum, uel intentandæ contra eundē: & maximè reſpiciat ad cōcluſionē in qua ſtat modus agē- di, & uirtus libelli ſeu petitionis: ut eſt glo. ord. ſing. in c. Hoc quippe. iij. q. vj. & uult Inno. in c. Super literis. de re- ſcrip. & idem Innoc. in c. Ex parte B. & ibi etiam Panor. & doc. de foro competē. & Bal. in l. Edita. C. de eden. & Iaſon in l. j. ff. e. ti. Alex. de Imo. in l. Aurelio. §. Sticho. ff. de liber. lega. Et ſi ſis iudex, caueas ne in ſententiando exce- das concluſionem uel petitionem: quia ſentētia debet eſſe confor



conformis libello. c. Licet hely. de ſimo. & ultra id quod in iudicio deductū eſt poteſtas iudicis excedere nō poteſt. l. Vt fundus. ff. cōmu. diuid. Imò fatuus eſt iudex, qui pronunciat ſuper nō petitis. l. fi. C. de fideicom. liber. ¶ Hinc quotidie dicimus in practica, quod tria debēt eſſe cōformia, libellus, probatio, & ſentētia: de quo uide quòd dicā latius infrà, in loco à ſentētia ad libellū. hæc uolui dicere, ut tam aduoca- tus quàm iudex ſciat quomodo ſe debeat regulare: quia ui- di in hoc tā aduocatos quàm iudices ſæpe turpiter errare. ¶ Hoc tamen uolo te ſcire, quòd ut uerba habeāt efficaciā, & actus ſortiatur effectū, recedimus à ſubiecta materia. tex. eſt not. in l. Iuriſgentium. §. Quod ferè. ff. de pactis. & ibi hoc not. Iaſon: quæ omnia tene menti, tanquam pulchra, utilia, ſingularia & quotidiana.

## LOCVS A' RATIONE CASVS CONVERSIVA. XLVII.

PRæterea habemus in iure locū à ratione caſus cōuer- ſiua, à quo ſumptū argumentū nedum eſt probabile: ſed forte, frequēs & ualde utile. tex. eſt not. in l. j. ff. de ſolu. & in l. pe. C. eo. ti. & bonus tex. iūcta gl. in l. Si & rem & precium. ff. de pet. hære. Et formatur hoc modo. Non debet quis petere cuius contrariū non eſſet poſtulaturus. Et po- teſt exēplificari per caſum d. l. Vbi debitore diuerſarū ſum- marum, ex diuerſis cauſis ſoluente unam ſummā, & nō de- clarante in quam cauſam ſoluit creditor incōtinenti poteſt declarare in quam cauſam recipiat: dūmodo declaret ſe re- cipere in illā cauſam quam ipſe ueriſimiliter eligeret pro ſe, ſi eſſet debitor, aliâs non: quia non debet quis ab alio re- quirere, quod ipſe nollet per alium à ſe requiri, ut ibi. Argumenti formatio.

¶ Item poteſt exemplificari per caſum præall.l.penul.ubi notab.probatur, quòd in datione in ſolutum melioratio æſtimationis ſuperueniens, non prodeſt danti in ſolutum: ſed recipienti tantum. Et ideò petẽs dationem in ſolutum (quæ habet uim uẽditionis) reſcindi, propter deceptionem ultra dimidiam iuſti precij, debet probare æſtimationem ſecundũ tempus contractus celebrati, & non ſecundũ tempus præſens inſtituti proceſſus, ſecundum Bal. & Sali. ibidem: pro quo eſt tex. ſing. in l. Si uoluntatem. in fi. C. de reſcin. uendi. & ita ſæpius uidi practicari. Poteſt etiã exemplificari per caſum. d. l. Si & rem & precium. iuncta l. ſeq. Et iſtud facit ad multa. ¶ Primò enim per iſtud Bal. in l. Si quis argentũ. in iij. col. C. de dona. decidit quæſtionem illam quotidianã, pone per ſtatutum florenus taxatus eſt ad xviij. ſtuferos, deinde per conſuetudinem creuit ad xviij. cum dimidio, quæritur an debitor obligatus ad florenos debeat ſoluere xviij. cum dimidio pro floreno. Et dicit ſe conſuluiſſe quòd ſic per rationem caſus conuerſiuam: quia ſi florenus decreuiſſet & non ualuiſſet niſi xv. non uoluiſſet ſoluere niſi xv. Ergo, &c. de quo uide ibi latius per eum, & per Bar. Pau. de Ca. Ioã. de Imo. & alios doc. legiſtas in l. Paulus. ff. de ſolu. & per eundem Bar. & alios nouiſſimos in l. Cum quid. ff. ſi cer. pet. & per glo. & Panor. in c. Olim cauſam. & in c. Cum canonicus. de cẽſi. & plenè per eundẽ Panor. & alios doc. cano. in c. Quanto. de iureiuran. & per glo. in c. Quis ignorat. xxij. q. iiij. & per Pet. de Ancha. Ioã. de Imo. Car. & doc. in cle. ſi beneficiorũ. de deci. & aliquid per Cy. in l. In minorũ. C. in quib. cau. in inte. reſt. non eſt neceſ. ad quos recurre. ¶ Secundò iſtud facit pro emphyteotis & feudatarijs, qui eorum ſolicitudine & cultura uberiores fundos fecerunt & cariores: ut feudũ & emphyteoſis non poſſint eis auferri, nec etiam canon augeri: quia quod cõtingit proſperitate fortunæ aut induſtria ipſorum emphyteotarum ſeu feudatariorũ, debet cedere ad eorum cõmodum: quia in caſu contrario, puta, deteriorationis dominus directus non eſſet id poſtulaturus, nec uellet canonem diminuere.



¶ Tertiò iſtud facit pro emptoribus aſſiſiarũ & gabellarum: quia ſi multum lucrentur, non debemus eis inuidere, nam ſi eſſent in dãno, non uellemus, nec teneremur eis quicquam de canone remittere, ſecundum Bal. in præal. l. penul. quæ ad hoc eſt notabilis: quod tene mẽti, quia eſt quotidianum, & uidi ſæpius de facto. de hoc tamen uide latius per Bar. in l. Cum in plures. in prin. ff. loca. & per eundẽ Bar. in l. Cotem ferro. §. Qui maximos. ff. de publi. & per eundem in diſputatione ſua incipiẽ. Publicanus. & per Pau. de Caſt. in l. Inſulam. ff. de præſcrip. uerb. ubi de hoc reperies per eos ſatis plenè. ¶ Quartò iſto argumento utitur Alber. de Gandino in tractatu malefic. tit. ult. uerſi. Item pone contineri in ſtatuto ciuitatis Caſtelli, &c. & uerſi. ſeq. in illa quotidiana quæſtione: ſtante ſtatuto ciuitatis Caſtelli, quòd nullus cõpellatur reſtituere rem, quam publicè & ſine fraude emit, niſi precium integrè ei fuerit reſtitutum contra l. In ciuilem. C. de furt. Si Aretino fuerint ſubtracti boues & ducti ad ciuitatem Caſtelli, & ibi uẽditi: an Aretino nocebit dictum ſtatutũ ciuitatis Caſtelli? & quid econtra, ſi ſtatutum ciuitatis Caſtelli ſit cõtra reum, & pro accuſatore forenſi, an poſſit retorqueri contra reum? ubi de hoc uide latius per eum. ¶ Quintò iſto argumento utitur Albe. de Roſa. in ſecunda parte ſtatu. q. ij. in quæſtione illa quotidiana: Statuto laicorum cauetur, quòd nullus ſubditus

tus poſſet alienare rem immobilem in non ſubditum quo-
quomodo, niſi prius ſoluat cõmuni decem ſolidos, de quali-
bet libra iuſtæ æſtimationis ipſius rei quæ alienaretur: &
niſi habita licentia ipſius domini loci: An tale ſtatutũ inclu
dat clericos & eccleſiaſticas perſonas: ubi uide latiſſimè
per eũ. ¶ Sextò iſtud facit ad hoc, qđ lex uel canõ etiã pœ
nalis, loquens de ultramontano, propter longitudinẽ uiæ cu
ria exiſtente citra montes, habeat etiã locum in caſu cõuer
ſo, puta in citramontano, curia exiſtente ultra mõtes: quia
eadẽ ſubeſt ratio. Ita determinant doc. in c. Nihil. de elect.
& Ant. de But. in repeti. c. fi. in xv. fallentia, de conſue. quæ
omnia tene menti tanquam pulchra, utilia & quotidiana.

## LOCVS AB AVCTORITATE, SEV exemplo maiorum. XLVIII.

PRæterea habemus in iure locum ab auctoritate, ſeu
exemplo maiorum. tex. eſt in l. Antiqui. & ibi Odofr.
& doct. not. ff. ſi pars hæredi. pet. & bonus text. in c. Cum
haberet. & ibi Card. not. de eo qui dux. in matr. quam pol.
per adul. & bonus tex. in c. Omnes principes. cum ibi not.
per Ioan. And. de maio. & obe. & pulcher tex. in c. Significaſti. ij. & ibi etiã Ioan. And. not. de homic. & de eo cõme-
morat gl. ordi. & doc. in l. j. C. ne lice. poten. & in pluribus
alijs paſſibus, quos commemorare magis eſſet laborioſum,
*Vbi procedat huius loci argumentatio.* quàm ſubtile. Et procedit argumentatio ab auctoritate, ſeu
exemplo maiorum, nedũ in exemplis Chriſtianorũ: ſed etiã
in exemplis paganorum: ut eſt tex. pulcher in c. Sacerdoti-
bus. & ibi Dominic. not. xj. q. j. & iſtud argumentũ ab au-
ctoritate interdum eſt probabile & neceſſariũ, interdum
autem probabile tantum. Nam quãdo allegatur auctoritas
eius,



eius, cui data eſt poteſtas legis condendæ: tunc argumentũ
ab auctoritate eſt probabile & neceſſariũ, unde bene ualet
conſequentia. Celſus iuriſcõſultus ita dicit. ergo ita eſt. tex.
eſt in l. j. & ibi Bar. Bal. Ang. Pau. de Ca. Alex. Iaſ. & doc.
id not. ff. ſi cer. pet. ubi Vlpianus iuriſconſultus probat intẽ
tionem ſuam per auctoritatẽ Celſi iuriſconſulti: & eſt ſi-
milis tex. in l. Si ſocer à genero. in prin. ff. ſolu. mat. & hoc
uult Bar. in l. Legata. ff. de ſupellec. leg. & Bal. in l. Conuen
ticulam. C. de epiſc. & cle. Et multò fortius ualet hæc argu
mẽtatio, ſi arguatur ab auctoritate Papæ uel Imperatoris,
in his quæ iuriſdictionẽ cuiuslibet eorũ reſpiciũt. l. Proſpe
xit. ff. qui & à quibus. l. deprecatio. ff. ad l. Rodiã. de iact. l.
Bene à zenone. C. de quadri. præſcrip. c. Nouit. de iud. c. So-
litæ. de maio. & obe. c. Cauſam quæ. & c. Per uenerabilem.
qui fil. ſunt leg. cum utrobiq; not. per gl. & doc. aliâs ſecus,
ut eſt glo. ord. not. in l. ij. & ibi Sali. & doc. no. C. de crimi.
ſacr. & ibi no. ꝑ cano. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. de cõſti.
& pro hoc eſt tex. clarus in cle. Paſtoralis. de re iudi. quod
tene menti. Quando autẽ allegatur auctoritas eius, qui non
habet uel non habuit poteſtatem cõdendi legem: puta, alle-
gatur auctoritas glo. uel alicuius ſimplicis doctoris, quan-
tuncuuq; etiam famoſi & periti: tunc argumentum ſolum
eſt probabile: quia unicuiq; experto in ſua ſcientia creden-
dum eſt. d. c. Significaſti. ij. c. Fraternitatis. de frigi. & male
fi. l. j. & ibi Bar. de uent. inſpic. & l. Semel. cum glo. C. de re
mili. lib. xij. cum ſimi. non autẽ eſt neceſſariũ: quia interpre
tatio doc. uel glo. non eſt neceſſaria, ſed probabilis tantum,
inquantum ratione iuuatur. l. j. C. de profeſ. & medi. qui in
urbe Cõſtantino. li. xij. & uult glo. ord. in c. j. & ibi Panor.
de poſtul. præla. & glo. & docto. in l. j. C. de legi. & glo. in

 l. Si

l.Si de interpretatione. ff. de legi. unde hoc caſu tale argumentum tollitur & uincitur per rationē manifeſtam. Auctoritas enim glo. uel doc. conuincitur & tollitur per tex. uel per rationem neceſſariò concludentem contra gloſ. uel doct. ut eſt bonus tex. in l. Labeo. in. §. Verum. ff. de ſupell. lega. ¶ Nec mirum, quia quò quiſq; magis ratione nititur, eò maioris auctoritatis eius uerba eſſe uidentur, & in negociis diffiniendis non ſolùm eſt neceſſaria ſcientia: ſed etiam poteſtas, ut eleganter inquit tex. in c. j. xx. diſtin. ¶ Ab auctoritate autem improbabili & incerta nullū ſumitur argumentum, ſecundum Bal. in d. l. Conuenticulā. ut ſi ab auctoritate theologi concludatur in materia merè legali: uel ab auctoritate medici, in materia merè theologica.

¶ Vnde pro pleniori notitia huius quotidiani articuli debes ſcire, quòd quædā ſunt ſcripturæ ſeu auctoritates approbatæ à ſummo Pōtifice uel ab Imperatore: & tales probant & cōcludunt neceſſariò: & ſic argumētum ab auctoritate talium ſcripturarū eſt probabile, & neceſſarium, & adeò fortè, q; propter æquitatem non ſcriptam non receditur à rigore ſcripto: ſed habet locum hoc caſu id quod dicit tex. in. §. Oportet. in auct. de iudi. coll. vj. ſcilicet iudicem non uideri clemētiorē lege: de quo plenè per Cy. & legiſtas in l. Placuit. C. de iudi. & per Odofre. & alios in præal. l. j. C. de legi. & per Panor. & cano. in c. fi. de tranſac. & faciunt no. per Bar. in l. Omnes populi. ff. de iuſti. & iur. habet etiā locum hoc caſu id quod habetur in c. In memoriā. xix. diſt. & in præal. l. Proſpexit. ſcilicet q; lex etiā perquā dura eſt ſeruāda: ſcripturæ autē approbatæ ponūtur in decreto. xvj. diſt. per totū. & xx. diſt. per totū. ¶ Et hinc eſt, quòd nedū probabile, ſed neceſſariū eſt argumentū ab auctoritate



ctoritate ſcripturæ diuinæ: quia auctoritates iuris diuini allegari poſſunt ad deciſionē cauſarū, tanquā leges: ut eſt gl. ſing. apud legiſtas in. §. Cogitatio. ſuper uerbo Eloquiorū. in auct. ut iudic. ſine quoquo ſuffragio. coll. iij. quam ad hoc notat Bald. in aucten. ad hæc. in ij. col. C. de uſur. & eſt bonus tex. in c. Qualiter et quādo. ij. & ibi Panor. & Feli. no. de accu. ¶ Hinc etiā eſt, q; ualidū probabile & neceſſariū eſt argumētū ab auctoritate alicuius ſancti, muniti auctoritate noui uel ueteris teſtamēti: quia dictū alicuius ſancti munitū auctoritate noui uel ueteris teſtamenti in deciſione cauſarū præfertur deciſioni papali, ſecus ſi nō eſſet munitū autoritate legis diuinæ: quia tunc cōſtitutio papæ præfertur dicto cuiuslibet ſancti: qa papæ & nō ſanctis fuit data auctoritas & poteſtas legis cōdendæ. c. Propoſuit. de conceſ. præbē. ita ſing. dicit glo. ord. in c. De libellis. & ibi hoc ſequuntur Archid. & Domi. xx. diſt. illam glo. etiam multùm not. & ſingu. reputat Panor. in præal. c. Qualiter & quando. ij. de quo uide latius per eundē Panor. in c. Tua. de deci. & in c. Ne innitaris. de cōſti. In quibus autē ſit ſeruāda lex ueteris teſtamenti: uide tex. cum gloſ. in. §. His itaq;. & ibi pulchrè per Dominic. vj. diſt. & glo. in c. fi. & ibi pulchrè per Ioan. de Imo. in ij. col. de cōſue. ad quos recurre. Quando autē doctores diuinæ ſcripturæ ſunt uarij: cui tunc magis eſt ſtandum, habes glo. ord. not. & uulgatam in c. Vt ueterum. ix. diſt. quæ dicit quòd Auguſtino eſt ſtandum in diſputationibus, Gregorio in moralibus, & Hieronymo in translationibus ſeu interpretationibus. de Ambroſio autem nihil dicit: ſed cōmuniter dicitur quòd Ambroſio ſtatur in ſacramentis. Ita dicit do. Ioan. de Imo. in l. Si uero. §. de uiro. ff. ſolu. matri. ubi d. glo. reputat ſingularem. Sed circa iſtud

 cadit

cadit pulchrum & ſubtile dubium, uidelicet quibus magis eſt credendũ, an ſacræ theologiæ magiſtris, an uerò doctoribus iuris canonici & ciuilis quãdo eſt controuerſia inter theologos & doc. canoniſtas de materia originẽ trahẽte à iure diuino: ut eſt materia uſurarũ, matrimonij, decimarũ uel ſimilis: licet prima facie uideatur magis credendũ in talibus materijs magiſtris ſacræ theologiæ tanquã magis peritis in iure diuino: à quo originẽ trahit prohibitio uſurarum. c. Quia in omnibus. & c. Super eo. de uſur. & inſtitutio matrimonij. c. Vnico. cum ibi not. de uoto lib. vj. & ſolutio decimarũ Deuteronomij xviij. Numeri xviij. & Exodi xxij. Contrarium tamen decidit ſingul. Pet. de Ancha. in eleganti ſua diſputatione incip. Antiquis & modernis temporibus uiri catholici & cõſcientiæ timorati: motus hac ratione: quia ſcientia canonica principaliter tendit ad interpretandum ius diuinum in caſibus dubijs pertinentibus ad moralẽ philoſophiã: ut patet in proœmio decretaliũ: ſcientia uerò theologica pertinet ad interpretationẽ iuris diuini, quo ad opera domini noſtri Ieſu Chriſti. ¶ Hinc uidemus, quòd in libris iuris canonici ſunt deciſiones ſummorũ pontificũ ſuper dubijs iuris naturalis & diuini: nam uidemus quòd in cõpilatione decretaliũ habemus de decimis, de baptiſmo, de uoto, de matrimonio, de ſimonia, de furtis, de uſuris, de iuramẽto, & de ſimilibus materijs, de quibus ſunt tractatus & tituli ſpeciales, quorũ propriũ eſt dubia eludare, quæ oriuntur in prædictis materijs originẽ trahentibus à iure naturali & diuino. Et ſic reſidet in hoc, quòd interpretatio iuris diuini quatenus ſpectat ad moralitatem (quæ dirigit actus noſtros in Deum pertinet ad doctores iuris canonici & ciuilis, qui ex conſtitutionibus canonicis & de



& decretis ſanctorum patrum, debent ius diuinũ adiuuare & ſupplere. iuxta ea quæ notan. per cano. in c. Quæ in eccleſiarum. de conſti. & in prealleg. c. fi. de conſuetu. & per legiſtas in l. fi. C. ſi contra ius uel util. publ. ¶ Quatenus autem ius diuinum tendit ad ſpiritualitatẽ & cognitionẽ ueræ fidei in hæreticos, Iudæos, & alios infideles ſpectat ad theologos ſecundũ Pet. de Anch. ibi ſuprà: qui ſubdit, quòd ſæpe uidit magiſtros in ſacra pagina reſpõdentes ſuper dubijs, quæ occurrũt ſuper decimis, teſtamẽtis, matrimonijs, uſuris & ſimil. errare. Et ideò periculoſum eſt eis aliquid affirmare uel negare ſecundũ eum: & iſtud ſequitur ad literam Alex. de Imo. in conſil. j. ij. uolu. & in conſil. cvij. eiuſdẽ uolu. incip. Redemptoris, & c. pro inueſtigatione prædictorum, & c. & idem uult Iaſon in prealle. l. j. ff. ſi cer. pet. & faciunt not. per Ant. de But. & Panor. in prealle. c. Tua. de deci. ¶ Vidi etiã ego, dum eram ſcholaris, quẽdã magiſtrũ noſtrum uehementer errare, cum uolebat ſuſtinere excommunicatũ, poſt appellationẽ legitimã, non tutè nec ſecurè celebrare diuina, nec tutè abſoluere ſibi cõfeſſos: ſed ualiditatem & efficaciã huiuſmodi actuum & ſimiliũ, qui geruntur ex officio publico pendere ex futuro euentu: cui reſtitum fuit in faciẽ: quia reprehẽſibilis erat per recolẽdæ memoriæ dominũ Arnoldũ de Becha, præceptorẽ meum, per tex. in c. Solet. in fi. iuncta glo. de ſentẽ. excom. lib. vj. & per tex. in c. Ad præſentiã. & in c. Dilecti. & in c. Paſtoralis. cum utrobiq; not. per glo. & doc. de appel. ut latius uideri poteſt in quodã tractatulo ſuo deſuper confecto, ad quẽ te remitto. ¶ Hinc etiã eſt, quòd ſi duo ſunt electi ad epiſcopatũ (quorũ unus eſt theologus, & alter canoniſta) data paritate in cæteris, & hæreſi non pullulante in illo epiſco- Canoniſta conferendus Theologo.

 patu

patu uel uicino,præferendus eſt canoniſta ſecundum Hoſti. Io.An.Panor.& doc.in c.j.de Conſang.& affini.qui tex.ſecundũ Hoſti.& Io. An.ibidẽ expreſſe probat, quòd eccleſia Dei non poßit regi per puram & ſolã theologiã: licet aliqui theologi cõtrariũ temerarie aſſerere nõ uereãtur,& male: ut ibi latius per eos.¶ De hoc tamen,an ad iuriſtam, an ad theologũ magis ſpectet cognoſcere de materijs originem trahentibus à iure diuino,uide latißimè per uenerãdum ſacræ theologiæ profeſſorem dominum Cõrardum de Sommẽhairt in ſuo opere ſeptipartito, de contractibus in q. xlix. per totum,& in prologo ſuo in vj. vij. viij. & ix. col.& per Feli.in dicto.c.Ne innitaris.circa finem. Quædam autem ſunt ſcripturæ per ſummum Pontificem uel Imperatorem nec approbatæ,nec reprobatæ,& illæ ſunt duplicis generis.Quædam enim ſunt ſcripturæ enũciatiuæ uel recitatiuæ,ut ſunt libri hiſtoriales,chronicæ,& ſimiles:& talibus ſi à noſtris maioribus creditũ uidemus,nos etiã credere debemus,ſicut alijs ſcripturis antiqs.De quo plenè per Panor.Feli.& doc.canoniſtas in c.Cum.cauſam.de proba. & aliquid per eundẽ Feli.& alios in c.ij.de reſcrip.& per Bar.& doc.in d.l.j.et eſt bona gl.in l.j.et ibi Io.de Pla.not. C.de fundis limitrophis li.xj.& faciũt not.per Io.An.in c. j.de renun.li.vj.in nouel.Quædam autẽ ſunt ſcripturæ, quæ procedunt diſponendo & determinãdo non enunciãdo: & in his aduertendũ & cõſiderandũ eſt,quid ſeruãt ſtudia ſeu uniuerſitates. Quædã enim ſcripturæ tanquam auctenticæ reputãtur in ſtudijs:ut decretũ,uſus feudorũ:dicta Hippocratis,Ariſt.& ſimilia,quæ tanquam ſcripturæ auctenticæ in uniuerſitatibus & ſtudijs leguntur ſecundũ Bar.& doc. in præal.l.j.ff.ſi cer.peta.& Ang.in.§.Cũque.in procœmio

Inſti.



Inſti.& uolũt Panor.Feli.& alij.in d.c.ij.de reſcrip.et Iac. de Alua.in præludijs feud.& iſti eſt ſtandũ:& ſic argumẽtum ab auctoritate taliũ ſcripturarũ eſt probabile & neceſſariũ ſecundũ doc.in locis præal.qui pro hoc allegant.l. vij.menſe.ff.de ſta.ho.ubi iuriſconſultus allegat auctoritatẽ Hippocratis.et l.Si pater.ff.de ſol.ubi allc.auctoritas Ariſt. ¶ Quod ego intelligo uerum, quando de illis auctoritatibus facta eſt lex:uel quando non habemus legẽ in cõtrariũ. Si enim haberemus legẽ in contrariũ, tunc nõ eſſet talibus auctoritatibus uel ſcripturis ſtandũ, quia maior eſt auctoritas legis:ut patet in l.Intantũ.§.fi.cum.l.ſeq.ff.de re.diuiſ. patet etiã exẽplũ in auctoritate Pauli:ſi filius,ergo hæres: quia illa auctoritas Pauli non procedit ſi filius repudiauit hæreditatẽ,uel ſi ſe non immiſcuit:unde intẽtio creditorum non eſt fundata,niſi probẽt filiũ hæreditatẽ patris adiuiſſe, uel ſe ei immiſcuiſſe.l.j.cum ibi not.per glo.& doc. C.ſi ut ſe ab hæredi.abſti.& l.Neceſſarijs.& ibi glo.& Bar.ff.de acqui.hæredi.q.d' tene mẽti.Quædã aũt ſunt ſcripturæ,quæ ab uniuerſitatibus & ſtudijs non approbãtur,niſi iuuentur ratiõe:ut ſunt d.gl.Bar.et Bal et.aliorũ doc.Et iſtæ dicũtur magiſtrales probationes:nõ tamẽ neceſſariæ:& iſtis nõ eſt ſtandũ,niſi quatenus ratione iuuẽtur:unde ſi ratio neceſſariò cõcludens uel tex.ſit in cõtrariũ,non eſt illis ſtandũ: & ſic argumentũ ab auctoritate taliũ ſcripturarũ eſt duntaxat probabile,ut prædixi.Ex quo ſequitur quòd argumentum ab auctoritate deciſionum Rotæ,Capellæ uel Delphinatus ſolum eſt probabile,quia tales deciſiones non habent uim legis.Ita ſingulariter dicit Domi. in c.Duobus. de reſcrip.& idem Domini.in c.Neq;.ix.diſtin.& ſequitur Feli.in d.c.ij.de reſcrip.& Iaſon in præal.l.j. ff.ſi cer.peta.

Hinc

¶ Hinc dixerũt dialectici, quòd locus ab auctoritate eſt infirmus ſed ex præmiſsis tu habes quàm utilis eſt: & quando concludit neceſſariò & quando probabiliter tantũ. De regulis autem cancellariæ apoſtolicæ, an ſint cõſtitutiones generales & ligent exiſtentes extra curiam, ſunt opiniones: nam Petr. de Anch. in conſil. ccxcvij. incip. Efficacibus. & Card. in conſilio. xcix. incip. Redemptoris. &c. Dico quòd acceptatio, &c. tenent quòd non: ſed Feli. in d.c. ij. tenet cõtrariũ: & ſic ſub iudice lis eſt. ¶ Ex præmiſsis ſeqtur, quòd propter rationes magis prægnãtes, licitum eſt recedere ab opinione gloſ. uel alterius doctoris quantumcunq; famoſi, & etiam à deciſionibus Rotæ per d.l. Labeo. §. Verum.

¶ Hinc dicit Archid. in c. Nolite timere. xj. q. iij. quòd cuicunq; licet magno doctori, non tenemur credere, niſi probet opinionem ſuam per auctenticam ſcripturam, per illũ tex. & per. c. Ego ſolis. ix. diſt. ¶ Hinc etiam dicit Card. in conſil. lxxvij. incip. Frater unice, &c. quòd nulli uoluit unquã in opinionibus cedere, niſi urgente ratione, & hoc dictum refert & ſequitur Feli. in c. j. in fi. de cõſti. quòd tene menti, & uide quod dicam infrà in loco à lege ceſſante. Dixit tamẽ Iaco. Butrigarij ualde ſingulariter in l. j. C. qui pro ſua iuriſdict. Quòd in iudicando non eſt recedendũ ab opinione glo. quando habet unum famoſum doctorem poſt ſe. Sed hoc dictum impugnat Panor. in c. Capellanus. de ferijs hac ratione, quia etiam à communi opinione poteſt iudex recedere in iudicando, quando talis communis opinio eſſet euidenter falſa: uel quando conuinci poſſet euidentibus rationibus, ut uult Ioã. An. & poſt eum Bal. Feli. & communiter doc. in præal. c. j. de cõſti. & probatur in d.c. Capellanus. & in l. j. C. de ueteri iure enucle. ibi. Sed neq; ex multitudi



titudine auctorum. &c. de quo text. facit feſtũ ipſe Panor. in d.c. Capellanus. reputãs eum ſingularem: Sed ego allego ad idem propoſitum duos alios text. qui non conſueuerunt allegari. Vnus eſt in c. Vnico. de ſum. tri. & fide catho. li. vj. ibi incõmutabilis & uera ſentẽtia: quaſi innuat, quòd non eſt ſatis opinionẽ aliquam eſſe communẽ, niſi etiã ſit uera: & hoc ſentit ibi Dominicus. Alius tex. eſt in cle. unica. in. §. fi. co. ti. ibi probabiliorem & dictis ſanctorum, ac doc. modernorum theologiæ magis conſonã & cõcordem. &c. Et facit illud uulgatum dictum Senecæ. Non te noueat dicentis auctoritas, ſed quid dicatur attende: pro quo eſt bonus tex. in præal. c. Ego ſolis. cum ibi not. per Dominicũ. ¶ Verũtamen eſt, ꝗ in dubio non debet in iudicando recedi ab opinione gl. quæ eſt maximæ auctoritatis, ut dixi ſuprà in forma argumenti à cõtrario ſenſu, circa finem. nec ab opinione communi: quia communis opinio habet uim conſuetudinis, ſecundũ Bal. in præal. c. Ne innitaris. & iudicans ſecundũ communem opinionẽ, etiam falſam, excuſatur in ſindicatu, & non facit litem ſuam, ut pulchrè dicit Panor. in d.c. de poſtula. præla. & ſequitur Feli. in præal. c. j. de cõſti. in fi. quẽ omnino uide. Quãdo autẽ gl. ponit plures opiniones, & nullã expreſſe eligit uel approbat: tũc uidetur trãſire cũ ultima: & illa dicitur ſua opinio: ita uult glo. or. in l. Qui filiũ. circa fi. ff. ad Trebel. & idem dicendũ eſt de opinionibus Inno. ut qñ ponit diuerſas uel cõtrarias opiniões: ultima dicatur eſſe ſua. ita no. dicit Hoſti. in c. j. de pœ. li. vj. quod dictũ refert & ſequitur Io. An. in c. j. de ſen. excõ. lib. vj. in nouel. Et pariformiter, quãdo in aliqua lege recitãtur per aliquẽ iuriſcõſultũ diuerſæ opiniones, ſi nulla expreſſe eligatur, uidetur iuriſconſultus trãſire cum ultima. ita dicit Bart.

Bar.in l.Bona fides.ff.depoſiti.& uolunt Bal. & Ange.in l.Si idem cum eodem.in.§.fi.per illum tex. ff.de iuriſd.om. iudi.¶ Hoc tamen limita tribus modis,ut pulchrè habetur per Iaſo. in d.l. Si idem cum eodem.§.fi.ad quem breuitatis gratia te remitto.Vbi autẽ non eſt reperire cõmunem opi. ſed tot ſunt doctores pro una parte,ſicut pro alia:quæ opi nio debeat tũc eligi,uide per Cy.& legiſtas in l.Cum de no= uo.C.de legi. & per Panor.& cano.in d.c.j. de conſti.& per domi.Matthæum de Matheſil.in notabili tractatu ſuo de elec.opinionũ.& pulchrè per Lambertũ de Ramponi. in l.Non poſſunt.ff.de leg.ad quos recurre.Et hoc caſu iu= dex eligendo unam opinionẽ etiã minus uerã, dũmodo ſint rationes prægnãtes & apparẽtes pro ea:dummodo credat eam uerã,non faciet litẽ ſuã:quia non peccat ex quo ꝓceſ= ſus eſt multũ dubius:ita not.dicit Bal.in præall.c.Ne innita ris.& not.per glo.ord.Inſti.de obli.quæ ex quaſi maleſi.na ſcun.in prin.¶ Ad unũ tamen aduerte, & hoc pro regula tene in omnibus quæſtionibus occurrentibus, ꝙ ſi reperias diuerſas opiniones doct.potius adhæreas opinionibus an= tiquorum quàm modernorũ,niſi reperias tex.expreſſum in contrarium.ita ſing.dicit Ioan.Petr.de Ferrarijs in practi ca ſua noua,in forma capitulorũ quãdo teſtes producũtur ad æternã rei memoriã.in fi.¶ Item ſcias,quòd iſtud argu= mentũ ab auctoritate tenet affirmatiuè,ſed nõ negatiuè:qđ facit ad multa,ut uidere poteris per Præpoſi.in c. Conſtan tinus.xcvj.diſt.ubi ſaluat donationẽ Conſtantini, licet de ea in pluribus antiquis chronicis, & libris hiſtorialibus nihil habeatur. ¶ Et ne erres uolo te ſcire, quòd non ualet hæc conſequẽtia, talis doctor eſt canonizatus.Ergo prohibitũ eſt aliter opinari quàm ipſe ſcripſerit: nec etiam ualet hæc conſe



conſequentia,talis non eſt canonizatus:ergo dicta eius non ſunt recipiẽda. Sed bene ualet iſta cõſequẽtia, Talis eſt ca= nonizatus,ergo licitè legũtur & renẽtur eius opera:ut uult Feli.in d.c.ij.de reſcrip.poſt Auguſtinũ de Anchona in lib. ſuo de poteſtate eccleſiaſtica. ¶ Et quia ſuprà dixi magnã eſſe auctoritatẽ glo.dicã etiã aliqua de laudibus nõnullorũ præſtantiſsimorũ doctorũ:& in primis occurrit Innocen. de quo dicit Archi.in c.Pia.de excep.li.vj.quòd ipſe fuit pa ter & organũ ueritatis.de eo etiã dicit Specu. in proœmio ſui ſpeculi,quòd ipſe eſt pater iuris:Et uerè fuit pater,quia ipſe pauit nos duplici pabulo ſcilicet ſolẽni apparatu ut ma giſter,& cõſtitutionibus quas fecit,ut põtifex,quas nũc ha bemus in ſexto.Ita not.dicit Io.And.in addit. ad ſpeculũ,in rubrica ne ſe.ua.de quo uide latius per eũ ibi.& per Feli.in præal.c.ij.de reſcrip.& per Iaſ.in d.l.j.ff.ſi cer.pet. Et ſic argumẽtũ ab auctoritate Inno.aliqñ eſt probabile & neceſ ſariũ, quãdo fit ex cõſtitutionibus per eũ tẽpore pontifica tus editis,publicatis et acceptatis.Aliquãdo autẽ eſt proba bile tantũ:puta qñ fit ex apparatu ſeu cõmẽto ſuo edito ſu per uolumine decretaliũ,& ſuper cõſtititutionibus Grego rij x. ¶ Secũdò occurrit Hoſt.de quo dicit Spe.in d.proœ= mio ſui ſpeculi,ꝙ ipſe fuit lumẽ iuris:& uerè fuit maximus & profundiſsimus canoniſta.¶ Tertiò occurrit Io.An.de quo dicit Card.in proœmio cle. ꝙ ipſe ſolus plus illumina= uit ius canonicũ,ꝗ omnes alij doc.ſimul in cẽtũ annis.Et Pa nor.in c.de quarta. de præſcrip.dicit de eo,ꝙ quãdo ipſe uo luit apponere ſtudiũ ad decidẽdũ, cæteris ſcribẽtibus ſilen= tiũ impoſuit.De eo etiã dicit Panor.in c. Ex parte adæ.de teſti. quòd ipſe longè melius alijs ſolitus eſt cõpendioſe & eleganter ſummare textum,adeò quòd communiter doc.ſe= quentes

quentes ſoleant cum ſuis ſummarijs tranſire: magni autem artificis eſt totum cõprehendere ſub exiguo: ut dicit Seneca in epiſtola.liij.ad Lucil. circa fi. Et ei in legatione uenienti ad urbẽ fertur dixiſſe ſummus pontifex. Bene uenerit, qui lux mũdi cognominatus eſt: ut refert Ant. de Prato ueteri, in prin.ſui libri qui repertoriũ Bar.intitulatur. Et Bald. in prooemio feudorũ uocat eum uerificæ ſcientiæ iuris canonici patrẽ. Et Iaſon in l.j.in ij.lectura.C.de ſum.tri.& fide. catho.uocat eum principẽ canoniſtarũ. Et idem Iaſon in l. Sancimus.C.de teſta. dicit de eo, quòd ipſe fuit utriuſq; iuris fons & tuba: nec mirum, quia ipſe in x.anno incepit ſtudere canones: ut ipſemet refert in c.Cum apud.de ſpõſa.& tempore quo cõfecit additiones ad Speculum, ſtuduit quinquaginta annis, ut ipſemet refert in additionibus ad Speculum, in ti.de ſala.§.Sequitur, in princ. ¶ Quartò occurrit Archi.præceptor Io.An.quẽ multũ extollit Ioan. An.in j. glo.ſua ſuper vj.& de eo dicit Feli.in c.j.in fi.de cõſti.quòd opinio Archi.ſuper vj.etiam ſingularis præfertur opinioni communi, & allegat quandã deciſionẽ Rotæ. ¶ Quintò occurrit Bar.de quo dicit Panor.in c. Cum uobis. de præſcrip.quòd ipſe, omniũ iudicio, cunctos ſcribẽtes in æquitate & ueritate præceſſit: & de eo dicit dominus Ioã.Bap. in repetitione.l.Omnes populi. ff.de iuſti. & iure, quòd in Bar.fuit admirabilis prudentia, ultra altam legum peritiã, & quòd ingenio eius nullũ numẽ abfuit: & de eo dicit Iaſon in præal.l.j.C.de ſum.tri.& fide catho.quòd ipſe Bar. fuit princeps legiſtarũ. De eo etiã dicit Bal.in l.j.in x. col. C.qui accuſa.non poſſ. quòd ipſe fuit homo multùm inhærens practicæ, & ꝙ fuit aſſeſſor primo Tuderti, & poſtea Piſis, & ibi tandem legere cœpit, & deinde uenit ad ciuitatem

tatem



tatem Peruſij: unde legendo optimus factus eſt ſecundũ eũ: & de eo dicit Iaſon in l.Precibus.C.de impub.& alijs ſubſti.& Franciſ.de Are.in conſil.clv.quòd ipſe fuit pater iuris. De eo etiã dicit Lod.de Ro.in conſil.ſuo cccclxxix. incip. Quo ad primum propoſitæ conſultationis articulũ, ꝙ in Bar, ſemper eſſe ſolet ſubſtantia ueritatis. & ergo in cõſulendo ab opinione eius dicit non eſſe recedendũ. & illud dictum refert & ſequitur Iaſon in l.Illud.C.de coll. De eo etiã dicit And.Sicu.in c.Raynutius in cxxiij.col.de teſta. ꝙ ipſe fuit luminare iuris ciuilis ardẽtiſſimum: nec mirũ, quia ipſe citò incepit: nam in xvij. anno publicè de iure diſputauit: ut refert Ang.in l.j.§.Pueritiã.ff.de poſtul. & ut ipſemet Bar.refert in l.Quidam cum filiũ.ff.de uerb.oblig.ipſe incepit ſtudere leges ſub Cy.de Piſtorio, in xiiij. anno, & in xx.anno publicè repetijt & diſputauit, & in xxj.anno gradum doctoratus adeptus eſt, & ex uerbis eius ibibem ſatis colligitur, ꝙ ipſe fuit expoſitus, & per quendã fratrẽ Petrum recollectus, educatus & inſtructus. De eo etiã plura pulchra dicit Ant.de Prato ueteri, ubi ſuprà. ¶ Sextò occurrit Bal.de quo dicit Lud.de Ro.in ſuis ſingul.ſingulari ccclxxix.incipiẽ.Scires tu, quòd ipſe omnia ſciuit & nihil ignorauit. & idem de eo dicit Iaſon in præal.l.j. C.de ſum. tri.& fide cath.fuit enim ualde ſubtilis, & propter nimiã excellentiã & ſubtilitatẽ ingenij, ſæpe uarius: non autẽ malicioſe, ut recitat Pau.de Caſt.in l.de ætate.C.de in integ.reſti.mino. Et iſte Bal.etiã cito incepit, quia in xv.anno repetijt.l.Centũ capuæ.ff.de eo quod certo loco. ut refert Ang. in d.l.j.§.Pueritiã. Et legit ferè quinquaginta annis, ut ipſe teſtatur de ſeipſo in præludijs feudorũ. & in c.j.in fi.de iureiur. & habuit duos fratres etiã utriuſq; iuris doc.ſcilicet

A Petrum

Petrum & Ange.ut refert Ange.in l.ij.ff.de orig.iur. Ipſe autẽ Ang.incepit aduocare in xx.anno & aſſumpſit docto ratū: & cepit legere in xxiiij.anno, ut ipſemet refert in d. §.Pueritiā.& de iſto Bal.dicit Pau.de Ca.in l. Aduerſus.in fi.C.ſi aduer.rem iud.ꝙ ipſe fuit ſubtilior Bar.Sed Bar.ſem per magis inſecutus eſt ueritatẽ ſecundū eum. ¶ Occurrit deinde Pau. de Caſt.clariſſimus & optimus legum doctor. ¶ Item occurrit Ioan.de Imo. doctor ueritatis,qui ſemper conatur ſuſtinere Bart.& glo.& non poſſent ſufficienter eius laudes exprimi .¶ Occurrit etiā Alex.de Imo.qui fuit laborioſiſſimus & aureus doctor,ut dicit Iaſon in præalle. l.j.C.de ſum.tri.& fi. catho.Et appellatur uberrimus fons iuris, per Præpoſi.in præludijs feudorū,in final.uerbis:ex cuius dictis fere omnia ſumpta ſunt,quæ reperiuntur collecta per Feli.in iure cano.& per Iaſo.in iure ciuili, & per Barthach.in repertorio,qui omnes habẽt ab eo.¶ Occurrunt etiam Ant.de Bu.Franciſ.Zabarel. Odofre.& Nicol. Siculus cognomento Panor. illuſtres & ſummi iuris uertices.¶ Occurrit etiā Henricus Boic ſummus & celeberrimus iuris pontificij doctor, quem multū cõmendat Feli.in c.Cum quidam.de iureiur.¶ Occurrunt etiā Pet.de Anch. & Guillel.Durandi,cognomento Specul.maximi practici: ſpecialiter tamen de laude Specul.uide Ioan.And. in addi.ad Specu.in ti.de offic.om.iudi.in §.fi.in princi. fuit enim ipſe Speculator auditor Rotæ in ſuo xxxiiij. anno, ut ipſemet refert in tit.de appel.in.§.Nunc breuiter.in uerſ.item iuſta cauſa eſt. & hinc Pau.de Ca.de eo mentionem faciens in l. Properandū. in prin.C.de iudi.dicit ipſum fuiſſe uirū mirabilem, qui in tam pauco tempore factus eſt tam excellens. ¶ Occurrit etiā Lambertus de Rampo. reſolutiſſimus doctor,



ctor,quem multū cõmendat Ioan.And.in c.Si pater. de teſta.lib.vj.in nouella,in iij.col.aſſerens eum fuiſſe profundæ ſcientiæ doctorẽ.Et ſi libet plurium aliorū præſtantiſſimorum doctorū uidere laudes,recurrere ad dominū Ioā.Bap. in tractatulo ſuo,qui intitulatur Modus ſtudẽdi in iure,ubi reperies ad ſatietatẽ. aptiſſimū enim mihi uiſum eſt, utilibus iocunda ſubnectere.Conſulit enim Imperator in j.conſtitu.digeſtorū interdum gaudia curis interponere, diemq; feſtum peragere.Et Horat.teſte: Omne,tulit punctum,qui miſcuit utile dulci:quæ omnia tene mẽti, tanquam pulchra, iocunda,utilia,& quotidiana.

## LOCVS A' NATVRA ALTERNATIVORVM. XLIX.

PRæterea habemus in iure locum à natura alternatiuorum,à quo ſumptum argumentum nedum eſt probabile,ſed forte, frequens & utile ualde, ut infrà patebit. Et poteſt formari quadrupliciter,ad quadruplicem effectum. ¶ Vno modo ſic.In alternatiuis electio eſt debitoris.l.Plerunq;.§.fi.ff.de iure dot.& regula in alternatiuis. de regu. iur.lib.vj.& .§.Hinc autem qui loco.Inſtitu.de actio.& ibi habetur pleniſſimè per Ioā.Fab.de natura alternatiuæ: & hæc regula ampliatur dupliciter. ¶ Primò, ut procedat etiam in actibus ſpiritualibus:ut eſt matrimonium. promittens enim aliquam ducere in uxorem,ſi eum ad copulā admiſerit:uel ei dare mille,habet electionẽ,an uelit eam ducere in uxorẽ,uel an uelit dare mille:nec hæc facultas eligendi tollitur per carnalem copulam ſubſecutam: quia hoc nullo iure cautū reperitur. ita ſingulariter dicit Albe.de Roſa.in dictionario ſuo,ſuper uerbo Matrimonium v.circa fin.&

Aſteſanus in ſua aurea ſumma in titu.de modo contrahen.
ſponſal.tit.iij.ante fi.copula enim facit de ſponſalibus con=
ditionalibus ſponſalia pura: & facit ea purificata eodẽ mo
mento tranſire in matrimoniũ.c.De illis.& ibi Panor.hoc
notat in ulti.not.de condi.appo. ¶ Item copula reſpondet
ad omne quare,ut dicũt Hoſti.& Ioã.And. in c. Tua nos.
de ſponſa.ſed copula nõ adimit nec tollit facultatẽ eligendi
alterum ex alternatiuè promiſſis:quia hoc nullo iure cautũ
reperitur:quod tene mẽti,quia eſt ualde ſingulare:nec alibi
legi,& quilibet prima facie diceret contrarium. ¶ Secun=
dò ampliatur dicta regula,ut procedat etiam ubi dubitatur
de incurſu periurij:nam auctoritas ſuperioris,duo alterna
tiuè iniungentis excuſat à periurio, licet alterum faciendo
nullum periculũ periurij ſubeſſet:exempli gratia.In caſu.c.
conſtitutus.de reſcrip.papa mandauit capitulo facta men=
tione de numero & iuramento, ut reciperẽt Titium in ca=
nonicũ, & ei cõferrent præbendã non obſtante iuramento
uel darent ei centũ,Si canonici hoc caſu reciperent Titium
in canonicũ,non eſſent periuri,ex quo derogatum eſt iura=
mento, licet habuerint poteſtatẽ dandi centum, & quãuis
dando centum,potuerint iuramẽtũ ſeruare. Nam auctori=
tate papæ licitè uidentur facere quodcũq; alternatiuorũ fe=
cerint propter optionem ſeu electionẽ datam per alterna=
tiuam mentione facta de iuramento. Ita ſingulariter uoluit
Vincentius in d.c.Conſtitutus. & ſequũtur ibi Ant.de Bu.
Ioã.de Imo.& doc.& Feli.in c.Inter cæteras. de reſcript.
quod tene menti,quia eſt ſingulare & quotidianum.
¶ Sed dicta regula(in alternatiuis electio eſt debitoris)ſic
ampliata, recipit plures notabiles ſingulares limitationes,
ſeu fallentias.Quarum prima eſt, ut non procedat in lega=
tis



tis alternatiuis:glo.eſt ord.ſing.iuncto tex.in l.Lucio.ff.de
leg.ij.quæ not.dicit,ꝙ in legato alternatiuo ſi uerba dirigũ
tur ad hæredẽ ipſius eſt electio:ſi aut uerba dirigũtur ad le
gatariũ eius eſt electio.Si autẽ teſtator utatur uerbo Lego
(qđ eſt indifferẽs)tũc in dubio electio eſt legatarij: & nõ
hæredis,ut ibi latius per eũ,& ꝑ Io.de Imo.in d.c.inter cæ=
teras,ubi dicit d.glo.eſſe ſing.& meliorẽ de corpore iuris:
illã gl.etiã reputat ſing. Alex.de Imo.in l.Qui duos.ff.de le.
j.& idẽ ꝑ omnia uult Bal.in.§.ſi qs agẽs.Inſt.de act.& idẽ
Bal.in d.l.Lucio.& Dy.in d.reg.in alternatiuis. ¶ Secũdò
hæc regula fallit in pœnis alternatiuè impoſitis per legem
uel ſtatutum,nam quandocũq; per legem uel ſtatutũ impo
nitur pœna alternatiuè:tunc iudicis eſt electio, & non rei.
tex.eſt cum glo.in c.A crapula.& ibi pulchrè per Panor.
Ioã.de Imo.& doct.de uita & ho.cler.& habetur per eun
dem Panor.in d.c.Inter cæteras.eſt etiã de hoc bona glo.in
c.Fraternitatis.& ibi habetur pulchrè per Domi.xxxiij.
diſt.& bona glo.in c.Sicut.de iudæis.& habetur aliquid de
hoc per Bar.in l.j.ff.de effrac.& plene per Bal.in l.Qui=
cũq;.& in l.Si fugitiui.C.de ſer.fug.& pleniſſimè per Fe=
li.in d.c.Inter cæteras,ad quos recurre. ¶ Hoc autẽ ſcias,
quòd quãdo iudex eligit pœnã debet adhibere cauſæ cogni
tionem:& ſic debet ſedere non ſtare.Ita notab.dicit Bal.in
præal.l.Si fugitiui.in fi.quod tene menti. ¶ Tertiò hæc re=
gula fallit,quando alternatiua ponitur inter duo, quorum
unũ eſt in obligatione,& aliud apponitur ad cautelã credi
toris:tunc enim electio non eſt debitoris,ſed creditoris: ita
not.uolunt Guil.de Cunio & Bar.in l.Quamuis.per illum
tex.ff.de pign.act.& Pau.de Ca.& Alex.de Imo.in l.iiij.§.
Si ex conuentione.per illũ tex.& per d.l.Quamuis.ff.de re

 iudi.

iudi. & idem Pau. de Caſt. in l. Cum proponas. in fine. C. de tranſac. & Alex. de Imo. in d. l. qui duos. Et hinc dicit Bal. in l. fi. in iij. col. C. de peti. hæredi. quòd licet in alternatiua ſoluendi, electio ſit debitoris, tamẽ in alternatiua exigendi, electio eſt creditoris. Et per hoc deciditur una notabilis & quotidiana quæſtio, quã ſæpius uidi de facto. Pone, promiſiſti mihi ſoluere decẽ infra mẽſem uel dare pignus aut fideiuſſorẽ: elapſo menſe uolo te cogere ad ſoluendũ decẽ. tu uerò uis dare pignus uel fideiuſſorẽ, quæritur quid iuris? Et uidetur prima facie, quòd non poſſem te cogere ad ſoluẽdũ decẽ, quia obligatio fuit alternatiua, ergo electio debet eſſe debitoris, per iura ſuprà in prin. alleg. Contrariũ tamẽ decidunt præfati doc. in locis ſuprà alleg. Et ad d. l. Plerunq;. cum ſimili. reſpondẽt, ꝙ illa iura procedũt, quãdo alternatiua ponitur inter duo, quorũ quodlibet eſt in obligatione & ſolutione: ſecus ſi unũ eſt in obligatione, & aliud apponitur ad cautelã creditoris: ut ĩ caſu ſuprà tacto, qd' eſt perpetuo mẽti tenẽdũ, quia eſt ſingulare, ſubtile & quotidianũ. ¶ Quartò fallit hæc regula, ubi ex mẽte diſponẽtis ſaluari debet ordo ſcripturæ. tex. eſt not. ponẽs caſum quotidianum in c. Mandato. in fine. de præben. li. vj. & faciunt not. per glo. in c. Metropolitano. lxiij. diſt. & uolunt Io. de Imo. & Feli. in d. c. Inter cæteras. ¶ Quintò fallit dicta reg. in gratijs ſeu officijs alternatiue collatis: unde ſi uacãtibus tribus officijs, princeps uni cõferat omnia alternatiuè, ille eliget qd' eorũ uelit. tex. eſt not. in l. ij. C. de caſtrẽ. & miniſ. li. xij. quem tex. ad hoc notant Guil. de Cunio, Bal. & Ang. in l. fi. ff. de cõſti. princip. & idem Bal. in d. l. Lucio. & idem Bal. in præal. l. Qui duos. & ibi etiam Io. de Imo. & Alex. & idem ſentit ipſe Bal. in l. Cum quidã. C. de uerbo. ſig. & Feli.



Feli. in d. c. Inter cæteras. Et ratio iſtius eſt: quia beneficiũ principis latiſſimè debet interpretari. d. l. fin. ff. de conſti. principum. quod tene menti. ¶ Secundò iſtud argumentũ formatur aliter ſic, ad ueritatẽ diſiiunctiuæ ſufficit alteram partẽ eſſe uerã. tex. eſt in d. c. Inter cæteras. & ibi habetur per Panor. Feli. & canoniſtas: & eſt bonus tex. in l. Si hæredi plures. ff. de cõdi. inſti. & in l. Si quis ita ſtipulatus fuerit decẽ. ff. de uerbo. oblig. & in. §. pe. Inſti. de hæredi. inſti. & in l. Si is qui ducenta. §. cũ ita. & §. Vtrũ. & ibi plenè de materia alternatiuæ per Bar. ff. de re. du. cum. uulg. Et iſtud eſt uerũ nedũ quãdo alternatiua concipitur per uerba affirmatiua: ut in exẽplo poſito in d. c. Inter cæteras. & in alijs iuribus ſuprà alle. ſed etiã quãdo alternatiua cõcipitur per uerba negatiua. exẽpli gratia, promitto tibi centũ ſi Imperator hoc anno nõ uenerit in Italiã, uel ſi filius mihi intra annum non naſcatur. ſum enim obligatus ſi aliquod iſtorũ non eueniat, puta ſi Imperator in italiã non uenerit, uel ſi filius mihi non naſcatur: licet alterũ eorũ eueniat. Sum etiã obligatus, ſi neutrum iſtorum eueniat. Si autẽ ambo eueniãt, ut quia Imperator uenit in Italiã, & filius mihi naſcitur, tunc non teneor: quia nihil euenit, quod non ſperabã euenturum, nam pro conſtanti habui utrunq; euenire debere. ita notabiliter uolunt Ioã. de Imo. & Feli. in d. c. Inter cæteras. & probatur in præal. l. Si quis ita ſtipulatus fuerit decẽ. circa finem. & ibi hoc uolunt Io. de Imo. & Alex. probatur etiã in d. l. Si is qui ducenta. §. Vtrũ. & §. cũ ita. primo reſponſo. & ibi hoc uolũt Dy. Ray. & dominus Bartho. Socinus: & hoc tene, quicquid inaduertẽter dixerint Cardi. & Panor. in præal. c. Inter cæteras. & Iaſon eos ſimpliciter ſequẽs in præal. l. Cũ quidã. in fi. Ad euitandũ enim pœnã promiſſioni, ne

ni, negatiuè & alternatiuè adiectam oportet utrunq; fieri. Exempli gratia, ſi promiſi dare decē, ſi Stichum aut Pamphilum non dedero, ad hoc ut euitetur pœna de decem, & non cōmittatur: neceſſe eſt utrunq; dari: ut probat d.l. Si is qui ducenta. §. Cū ita. & §. Vtrunq;. & ibi Bar. Ad hoc autem ut pœna cōmittatur, ſufficit alterum non fieri: iuribus præal. unde uera eſt regula, q̀ ad ueritatē alternatiuæ negatiuè conceptæ, ſi ſtipulatio incipit à præcedenti cōditione, ſufficit alterū non eſſe factū, ut cōmittatur ſtipulatio. Et ad hoc, ut non cōmittatur, requiritur q̀ utrunq; fiat: quia altero non facto, uerū eſt dicere, illud aut illud factū non eſſe d. §. Cum ita. & præal. §. Vtrum. & d.l. Si quis ita ſtipulatus fuerit decem. in fine. ¶ Hoc tamen limita procedere in cōtractibus, iuribus præal. ſecus in ultimis uoluntatibus. d.l. Si is qui ducenta. §. fi. iuncta gl. ubi eſt caſus, quod tene mēti: quia ut uides maximi doctores uehementer in hoc errarunt. Sed dicta regula ad ueritatē diſiunctiuæ ſufficit alterā partē eſſe uerā ſic, ut permittitur declarata recipit quinq; notabiles fallentias. ¶ Prima eſt, quando alternatiua ponitur inter perſonas: nam tunc reſoluitur in copulatiuam, & ſic requiritur concurſus utriuſq; copulati. tex. eſt in d. l. Cum quidā. C. de uerb. ſigni. Vnde ſi teſtator inſtituat hæredē Titiū aut Seiū, ambo erūt hæredes, ut ibi. ¶ Hinc etiā eſt, q̀ ſi papa cōferat beneficiū Titio aut Seio, utriq; debetur beneficium, & ſi unus nō uult, accreſcit: & dictio (uel) tunc ponitur copulatiuè. Ita notabiliter uolunt Archi. & Domi. in c. Paſtoralis. vij. q. j. per d.l. Cum quidā. & ſequitur Feli. in d.c. Inter cæteras. ¶ Hoc tamen quod dixi ſuprà, ſcilicet quòd diſiunctiua poſita inter perſonas reſoluitur in copulatiuam, recipit octo notabiles limitationes, quas



quas uide per Iaſo. in præal. l. Cum quidam. ad quē breuitatis gratia te remitto: quia ab omnibus habetur, et multū magiſtraliter loquitur. ¶ Secūdò dicta regula fallit fauore dotis, cuius fauore alternatiua interdum non poteſt uerificari, niſi in uno ſolo: ut ſi auus maternus uel extraneus, qui dedit dotem, ſtipuletur illam reddi mulieri, uel ſibi. Nam fauore dotis acquiritur mulieri duntaxat actio: & non donāti, etiam ſi ex ordine ſcripturæ præpoſitus ſit ille qui dedit dotem. tex. eſt not. & ſingu. in l. Gaius. ff. ſolu. matri. & ibi hoc not. Bar. & Pau. de Caſt. & Feli. in d.c. Inter cæteras. & Iaſo. in præal. l. Cum quidam. quod tene menti: quia eſt mirabile & ualde ſingulare. ¶ Tertiò dicta regula fallit, quando alternatiua ponitur inter genus & ſpeciem, nam tunc reſoluitur in coniunctam. tex. eſt not. in l. Quintus. j. in fi. & ibi Bar. not. ff. de aur. & argen. lega. & idem Bar. in l. Si quis ita. ff. de auro & argen. lega. & idem Bart. in præal. l. Si is qui ducenta. §. Vtrum. & Feli. in d.c. Inter cæteras. ¶ Quartò dicta regula fallit in alternatiua impropria quæ appellatur ſubdiſiunctiua: ut eſt dictio, ſeu & ſiue: unde ſi lego Titio uina quæ habeo Romæ ſeu Bononiæ, debētur omnia. tex. eſt not. in d.l. Si quis ita. & ibi Bar. not. ff. de aur. & argen. lega. & illū tex. ad hoc ponderāt Anto. de But. Cardi. Panor. Ioā. de Imo. & Feli. in d.c. Inter cæteras. Et idem eſſet ſi dicerē, lego Titio uina quæ habeo Romæ ſiue Bononiæ: quia dictio (ſiue) etiā non eſt ſimplex diſiunctiua: ut eſt tex. iuncta glo. in l. Ad protegendū. C. de in litem dando tutore. & ibi Sali. not. & Bar. & Ioā. de Platea in rubri. C. de nauicularijs ſeu naucleris. lib. xj. Sed ſi legarem alicui uina quæ habeo Romæ uel Florentiæ, non deberentur omnia: quia dictio, uel, eſt ſimplex diſiunctiua,

 & ſic

& ſic non habet locum.d.l.Si quis ita.quæ loquitur in diſiunctiua non ſimplici,ſed de ea quæ ampliationẽ inducit,ſecundũ Io.de Imo.& Feli.in d.c.Inter cæteras.quia hoc iure non cauetur ſecundũ eos.Contrariũ tamẽ in hoc ultimo uoluit Card.in præal.c.Inter cæteras. & Cy.& Alberi.in d. l.Cum quidam. & non bene. Quare de hoc uide latius per Bar.in d.l.Si quis ita.& per Iaſo.in præal.l.cum quidã.ubi ponit duas limitationes ad d.l. Si quis ita.& poſt multa in hoc ultimo membro tenet cum Bart.Fulgo.Ioã.de Imo. & Fel.cõtra Card.Cy.& Alber.ad quẽ recurre:& uide omnino Bar.in d. l.Si is qui ducenta.§.Vtrum. ubi etiam hoc tenet,& dicit opinionem Cy.eſſe falſiſsimam: quod tene menti:quia eſt ſingulare,& faciliter errares,ſi nõ perpẽderes. ¶ Quintò dicta regula nõ procedit quo ad effectũ tranſmiſsionis: unde ſi alicui legentur duæ res alternatiuè: una purè, & alia ſub conditione, ſi moriatur legatarius pendente conditione, non tranſmittit ad hæredes ſuos, legatum rei ſibi purè legatæ,alternatiuè tamẽ. tex. eſt ſingularis & mirabilis in l.Cũ illud.in prin. ff.quãdo dies leg.ced. quẽ ualde exclamat Lud.de Ro.in ſuis ſingularibus, ſingulari.xc.quod tene mẽti:quia eſt ſingulare,& quilibet.diceret cõtrariũ,qui non uidiſſet tex.illũ. ¶ Tertiò iſtud argumentũ formatur aliter hoc modo Alternatio ſemper præſumitur eſſe inter æqualia & parũ diſtãtia.tex.eſt ualde not. in l.j.ſecundum unam lecturã.ff.de reb.du.& iſte arguendi modus eſt ualde not. & utilis in materia punitionis criminum,ſecundum Bal.in l.Conuenticulam.C.de epiſ.& cleri. unde ſi ſtatutum pro certo delicto imponit pœnã amputationis pedis uel aliã, non poterit imponi pœna pecuniaria: quia illa non conuenit in genere pœnæ cum pœna amputationis



tionis pedis.l.In ſeruorũ. in fi. ff.de pœnis.nec etiã poterit amputari caput:quia illa pœna nimis remota eſt à mutilatione mẽbri,puta pedis ſecundũ Bal. in d.l.Conuenticulam. quẽ refert & ſequitur Feli.in d.c. Inter cæteras.& dominus Bartho.Soci.in d.l.j.& pro hoc bene facit gl.ord.iuncto tex.in d.l.Si fugitiui.in uerbo qualibet alia.& ibi habetur per Ang. Pau.de Caſt.& doc. Circa quod uolo te incidenter notare, ꝙ mẽbrũ appellatur quod habet officiũ ſeparatũ & diſtinctũ ab alijs membris: ut oculus,manus uel pes,pro hoc bonus text.in c. ſing.lxxxix. diſt.unde digitus nõ eſt propriè mẽbrũ,ſed pars mẽbri: ex quo ſequitur unũ ſingulariter,udelicet ꝙ ille ꝙ detrũcauit alicui digitũ in pugna,nõ incurrit ꝓ hoc irregularitatẽ: quæ nõ incurritur ex ſola effuſione ſanguinis,ſed oportet quòd interueniat mors uel mẽbri mutilatio.ut eſt tex.in cle.ſi furioſus.& ibi Cardi.de homici.& in c.In epiſcopatu.de rapto. Nec incurritur niſi in caſibus expreſsis in iure.ut eſt text.in c.Is qui. de ſenten.excom.lib.vj.ita ſingulariter determinat Panor.in c. j.qui cleri.uel uouentes.ubi etiam dicit quòd debilitans mẽbrum alicuius, ita quòd ſit quaſi inutile.ſi tamen illud non ſit detruncatum,non incurrit irregularitatẽ.& refert Gaſparem de Calderi.idem dixiſſe,de quo per eundẽ Panor.in c.Cum illorum.de ſen.excom. & pulchrè per.Bart. Ange. & Ioan.de Imo. in l. ij.ff.de publi. iudi. & per Alberi. de Roſa.in ij.parte ſtatutorum. quæſt.xxv.& per Bal.Ange. & Pau.de Caſt.in auctẽ.ſed nouo iure.C.de ſer. fugi. quos omnino uide. ¶ Quartò iſtud argumentum formatur aliter,ſic, in altertinatiuæ altera pars alternatiue trahit ſecũ ſuum effectum.Et hinc eſt, quòd in legato alternatiuo non tranſit dominium in legatarium ante electionem, ſed bene poſt

poſt electionẽ.tex.eſt in l.Huiuſmodi.§.Stichũ. ff.de leg.j. & in.l.Apud aufidiũ.in fi. ff.de opti.leg.nec poteſt agi rei uẽdicatione pro ſpeciebus alternatiuè legatis: quia ante electionẽ legatarius non eſt dominus. poſt electionẽ autẽ ipſe eſt dominus rei electæ, nec habet ius ad aliã rẽ alternatiuè legatã, ita not.ſentit gloſ.ord.quæ ſemper ad hoc allegatur in l.Si in rem agat aliquis.& ibi Bal.declarat.ff.de rei uen. ¶ Ex quo infero ſingulariter, ꝙ duobus ſeruis alicui alternatiuè legatis, ſi alter pereat ante electionẽ perit hæredi ꝙ adhuc eſt dominus iuxta regulã.l.Pignus.C.de pig.act.Habet tamẽ hæres electionẽ an uelit ſoluere ſuperſtitẽ in alternatiua obligatione, ex ultima uolũtate deſcẽdẽte cõprehenſum, uel preciũ ipſius mortui: ut eſt tex.in l.Cum res.§.Sed ſi ſtichus.ff.de leg. j.ſecus autẽ eſt in obligato alternatiuè ex cõtractu inter uiuos: nã altero mortuo, tenetur præciſe ad ſuperſtitẽ: ut eſt tex.in l.iij.§.Qui ſtichũ. ff.de eo quod cer.loc.& in l.Si in emptione.§.Si emptio. ff.de cõtrahen.emp.& uẽ.& in l.Cum is.in prin.ff.de cõdi.indeb.& in l.Stichũ aut Pãphilũ. ff.ad l. aquil.quod tene mẽti: quæ autẽ ſit ratio diuerſitatis inter hos caſus, uide pulchrè per Lamber.de Rãp.& doc.in d.§.Qui ſtichũ.& in iuribus ſuprà alleg. ¶ Poſtremò uolo te nõ ignorare, ꝙ id quod eſt prohibitũ ſimpliciter : eſt etiã prohibitũ alternatiuè: & hinc eſt, ꝙ qui iurauit nõ uenire cõtra cõtractũ: nõ poteſt petere alternatiuè cõtractũ reſcindi uel preciũ ſuppleri, propter deceptionẽ ultra dimidiã iuſti precij intẽtando remediũ.l.ij.C.de reſcin.uen, ꝙ ſi fecerit eſt periurus.ita ſing. dicit Bal.in l.Qui ſub cõditione.§.j.per illũ tex.ff.de cõd.inſti.& hoc dictũ tãquã not.refert & ſeqtur Feli.in d.c.Inter cæteras.quæ omnia tene mẽti tãquã pulchra, utilia, &c.

Locus



## LOCVS A' NATVRA COPVLAE. L.

PRæterea habemus in iure locũ à natura copulæ, à quo ſumptum argumentũ nedũ eſt probabile, ſed forte frequẽs & ualde utile, ut infrà patebit. Et poteſt formari multipliciter ad multiplicẽ effectum. Vno modo ſic, copula auget, ampliat ſeu adducit ad præcedẽtia.tex.habes & exemplum in l.Ea tamẽ adiectio.iuncta glo.& ibi Bar.not.ff.de leg.iij.& uult Bal.in l.j.in vj.col. C.quãdo non peten.par.peten.accreſ.& idem Bal.in rub.C.de cõtrah.emp.& uen.in ix.q.& idẽ Bal.in l.j.ff.de iuſti.& iure. & eſt de mente Cy.in auct.Iiſdẽ.C.de ſecun.nup.Vnde ſi relinquatur legatum mille florenorũ doct.& medicis Louaniẽ.tale legatũ cõprehẽdit tam medicos quàm doct.nec requiritur ꝙ idem ſit doctor & medicus ſimul, ſecundum Bald.not.in d.l.j.ff.de iuſti.& iure.quem ſequitur Feli.in c.ij.in xix.col.de reſcrip. ubi dicit quòd ſi legatũ relinquatur militibus & doctoribus, includitur ſimplex miles & ſimplex doctor: quod tene menti: prædicta autẽ procedunt quãdo materia eſt larga: ſed in materia ſtricta copula reſtringit.ita not.dicit Io.de Imo.in cle.in pleriſq;.de elec.ubi per hoc dicit quòd pœna impoſita à ſtatuto nobili & baſtardo, percutienti officiariũ principis: requirit utranq; qualitatẽ : & ſic nobiles non baſtardi: uel baſtardi non nobiles non cõprehenderentur in tali ſtatuto pœnali ſecundũ eũ, quod tene menti. Circa quod uide quod dixi ſuprà in loco ab effectu eorum, quæ ſimul requirũtur ad eſſe.& per hoc patet male dicere Lud.de Ro.in conſil.clxvj.incip.Viſo diligenter. ubi indiſtinctè dicit quòd natura copulæ eſt reſtringere enumerata: et allegat.l.quæſitũ.§.j.ff.de leg.iij.ubi dicit eſſe caſum, ꝙ ſi alicui legetur argentũ, & omnis ſupellex, & quicquid in fundo

ſempro

ſemproniano teſtator habet: intelligitur legata ea tantùm ſupellex, quæ in fundo ſemproniano eſt, & non alia: & hoc ob uirtutẽ ipſius copulæ nam malè dicit per prædicta: nec aliquid facit d.l. Quæſitũ. §. j. quia intelligendo eam prout ibi eam intelligũt Ray. de Forlinio & Florianus de ſancto Petro, illa lex nihil aliud probat quã quòd legatũ uniuerſale eorum quæ ſunt in fundo, non cõprehendit argentum ſeu ſupellectilẽ in alijs prædijs conſtitutã, nec nomina debitorum nec ſeruos alijs ſpecialiter relictos: licet cõprehendat ſeruum alibi ſtudiorũ gratia deſtinatum: & ſic malè eam allegat Lud. de Ro. ad hoc quòd copula reſtringit enumerata: quia quod ibi non comprehenditur ſupellex in alijs prædijs cõſtituta, nõ eſt propter naturã copulæ: ſed ex propria ſignificatione horũ uerborũ, eorũ quæ in fundo ſunt: & quod copula auget in materia lata: ut eſt materia legatorũ: eſt tex. planus & apertus in d.l. Ea tamẽ adiectio. unde non eſt recedendũ ab opinione cõmuni propter fantaſiã Ludouici: quod tene menti ne decipiaris: quia Felinus in d. c. ij. in x. col. uidetur trãſire cum Lud. ex quo eum expreſſè non reprobat. ¶ Secundò iſtud argumentũ formatur aliter, ſic: copula repetit qualitatem præcedentem. tex. habes & exemplũ in l. Auia. in princ. iuncta gloſ. ff. de condi. & demon. & eſt pulcher tex. in l. Seie. §. Gaio. & ibi habetur magiſtraliter per Bar. ff. de fundo inſtruc. ex quo ſequitur quòd ſi teſtator dicat hoc modo: lego Titio fundũ ſub cõditione, ſi nauis ex Aſia uenerit & domum: certè in legato domus, cẽſetur repetita dicta cõditio (ſi nauis ex Aſia uenerit) propter copulã, per tex. in d.l. Seie. §. Gaio. & ibi hoc expreſſè uult Bar. & ſequitur Iaſ. in d.l. j. ff. de iuſt. & iur. quod tene mẽti. Limita tamẽ ut per Bar. in d l. Seie. §. Gaio. quem



quem omnino uide. ¶ Item ex iſto ſequitur aliud uidelicet, quòd ſi maritus relinquat uxori in teſtamento omni anno ex fundo ſuo ſemproniano decem ſaccos frumẽti & decem libras, quòd decem libræ erunt ſoluendæ tempore meſſium, ſicut frumentum propter copulam. ita ſingul. uult Bart. in Si legatarius. §. fi. ff. de leg. iij. & ſequitur Iaſ. in d. l. j. quod tene menti, quia eſt quotidianum. ¶ Tertiò iſtud argumentum formatur aliter, ſic: copula coniungit. tex eſt in l. Titiæ textores. §. Nihil. ff. de lega. j. cum ſimi. ¶ Sed ne decipiaris uolo te ſcire, quòd eſt differentia inter copulam, Et, & copulam, Cum, quia, Et, coniungit æquæ principaliter, Cum, uerò cõiungit acceſſoriè, tex. eſt not. in l. Si cui. & ibi Bar. ff. de fundo inſtruc. & bonus text. in c. Cum Marthæ. in §. Quæſiuiſti. de celebr. miſſ. & facit l. j. & ij. & ibi Bart. ff. de pecu. lega. & idem Barto. in d. l. Titiæ textores. §. Nihil. & bonus tex in §. Si quis ancillas. & ibi Ioan. Fab. Inſti. de lega. & uult gloſ. & Panor. in c. Querelam. de ſimo. ¶ Ex quo ſequitur primò, ꝙ ſi cõtra aliquem ſit lata ſententia in poſſeſſorio, & ipſe dicat, prout de cõſuetudine fit. hoc modo. Dico ſentẽtiã nullã, & ſi eſt aliqua, appello: certè ualet talis actus, quia nullitas nõ eſt intẽtata acceſſoriè, ſed æquè principaliter per ſuprà dicta. Et licet à ſentẽtia lata in poſſeſſorio appellari non poſſit. l. Vnica. C. ſi de mo. poſ. fuc. appell. poteſt tamen apponi de nullitate, ut dicit Bal. in d. l. Vnica. in pe. col. argu. cle. j. de re iudi. & ita tene. quicquid dicat gl. reputata ſing. in l. j. C. quando prouo. non eſt neceſ. & Salic. ibidem. & idem Salice. in d. l. Vnica. uolentes quòd in hoc caſu talis cenſetur principaliter appellare: & caſu quo non poſſet appellare, uidetur dicere de nullitate: & ſic nullitas intelligitur intẽtata acceſſoriè, & nõ principaliter ſecund

Differt copula, Et, à copula, Cũ.

ſecundum gloſ.& Salic.ibi ſuprà.Sed d.gloſ.reprobat latè Io.de Imo.in l. Si expreßim.in iiij.col.ff.de appel.& Alex. in conſil.ij.iij.uolu.incip. Conſideratis.in iiij.col. & Iaſon in præal.l.j.ff.de iuſti.& iure.& eſt de mente Bar.in d.l.Si expreßim.quod tene menti,quia eſt quotidianū, & uidi de facto. ¶ Item ex iſto ſequitur ſecundo, ꝙ ſi uendo uillã & ius patronatus,quod habeo in ea,non ualet uenditio reſpectu iuris patronatus:quia ex quo ius patronatus copulatur per hanc copulã(&)uidetur uenire & uenditū eſſe principaliter,ſicut uilla:quod eſſe non poteſt.c.De iure. & cap. Cum ſæculum.de iure patr.ſecus ſi fieret copulatio per dictionẽ(cum). Ita not.decidit Panor.in d.c. Querelam.& eſt de mente Ioã.And.in c. j. de iure patr.lib.vj.in nouella: quod tene menti,quia eſt quotidianum,& ſeruit ad declarationẽ.c.Ex literis.de iure patr. ¶ Item ex iſto ſequitur tertiò, ꝙ ſi teſtator legauit fundū cum inſtrumento, uel ſeruū cum peculio,ſi poſteà uendat fundū uel ſeruū, non ualebit legatū inſtrumenti uel peculij: quia inſtrumentū & peculium ueniebant acceſſoriè ad fundū & ſeruū. Vnde ſublato principali,puta fundo uel ſeruo,tollitur tacitè acceſſoriū, puta inſtrumentū uel peculium. Aliud autẽ eſt quando legatur fundus & inſtrumentū,uel ſeruus & peculiū, quia tūc uendito fundo uel ſeruo,remanet legatū inſtrumenti & peculij:quia ſunt duo legata æquè principalia.Vnde uno adẽpto,remanet reliquū:ſed primo caſu erat unum legatū tantum,& ergo ibi ſecus.Ita probat tex.not.in præal.l.Si cui. ubi de hoc eſt caſus.& idem dicit Io.Fab.in d.§.Si quis ancillas in caſu quotidiano, ſcilicet cum legatur alicui uacca cum uitulo:nam uacca mortua non debetur uitulus,per ſupradicta ſecundū eū,quod tene menti. ¶ Hic etiã dicit Ioã.





Fab.in d. §. Si quis ancillas. quòd ſi tempore ingreſſus monaſterij uel profeßiõis,quis dicat hoc modo.Offero me & mea, ſi non ualet ingreſſus, nihilominus ualet oblatio bonorū: quia iſta ſunt duo æquè principalia propter copulã &:ſecus autẽ eſt ſecundū eum,ſi tẽpore ingreſſus quis dicat,Cõcedo me huic monaſterio cum bonis meis: nam tunc uiciato ingreſſu,non ualeret datio bonorū: quia bona ſunt acceſſoria ad ingreßū de natura ſui,ut in auc.ingreßi.cum ibi not.C.de ſacroſanc.eccle.quod tene menti. ¶ Illud tamẽ quod dixi ſuprà,ſcilicet ꝙ dictio(cū)coniungit acceßoriè, limitatur ſingulariter, ut procedat quãdo ponitur inter ea de quorum natura eſt : ut unū poßit accedere ad aliud:ut in exẽplis præmißis.Secus autẽ eſt,quando dictio(cum)ponitur inter ea de quorū natura eſt, ut unū non accedat ad reliquū: tunc enim non eſt differentia, an aliqua cõiungantur per dictionẽ(cū)an ꝑ dictionẽ(&).Nã ambo ueniūt æquè principaliter:ut in hoc exẽplo,Lego x.Titio cū Sẽpronio: quia idẽ eſt, ac ſi dixiſſem.Lego Titio & Sempronio:quia unus homo non accedit alteri: hoc probatur in d.§.Si quis ancillas.et in præal.l.Titiæ textores.§.Nihil.& ibi Bar.& in l.Illi cū illo.ff.de uſufru.lega.iuncta l.iuſtißime.ff.de edili.edict. ¶ Et hinc eſt, ꝙ ſi papa mandat prouideri Titio in certa eccle.de dignitate cū præbẽda : certè ſi uacet dignitas ſine præbẽda:uel ecõtra,præbenda ſine dignitate: debet ſibi de beneficio ſic uacãte prouideri:cū præbenda non accedat ad dignitatẽ ex natura ſui,ſed per ſe ſtet,& econtra. Vnde non eſt differentia an mandetur prouideri de dignitate cum præbenda:uel de dignitate & præbẽda: & ita in ſpecie determinãt Io.An.Panor.& doc.in d.c.cum marthæ.§.quæſiuiſti.& facit.c.Quia ſæpe.cum ibi not.per doc.de præbẽ.

li.vj.quod tene menti: quia poteſt frequenter contingere. ¶ Hinc etiam dicit Io.Fab.in.d.§. Si quis ancillas. quòd ſi papa conferat alicui dignitatẽ cũ præbẽda: collatio præbẽdæ ualet: licet nõ ualeat collatio dignitatis, forte ꝓpter defectũ ætatis uel aliàs: niſi præbẽda eßet acceſſoria ad dignitatem, ſecundũ eum: per.c.Super eo.de præben. li.vj.& cle.ſi.co.ti.pro quo bene facit.c.Si eo tempore.de reſcrip.li.vj. ¶ Hinc etiã eſt, ꝙ ſi quis dicat hoc modo, lego equũ cũ aſino, eſt perinde, ac ſi dixiſſet, lego equũ & aſinũ ſecundum Ioã.Fab.ibi ſuprà: quod tene menti. ¶ Quartò iſtud argumentũ formatur aliter, ſic. Copula alterat naturã aduerſatiuæ: nã ubicũq; copula ponitur inter aduerſatiuã (ſed) & dictionẽ (ſi): ut quia dicitur, ſed & ſi: tũc denotatur diuerſitas in facto, & idẽtitas in iure, ubi tamẽ aliàs, qñ non interponitur copula, denotatur diuerſitas in iure & in facto: tex.eſt iuncta gl.in l.Sed & ſi lege.in prin.& ibi Ang.not. ff.de peti.hære.& tex.cum glo.in l.ij.& ibi Bar.Iaſon,& doct. hoc not.ff.ne quis cum qui in ius uoca.eſt ui eximat. quod tene mẽti, quia facit ad multa. ¶ Quintò iſtud argumentũ formatur aliter, ſic: Vbicũq; diſiuncta per teſtatorem poſita inter perſonas reſoluitur in cõiunctã: prout regulariter cõtingit.l.Cũ qdã.C.de uer.ſig. In eodẽ caſu, ſi ſimul ponatur cõiuncta & diſiuncta: ipſa diſiuncta retinet ſuã propriã naturã, & operatur ius nõ decreſcẽdi, nec attẽditur natura copulæ. tex.eſt ſing.in l.Si fundũ ſub conditione.in.§.His uerbis.& ibi Bal.not.ff.de leg.iij.quem text.ad hoc ponderat & exclamat Ludo. de Ro. in ſuis ſingularibus, ſingulari cccciiij.incip.Tu habes.& Iaſon in.d.l.Cum quidam.quod tene menti, quia eſt quotidianũ. ¶ Sextò iſtud argumentum formatur aliter, ſic: De natura copulæ eſt cadere



dere inter diuerſa.glo.eſt ord.not.in rubri.ff.de iur.& fac. ignor.& ibi Bar.& bona gl.in d.c.Querelã.& ibi Panor. & eſt tex.ponens caſum quotidianum in l.Si is qui ducẽta. in prin.& ibi Bar.ff.de re.dub. ¶ Et hinc eſt, ꝙ qñ copula ponitur inter duo, idem ſonantia: tunc quia hoc eſt contra naturã copulæ, remota copula unum plerũq; reſoluitur, ut ſit adiectiuum alterius.l.j.in prin.& ibi Bar.ff.de pact. & uult idem Bar.in d.l.j.ff.de iuſti.& iu. & idem Bar. in rubrica.C.de agric.& cenſi.lib.xj. & idem Bar. in extrauaganti, ad reprimendam ſuper uerbo Videtur, in fine.

¶ Septimò iſtud argumentum formatur aliter, ſic. Ad ueritatem copulatiuæ requiritur utramq; partem eſſe ueram. tex.eſt not.in l.Si hæredi plures.ff.de condit.inſti. & in.§. pe.Inſti.de hæredi.inſti.& in l.Si is qui ducenta.§.Vtrum. ff.de re.dub.& in prædlleg.c.ij.& ibi bona glo.& doc.canoniſtæ de reſcrip. ¶ Sed iſtud dictum patitur plures notabiles & ſingulares limitationes: quarum una eſt, quando copula ponitur inter duo idem ſonantia: quia tunc mutat naturam copulæ quæ eſt ut debeat cadere inter diuerſa, ut ſuprà dixi. & reiecta copula, unum reſoluitur ut ſit adiectiuum alterius: ut patet in iuribus ſuprà alleg. Alia limitatio eſt, quando copula ponitur inter orationes, non reſpectu certi diſpoſiti in indiuiduo: qđ declara ut per Bar. in.§.Vtrum.& in d.l.j. ¶ Tertia notabilis limitatio eſt, quando copula ponitur inter contraria ſeu incõpaßibilia, quia licet copula uelit cadere inter diuerſa, ut dixi: non tamen uult poni inter contraria uel incompaßibilia: & ergo ſi copula ponatur inter contraria ſeu incompaßibilia, mutat officium ſuum, quod eſt copulare: & reſoluitur in diſiunctiuã: tex.eſt not.in l. ſi titio fundus.ff.de uſufruc.lega.&

ga.& ibi per hoc dicit Bar. q. ſi teſtator dicat in teſtamento, quòd uult ſuum teſtamentũ ualere iure teſtamenti & codicillorum, illa copula (&) reſoluitur in diſiunctiuã, ut dicamus iure teſtamenti uel iure codicillorũ iuxta l.ſi.C.de codicil.& ad multas alias pulchras & quotidianas quæſtiones hoc inducit ibi Bar. ad quẽ breuitatis gratia te remitto. Et uide omnino Bal.in auct.quod locum.circa ſi.C.ſi ſecun. nupſ.mul.& Pau.de Monte Pico in repe.l.Titia cum teſtamento.§.Titia.in xxxij.col.ff.de leg.ij.Et plures alias limitationes ſi libuerit uidere poteris per Iaſo.& moder.legiſtas in d.l.j.ff.de iuſti.& iure.& per Feli.& moder.cano. in præall.c.ij.de reſcrip.& per Ant.de But.& Io.de Imo. in d.cle.in pleriſq;.& per Bar.in d.§.Vtrum.ad quos breuitatis gratia te remitto: quæ omnia tene menti tanquã pulchra, utilia, ſingularia, & quotidiana.

## LOCVS À PARTIVM ENVMERATIONE. LI.

PRæterea habemus in iure locum à partium enumeratione, qui apud aliquos uocatur à diuiſione: & apud aliquos ab inductione: à quo ſumptũ argumẽtũ eſt freques, ualidũ & neceſſariũ, quãdo bene formatur.tex.eſt not.in l. Patre furioſo.& ibi Bar.Bal.Ang.& doc.id not.ff. de his qui ſunt ſui uel alie.iu.& bonus tex.in l.Ex maleficijs.§.Hæres.& l.obligationũ fere.§.Placet.ff.de act.& obli. & bonus tex.in c.ij.poſt med.de ſum.tri.& fide cath.& bo.tex. in c.Cum dilectus.& ibi Panor.not.de iure patr.& bonus tex.in c.Si uir.de cogna.ſpiri.& in c.per tuas.de ſen. excõ. & in c.Quanto.circa med.de iureiur.& text. iuncta gloſ. Inſti.de obli.quæ ex quaſi contrac.naſcun.in prin. & quaſi per



per totum.& tex.pulcher iuncta glo. Inſti.de oblig.quæ ex quaſi male.naſcun.& ibi Ang. dicit q. argumẽtatio à partiũ enumeratione eſt optima in iure.Hoc etiã uult Bal.in l. Conuenticulã.C.de epiſ.& cle.quod eſt uerũ, quando partes ſufficienter enumerantur: ſed ſi in enumeratione partiũ aliquid omittatur, tunc argumẽtũ non procedit.tex.eſt no. iuncta gloſ.in l.Filius.§.Filiusfamiliâs miles. ff.de liber.& poſthu.& bonus tex.in c.Venerabilẽ.& ibi Ioan. And.Panor.& Bal.id not.de elect.Soluitur enim argumentũ à partium enumeratione, ſeu à diuiſione per tertiũ adiacẽs, id eſt per, nec ſic, nec ſic, quia datur tertius caſus: ut eſt tex. in d. c.Venerabilem.& ibi hoc expreſſè dicit Bald.& facit c. in Geneſi.eod.tit.Ex propoſitionibus enim particularibus uel ſingularibus, ſimpliciter ſumptis nõ ſequitur ꝓpoſitio uniuerſalis.d.c.in Geneſi.& ibi hoc not.cano.maximè Ioan.de Imo.Panor.Io.Cald.& nouiſſimi: & hoc eſt quod dicunt Logici.Ex puris particularibus nihil inferri. Hinc Bar. in l.Si quis neget.ff.de liber.agnoſ.reprehẽdit Dy.in eo quòd arguit ab inſufficiẽti partium enumeratione.Et quòd iſtud argumentũ non procedit, quando in enumeratione partiũ aliquid omittitur: ult gloſ.ordi.not.in l.Cum hi.§.Si prætor.& ibi Paul. de Caſt.not.ff.de tranſact.& gloſ. ordin. in l.j.& ibi etiã Pau.de Ca. C.qui & aduer. quos in integ. reſti. non poſ. Imò cõmittitur tunc fallentia conſequentis, ſecundum philoſophos.de quo uide quod dixi ſuprà in euidentialibus.& de iſto argumẽto fecit mentionẽ glo. ord.in l.aliâs autẽ.ff.de iureiur.& tangit Bart. in l. Iuſiurandum quod ex cõuentione.§.Procurator. ſub quo legit d. l. Aliâs autem.illo eo.ti.& idem Bart.in l.Qui uſumfructum.ff.de uer.obli.Hoc argumẽto etiã utuntur glo.or. Martinus Sil.

 Bar.

Bar.Sali.& doc.in auct.ex cauſa.C.de lib.præt.& gl.in.§. aliud quoq; capitulũ.in auct.ut cũ de appel.cog.col.viij.& gl.in l.Si quis pro eo.& ibi Pau.de Ca.no.ff.de fideiuſ.& Io.And.in addi.ad Spec.in tit.de teſte.§.j.uer.Sed pone,egi cõtra te ad decẽ.& Pau.de Ca.in l.Siue apud acta.C.de trãſac.& Alb.de Roſ.in pulchra & quotidiana q.in j.parte ſtatu.q.lxxxvj.& doc.in infinitis alijs paſſibus:quos cõmemorare magis eſſet laborioſum, quàm ſubtile. Et procedit iſtud argumentũ nõ ſolũ in dictis legũ & canonũ, ſed etiã in dictis teſtiũ.Vnde ſi teſtis dicit, q̃ in cõcilio nõ interfuerũt decẽ homines:quia numerauit eos & nõ erãt niſi octo, ualet dictũ teſtis,quia ratio eius concludit per locũ à ſufficiẽti partiũ enumeratiõe.Et idẽ in rimatione ſcripturarũ: ut ſi uolumus per ſcripturã Archiuij probare, q̃ Titius nõ ſoluit collectas:qa omnes ſoluẽtes ſunt ibi deſcripti,& non ipſe.tex.eſt no.in l.j.& ibi Bart.Ang.& Io.de Plat.no.C. de exact.trib.li.x.& uult Bal.in præal.l.Patre furioſo.in j. lectu.Et idẽ dicẽdũ eſt de hac negatiua(tu nõ es in teſtamẽto deſcriptus)& de hac (tu nõ es in matricula matriculatus)& de hac(tu nõ es deſcriptus in eſtimo,& ſimilibus) quæ omnes probãtur ex inſpectione ſcripturæ:& cõcludit talis probatio per locũ à ſufficiẽti partiũ enumeratione.Ita dicit gl.or.in l.fi.& ibi plenius Bar.Bal.Sali.& doct.C.de reb.cre.& glo.or.in l.ij.& ibi etiam Bar.Bal.Sali.& doc. C.de erro.aduo.quod tene menti,quia eſt quotidianum: & ſeruit ad multa.

## LOCVS A' LEGE AD TESTATOREM. LII.

PRæterea habemus in iure locũ à lege, ad teſtatorẽ ſeu à uerbis legis,ad uerba teſtatoris,uel à diſpoſitione legali, ad interpretationẽ ultimæ uoluntatis,à quo ſumptũ argumentũ eſt forte & efficax:quia æquiparãtur à iure.tex. eſt not.in l.Seruus hac lege.ff.de manu. & in l. Si ita fuerit ſeruis duobus.in fi.& ibi Bart.not.ff.de manumiſ.teſta.& bonus tex.in l.Cum quidam.in uer.quemadmodum enim.C. de uerb.ſigni.ubi imperator utitur hoc argumẽto.Hoc argumento etiam utitur Bal.in l.Maximum uiciũ.in princ.C. de lib.præter.& doct.in pluribus alijs paſſibus,quos commemorare magis eſſet laborioſum quàm ſubtile.Reperitur enim ſanctio legis,ut in l.Sanctio legũ.ff.de pœnis.& ſanctio teſtatoris,ut in l.Filium quem habentẽ. ibi ſanxit teſtator.C.famil.herciſcun.& æquiparatur ſanctio teſtatoris legi,quia ultima uoluntas teſtatoris eſt lex.ut eſt text.in.§. Diſponat.in auc.de nup.col.iiij.unde poteſt teſtator in ſuo teſtamento diſponere, quòd uxor ſecundò nubẽs nõ incidat in pœnã ſecundarũ nuptiarum.ut eſt tex.in d.§. Diſponat. iuncto.§.præcedẽti,qđ tene mẽti:quia uidi de facto in uiro antiquo & longo tẽpore languẽti,qui ita diſpoſuit in fauorẽ uxoris ſuæ iuuenis : & dũ poſtea per hæredes defuncti, uendicarentur ab ea res ſibi per maritũ legatæ,eo quòd cõuolauit ad ſecunda uota:quare debebat perdere huiuſmodi legata:iuxta l.j.& l.fœminæ.C.de ſecũ.nup.ipſa ſe defendebat allegãdo dictã diſpoſitionẽ mariti ſui,& obtinuit ꝑ d. §.Diſponat.iũcto.§.præce.in fi.cum ſua gl.& ita ſing.decidit Bal.in d.l.Filiũ quẽ habentẽ.in ij.col.& idem Bald.in præalle.l.j.in iij.col.in bona lectu.ubi dicit ſe ſic cõſuluiſſe. & idẽ uult Lud.de Ro.in ſuis ſingul.ſingul.cclj.quẽ omniuo uide.Iuuabatur etiã dicta mulier ex alio capite : qa erat iuuenis minor xxv.annis,argumẽto eorũ quæ not.per gloſ. ſingularem in l.ij.C.ſi aduerſus delictum. quod tene menti.

¶ Hinc etiã eſt, quòd ſicut prohibitio alienationis facta à
lege.ij.impedit trãslationẽ domini.Inſti.quibus alie.licet uel
non,in prin.cum ſimi.Ita etiã prohibitio teſtatoris.l. filiuſ-
familiâs.§.Diui.ff.de leg.j.l.Cum pater.§.Libertis.& l. Pe
to.§.fi.de leg.ij.Et.l.Pater filij.§. Quindecim.ff.de leg. iij.
¶ Hinc etiam eſt,quòd ſicut ubicunque à lege prohibetur
alienatio,prohibetur etiã uſucapio:ut eſt glo.ord.not. in l.
Vbi lex.ff.de uſucap.ita etiam ubicunq; prohibetur aliena-
tio per teſtamentum uel ultimã uoluntatẽ alicuius, prohi-
betur etiam uſucapio.tex.eſt not.iuncta glo.fi.ij.C.de uſu-
ca.pro emptore:& not.Bar.& ualde exclamat in præal.l.
ubi lex.& Iaſon in auct.res quæ.in prin.C.commu.de lega.
¶ Hinc etiã eſt,quòd ubicũq; datur curator à lege, poteſt
etiã dari curator in teſtamento, quia ſicut datur à lege non
petẽti:ita poteſt dari à teſtatore,cuius diſpoſitio habet uim
legis.d.§.Diſponat.ita ſing.dicũt Bal.& Pau.de Caſt.in.l.
Curatorẽ.in fi.C.de neg.geſt.quod tene menti pro amplia-
tione.l.De creationibus.C. de epiſ.audien. ¶ Hinc etiã eſt,
quòd ſicut lex debet eſſe iuſta, rationabilis & poßibilis. c.
Erit autẽ lex.iiij.diſt.& l.j.ff.de legi. ita etiã ultima uolun-
tas teſtatoris.§.fi.inſti.de lega.& l.Quidã in ſuo.ff.de cõ-
dit.inſti.cum utrobique not.An autem impoßibilitas uiciet
actum uel uicietur, uide plenè per glo.Bar. & doct. in l. j.
ff.de condit.inſti.& per canoniſtas in c.fi.de condit.appo.
& quod dicam infrà in loco ab impoßibili,ubi recurre.

## LOCVS À DEFECTV FORMAE. LIII.

PRæterea habemus in iure locũ à defectu formæ,à quo
ſumptum argumentum nedum eſt probabile: ſed ne-
ceſſariũ



ceſſariũ.Et formatur dupliciter ad duplicẽ effectũ.¶ Vno
modo ſic.Forma eſt quæ dat eſſe rei, & conſeruat eam in
eſſe:unde digreßio de una forma in aliã formã, dicitur rem
mutare,licet eadẽ materia perſeueret.Et ergo non ſequitur
liberatio.tex.eſt not.in l.Iulianus.§.Sed & ſi qs.& ibi Bal.
not.ff.ad exhi.¶ Secũdò formatur ſic,Forma eſt de ſubſtã
tia & eßẽtia actus,unde ea nõ ſeruata corruit actus.tex.eſt
no.in c.Cum dilecta.de reſcri.& in c.Piſanis.de reſti.ſpol.
& in c.Quia ꝑpter.& ibi cano.tãgũt de elec.& in c.Sine
exceptione.xij.q.ij.& in c.j.de re.eccl.nõ alie.li.vj.& bo-
nus tex.in l.Cũ hi.§.Si prætor.& ibi ꝑ legiſtas. ff.de trãſa.
quia tex.ſemꝑ alleg.ad hoc ubi ſolẽnitas ſubſtãtialis omitti
tur uel forma,nõ ſeruatur actus,qui geritur nullo reſpectu
aliqd operatur:maior enim eſt defectus formæ quàm defe-
ctus materiæ:ut eſt gl.ord.no.in l.Si unus.§.Si acceptilatio.
& ibi habetur pulchrè per Pau.de Ca.& doc.ff.de pac. Et
eſt bo.tex.in l.Certa forma,& ibi Io.de Plat.not.C.de iure
fiſci li.x. quod eſt uerũ, etiã ſi exercẽs actũ in quo requiri-
tur certa forma, dicat ꝙ uult actũ ualere prout melius ua-
lere poteſt.Et ſic ſi nõ ualet qd' ago,ut ago,ualet ut ualere
poteſt,quando defectus eſt in forma,tex.eſt not.in c.Vnico
& ibi Domini.& Philip.Franc.id not.de poſtul.præla.li.
vj.de quo articulo uide plenè per Bar.Io. de Imo.& nouiſ-
ſimos in l.j.§.Si quis ita.ff.de uerb.oblig.& per Panor. &
cano.in c.Cum ſuper.de offi.deleg. & aliquid per Ang. in.
§.fi.inſti.de adop.& per Bal.in l.non codicillũ. C.de teſta.
& iſto caſu quando à iure uel ab homine datur certa for-
ma:paria ſunt agere directè contra uel citra.tex.eſt not. in
c.Prudentiam. & ibi hoc not. pulchrè Panor.in iiij. not de
offic. delega. Sed ubi non datur certa forma, eſt differentia

utrum agatur contra,uel citra,aut præter: ut ibi per eum: quod tene menti.quia iſtud ualet ad multa.Et gratia exempli,pro inſtructione iuuenum, in primis ex iſto capite infringitur alienatio rei eccleſiaſticæ:facta forma non ſeruata,cle.j.uerſi.ſi quis.& ibi Card.in.x.q. not.de reb.eccl.nõ alienan.& habetur in præal.c.Sine exceptione.& in d.c.j. Item infringitur alienatio rerum immobiliũ minoris facta ſine decreto.l.Magis puto.§.Ne paßim.ff.de reb. eorũ. & toto tit.C.de prædi.min.ſine decre.non alienã. ¶ Hinc etiã dicit Inno.in c.Cum dilecti.de elec.in j.col.quòd in confirmatione actus, quæ fit per ſuperiorẽ, requiritur cauſæ cognitio:aliàs cõfirmatio non ualet,per d.l.Cum hi.§.Si prætor.& per d.l.Magis puto.§.Ne paßim. ubi in alienatione rerũ immobiliũ minoris requiritur decretũ iudicis,cũ cauſæ cognitione interpoſitũ,de quo dicto Inno.hodie eſt tex. expreſſus in c.fi.de elec.li.vj. ¶ Hinc etiã eſt, quòd ubi ad ſubſtantiã actus requiruntur plura ſolẽnia:ſi unum deficit, omnia ex integro ſunt agenda,ſecus ſi actus ſint diuerſi.Ita dicit Inno.& ſequuntur Hoſti.Io.And.Ant.de Bu.& doc. in c.j.de ſacra.iteran.uel non. & Ange. & Iaſ.in d.l. Cum hi.§.Si prætor,& eſt bonus text.in præal.c. Piſanis.& ibi hoc uolunt Ant.de But.Ioã.de Imo.Panor.& doc.Omißio enim formæ mandati in qualibet minima parte uitiat totũ proceſſum,ut ibi probatur.¶ Hinc etiam eſt,ꝙ præteritio filij facta à matre ſine cauſa,hodie reddit teſtamentũ nullũ ex quo non eſt ſeruata forma legis. Ita in ſpecie dicit Alex. & alij in auctẽ.non licet.C.de lib.præte.¶ Hinc etiam eſt, quòd ſi filio non relinquatur legitima titulo inſtitutionis,teſtamentũ patris hodie eſt nullũ. ex quo nõ eſt ſeruata forma legis.ut patet in.§.aliud quoq; capitulũ.in auctẽ. ut

cum



cum.de appel.cog.col.viij.cum ibi no.per glo.Bar.& doc. & ita in ſpecie determinat Ioã.de Imo.in c.Raynutius.ubi multũ pulchrè loquitur de teſta.& eſt communis opinio,à qua in iudicando non eſt recedendũ:ut uolũt Cy.Sali.Fulg. Iaſ.& doc.in auct.nouißima.C.de inoffi.teſta.ubi recurre. ¶ De hoc tamen quãdo geſta contra formã ſunt nulla, & quãdo non,& qualiter cognoſcitur quòd aliquid eſt de forma actus:uide amplißimè,& magiſtraliter per Feli.in d.c. Cum dilecta.ubi plenißimè hos duos articulos quotidianos examinat:ad quem breuitatis gratia te remitto.Vide etiam eundẽ poſt Panor.in c.Quoniã frequẽter.in prin. ut lit.nõ conteſt.ubi pulchrè reperies,quando omißio ſolẽnitatis uiciat actũ,& quando non:& an uiciet ipſo iure,uel ope exceptionis:uide etiã Ange.poſt alios per eum relatos in.§.Si debitori.circa fin. Inſti.de lega.ad quos breuitatis gratia te remitto.¶ Poſtremò uolo te ſcire, ꝙ licet error uel ignorantia iuris excuſet mulierẽ & ruſticũ, quando nõ potuerunt cõſulere peritiores: tamen hoc fallit in omnibus his, quæ ſunt inducta pro forma actus:uel quæ concernunt rigorẽ iudiciorũ inductum ob publicam utilitatẽ.¶ Et hinc eſt,ꝙ ſi mulier uel ruſticus faceret teſtamentũ, & nõ adhiberet tot teſtes quot de iure requiruntur, & alia quæ ſunt inducta pro forma teſtamẽti,dato quòd hoc omitteret per errorẽ uel ignorantiã iuris,& quòd non potuiſſet cõſulere peritiores, non propterea excuſaretur mulier uel ruſticus:imò actus eſſet nullus,ut eſt glo.ord.ſing.in l.Ambiguitates.C.de teſta. & eodem modo ſi mulier uel ruſticus non produceret inſtrumẽta,uel probationes infra tempus præfixum à lege,ſtatuto uel à iudice, non excuſaretur propter errorẽ uel ignorãtiã iuris,ex quo iſtud reſpicit rigorẽ iudiciorum.

ciorum. Ita ſingul. dicit Bal. in l. Iuris ignorantia. C. qui admit. in bono. poſſeſ. poſ. & ſequuntur ibi Paul. de Ca. Fulg. Lud. de Ro. Alex. Iaſ. & doc. & Sali. in l. pe. C. eo. ti. & eſt de mente Bar. in l. j. §. Nunciatio. circa fi. ff. de no. ope. nun. Dicit tamẽ Sali. in l. j. C. de iur. & fac. igno. multũ ſingulariter, ꝗ ſi mulier uel ruſticus non potuit cõſulere peritiores, & lapſum ſit tẽpus infra quod debuit facere ſuas probationes, quòd iſta eſt iuſta cauſa reſtituendi in integrũ. & ſequitur Iaſon in præall. l. Iuris ignorantia. Et ita quotidie uidemus practicari per requeſtas ciuiles. Quando autẽ mulieres uel ruſtici potuerunt cõſulere peritiores & nõ conſuluerunt, certũ eſt ꝗ non excuſantur, etiã in alijs non inductis pro forma actus. Ita dicit gloſ. in d. l. Iuris ignorantia. Et eſt ratio, nam (ut ibi eleganter dicit Bal.) ſicut mulieres & ruſtici uadũt ad ſyluã pro lignis, & ad ciuitatẽ pro indulgentijs. Ita etiam debent ire ad aduocatos & iuriſperitos pro cõſilijs: quæ omnia tene mẽti tanquã pulchra, utilia & quotidiana, & uide quod dixi ſuprà, in loco ab ordine.

## LOCVS A` NVMERO. LIIII.

PRæterea habemus in iure locũ à numero, à quo ſumptum argumentũ eſt probabile, frequens & utile, & formatur quadrupliciter ad quadruplicem effectum. Vno modo ſic, uerba pluralis numeri nõ uerificãtur in uno. tex. eſt not. in l. fi. ff. ad Trebell. Propoſitio enim cõcepta pluraliter uel in plurali requirit cõcurſum ſaltẽ duorũ. l. Vbi numerus. ff. de teſt. & regula Pluralis. de regu. iur. lib. vj. cum ſimi. & per hoc dicũt Bal. & Præpo. in c. fi. de appel. quòd proteſtatio de qua ibi debet fieri ad minus corã duobus bonis uiris, & non ſufficeret eam fieri corã uno, ex quo text. ibi



ibi utitur uerbo pluralis numeri: quod tene menti. Sic etiam econtra uerba ſingularis numeri non important pluralitatem. ut not. Io. And. in dicta reg. Pluralis. in mercu. & per hoc Bald. in c. Inter cæteras. de reſcrip. decidit unam quæſtionẽ quotidianã: Pone, teſtator habẽs equũ albũ & nigrũ in teſtamento ſuo legat Sempronio equum ſuum album, ſeu nigrũ. Sempronius autẽ legatarius, petit ambos equos: Quæritur qd iuris? Et uidetur quòd debeat habere ambos: quia dictio, ſeu, de ſui natura eſt ampliatiua, & habet uim copulæ: ut eſt tex. ſing. in l. Si quis ita legauerit. & ibi Bar. ff. de auro et arg. leg. & dixi ſuprà in loco à natura alternatiuorũ. Contrariũ autẽ ſingulariter decidit ipſe Bal. ubi ſuprà, ex eo quòd teſtator uſus eſt uerbo ſingularis numeri: & ſic uidetur ſenſiſſe de uno, & non de pluribus, per ſuprà dicta. Et hãc deciſionẽ Bal. refert & reputat ſingularẽ, & mirabilẽ Iaſon in l. Cum quidã. in ij. col. C. de uerbo. ſig. ubi ponit duas limitationes ad d. l. Si quis ita legauerit. quẽ omnino uide. In dubio enim uerba ita ſunt intelligenda, ut ſaluetur ratio recti ſermonis. d. l. fi. & ibi hoc not. Ang. & Io. de Imo. & eſt bonus tex. in l. Plautius. & ibi Bar. ff. de aur. & arg. leg. & in l. Item ueniunt. §. adaptanda. ff. de peti. hære. quod tene mẽti. Cuius autẽ erit electio in hoc legato alternatiuo, an hæredis, an legatarij: dixi ſuprà in loco à natura alternatiuorũ, ubi recurre. ¶ Secũdò iſtud argumentũ formatur cõtrario modo ſic: pluralitas reſoluitur in ſingularitates. tex. eſt not. in l. falſa demonſtratio. §. fi. ff. de condi. & demon. Vbi eſt caſus, quòd ſi quis in teſtamento dixerit hoc modo: relinquo Titio ſtichũ & pamphilũ, ſi mei erũt cum moriar: & poſtea unũ ex his alienauerit, alienatus non debebitur legatario: non alienatus autẽ debebitur legatario, quia

quia lex interpretatur illum ſermonē pluralē (Si mei erunt
cum moriar) ut geminet & importet duas propoſitiones
ſingulares, uidelicet, hanc ſi Stichus meus erit cum moriar,
eum Titio lego. & hanc, ſi Pamphilus meus erit cum mo=
riar, eum Titio lego. pro hoc etiam eſt pulcher tex. iuncta
glo. quæ ponit concordātias in l. iij. §. Negotia. ff. de nego.
geſt. & pulcher tex. in l. Lucius. §. Gaio. ff. ad Treb. et tex.
not. ponens caſum quotidianum in c. Vnico. & ibi Iac. de
Aluaro. not. de duob. fratrib. à capita. inueſti. in uſi. feu. ſic
etiā econtra oratio ſingularis interdū conuertitur in plu=
ralem: nam quod lex dicit, quòd falſo tutore auctore factū
eſt, & c. locum etiā habet, in eo ꝙ falſis tutoribus auctori=
bus factum fuerit, ut eſt tex. in l. j. §. j. ff. quod fal. tut. auct.
fact. fue. ¶ Iſta tamen reſolutio pluralis ſermonis in ſingu=
larē non fit ex proprietate ſermonis, ut probatur in præal.
l. fi. ff. ad Treb. ſed ex mente loquentis, quaſi diſponēs fuerit
in plurali locutus, ratiōe celerioris locutionis argu. l. ſi quis
ita hæredes. in fi. ff. de hæred. inſti. & tunc demū locū habet
hæc reſolutio pluralis ſermonis in ſingularē, quādo nō po=
teſt remanere in propria ſignificatiōe quin ſequeretur ini=
quum uel inconueniēs: ut patet Inſti. de iure perſo. in prin.
iuncta glo. & ibi. Io. Fab. Ang. doc. not. & in c. Omnes le=
ges. & ibi gl. & doc. j. diſt. in c. ut priuilegia. §. illud. & ibi
Panor. & doc. de priuile. & quando non reſultat niſi æquū
& iuſtū iuribus ſuprà all. tunc demū etiā ſingulare cōuer=
titur in plurale, qn̄ nomē eſt collectiuū, ut patet in l. In uſu.
ff. de uerb. ſig. uel quando uſus uel rationis paritas ſeu cō=
nexitas hoc inducit, ut in l. ſi cui lana. ff. de leg. iij. ubi autem
hæc ceſſant, nō fit reſolutio pluralis ſermonis in ſingularē,
nec econtra. Et hinc eſt, quòd ubi lex contrarium ſuadet,
non



non fit reſolutio pluralis ſermonis in ſingularem: ſicut ibi:
ubi numerus teſtiū nō adijcitur, ibi duo ſufficiūt d. l. ubi nu=
merus. Per hoc enim inferri non poteſt, quòd unus ſuffice=
ret, quia lege cauetur quòd duo teſtes probāt & nō unus.
l. iuſiurādi. in fi. C. de teſti. & c. Cū à nobis. extrà de teſti. cū
ſi. Omne enim quod nō poteſt cōſtare niſi ex pluribus req=
rit eorū cōcurſum iuribus ſuprà alleg. Et hinc eſt quòd cū
plures perſonæ neceſſario in iudicio ſunt exhibēdæ, nō ſuf=
ficit unū exhiberi. l. Si ſeruus. §. Si pluriū. ff. ſi quis cautio.
& l. fin. ff. in ius uoc. ut eant. nihil enim uidetur eſſe actum
cum aliquid ſupereſt agendū. l. pe. C. de his quib. ut indig.
¶ Hinc etiam eſt, ꝙ ubi pluralitas eſt de forma uel eſſentia
actus, ibi nō poteſt fieri reſolutio pluralitatis in ſingulari=
tates. ita dicit glo. or. ſing. in l. iij. §. Hoc autē interdictū à ſu
periore. ff. de itine. actuq; priua. pro quo eſt bonus tex. in l.
Cum hi. §. Si prætor. ff. de tranſac. Et faciūt quæ dixi ſuprà
in loco à defectu formæ. ¶ Hinc etiā eſt, ꝙ ubi uoluntas di=
ſponētis refragatur, nō fit reſolutio pluralis ſermonis in ſin
gularē, ut eſt text. in l. Cum quidam. & ibi Bald. in j. notab.
C. de impub. & alijs ſubſti. & uolunt Pe. & Io. de Imo. &
doc. in d. l. Falſa. §. fi. De qua uolūtate poteſt apparere mul
tipliciter: uel quia in diſpoſitiōe ponitur dictio collectiua.
ut in d. l. Cum quidā. uel ratione inæqualitatis uitandæ (ut in
l. Quamuis. C. de impub. & alijs ſubſti. uel ratione qualita=
tis adiectæ. quia aliud eſt factum ſimplex, & aliud eſt factū
qualificatū: unde ubi lex uel ſtatutū requirit factū qualifi=
catum, non ſufficit factum ſine qualitate: & ergo hoc caſu
non fit reſolutio pluralis ſermonis in ſingularē l. Fulcinius.
§. j. & ibi Bar. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. & c. Licet cauſam.
& ibi cano. de proba. ad quod faciūt quæ latè dixi ſuprà, in
loco

loco ab effectu eorũ quæ ſimul requirũtur ad eſſe, & idem quãdo ex pluribus ſimul cõiungẽdis reſultat una ſubſtantia, & ſi diſiungãtur, non reſultat forma tradita à iure, ut patet in l.j. circa fi. C. qui nu. tu. de qua materia uide per Bar. Bal. Io. de Imo. & doct. in d. l. Falſa. §. fi. & per Odofr. Bal. & doc. in præal. l. iij. §. negocia: & ibi per Bal. in d. l. Cũ quidã. in pe. col. & aliquid per Bar. in d. l. Si ſeruus. §. Si pluriũ. & aliquid per Ioã. Fab. & Ang. Inſti. de iure perſo. in prin. & aliquid per Bal. & doct. in c. unico. de duob. frat. à capi. inueſti. & pulchrè per Domini. & Præpo. in d. c. Omnes leges, quod tene mẽti, quia facit ad multa. ¶ Et gratia exempli, pro inſtructione iuuenũ iſtud primò facit ad hoc, quòd ſi per ſtatutũ producẽs falſos teſtes puniatur certa pœna, eadẽ pœna imponetur producenti unum falſum teſtẽ: quia ex reſolutione pluralis ſermonis in ſingularẽ non reſultat niſi bonũ & æquum. Ita not. dicit Bart. & poſt eum doct. in d. l. iij. §. Negocia. & idem Bart. in l. Prætor. j. in. §. Sed ſi unus. ff. ui bono. rapt. & ſequitur Ang. in. §. j. Inſti. de obli. quæ ex quaſi contractu naſcun. & Albe. de Roſa. in ij. parte ſtatu. q. xxviij. & idem uult Præpo. in d. c. Omnes leges. ubi pulchrè loquitur, & hoc tene, quicquid ibi dicat Dominicus. Sic etiã econtra ſtatutũ loquens in ſingulari uerificatur in plurali, ne delicta maneant impunita. Ita notab. dicit Alb. de Roſa. ubi ſuprà, & Bal. in d. l. iij. in prin. ubi etiam dicit, ꝙ ſi ſtatutũ dicat, Si quis dederit damnũ in re alterius, intelligitur ſiue maſculi ſiue fœminæ, quod tene menti.

¶ Secundò prædicta faciunt ad deciſionẽ illius quæſtionis quotidianæ, Pone Titius & eius uxor donarunt ſua bona poſt mortem eorũ Gaio, quæritur an uno ex eis moriente Gaius debeat habere partẽ decedentis: & uidetur quod ſic. quia ſi plurale reſoluitur in ſingulare, non reſultat niſi iuſtũ & æquum: & pro hoc uidetur eſſe caſus in d. l. Lucius. §. Gaio. de quo uide ibi latius per Io. de Imo. & alios.

¶ Tertiò prædicta faciunt ad hoc, quòd ſi eccleſia cõcedat duobus fratribus in feudum uel in emphyteoſim certa prædia eo pacto, quòd poſt mortem eorum decedentiũ ſine liberis, illa prædia reuertantur ad eccleſiã: quòd uno ex fratribus moriente ſine liberis, portio decedentis reuertatur ad eccleſiã: quia ſi plurale reſoluatur in ſingulare, non reſultat niſi iuſtum & æquũ: & ita uidetur tenere Bar. in l. Si mihi & Titio. ff. de uerbo. obliga. & Io. de Imo in d. l. Lucius. §. Gaio. & quia in contractibus non eſt locus iuri accreſcẽdi. d. l. Si mihi & Titio. maximè poſt emolumentũ iam alteri quæſitũ. l. j. circa fi. ff. de uſufru. accreſ. ¶ Contrariũ tamen tenet Spec. in ti. de loca. §. Nũc aliqua. uerſi. lxix. quẽ refert & ſequitur Lud. de Ro. in ſuis conſilijs, cõſil. xix. & Pe. de Anch. in conſil. ſuo ccxlv. incip. Duo prima dubia, &c. de quo articulo pulchro & quotidiano uide per Cy. Bald. & Sali. in l. j. C. quãdo non peten. partes peten. accreſ. & per eundẽ Sali. in l. ij. circa fi. C. de iure emph. & pleniſſimè per Moder. in d. l. Si mihi & Titio. & aliquid per Io. de Imo. in d. l. Lucius. §. Gaio. ¶ Quartò prædicta faciunt ad deciſionem illius uulgatiſſimæ & utiliſſimæ quæſtionis, an uno ex inſtitutis, quibus facta eſt ſubſtitutio moriente ſubſtitutus admittatur in parte decedẽtis, nec ne: de qua quæſtione, quia materia eſt lõga & quotidiana: uide pulchrè per Bar. Ang. Pau. de Caſt. Io. de Imo. Alex. & Moder. in l. Hæredes mei. §. Cũ ita. ff. ad Trebel. & per omnes ſcribentes in d. l. Cum quidã. & aliquid per Io. An. in c. Si pater. in ij. & iij. col. de teſta. li. vj. in nouella. & pleniſſimè per domi. Barth. Socinũ

in l.j.circa.ij.q.Bar.in.lxxxvj. col. cum quatuor ſeq. ff. de uulg.& pupilla.ubi reperies ad ſatietatem.Nam diſtinguit materiã per quinq; caſus, & circa quemlibet ponit deciſionẽ congruentẽ,ut uidere poteris per eum:ad quẽ breuitatis gratia te remitto.¶ Quintò per præmiſſa Alb. de roſ. in ij.parte ſtatu.q.cẽteſima,decidit unã pulchrã & quotidianã.q.quã uide per tex. ¶ Tertiò iſtud arg. formatur aliter ſic: qđ iuris eſt de toto quo ad totũ,idẽ iuris eſt de parte quo ad partẽ in proportione numeri. Nam queadmodũ nullo liberorũ exiſtente, nullus reuocat alienationẽ factam per coniugem tranſeuntem ad ſecunda uota: ita aliquo ex pluribus exiſtẽte, exiſtens proportionabiliter reuocat hoc eſt pro uirili,non in totum. tex.eſt not. in auctẽn. ſed & ſi quis.& ibi Bal.not.C.de ſe.nup.& eſt bonus tex.in l.fi.& ibi Io.de Plat.not.C.de commeatu lib.xij. quod tene menti. ¶ Quartò iſtud argumentum formatur aliter,ſic.Idem iuris eſt de principio numeri,quod de numero.tex. eſt not. in l.Maritus.in prin.iuncta glo.fi.in fi.C.de procu.& ibi Cy. Pau.de Caſt.& Alex.de Imo. id not. & inducunt ad quæſtionem illam uulgatam:an emptio & locatio poſſint fieri uno nummo,& uidetur quòd non:quia unitas non eſt numerus ſed principium numeri:ut dicit glo.ordi.in l.Si quis ante. ff. de acquir.poſſ. ſed emptio & locatio non poſſunt contrahi ſine pecunia numerata.Inſti. de emp. & uendi.§. Preciũ & ſeq. & Inſti.de locato.in prin.ergo &c.In cõtrarium autem facit.d.l.Maritus.inducẽdo eam prout eam inducunt.Cy.Pau.de Caſt.Alex.de Imo. & doct. ibidem.de quo articu.uide latius per eos ibi,& per doc.in præall. l.Si quis ante. ad quos breuitatis gratia te remitto : quæ omnia tene menti tanquam pulchra,utilia & quotidiana.

Locus



## LOCVS AB AEQVIPOLLENTIBVS. LV.

PRæterea habemus in iure locum ab æquipollentibus,à quo ſumptum argumentũ eſt probabile,frequens & utile, ut infrà patebit. Et formatur hoc modo. Non refert quid ex æquipollentibus fiat.tex.eſt not.in l.mulier.in prin. ff.ad Trebel.& pulcher tex.in l. Si mater.& ibi glo. ponit concordantias.C.de inſti.& ſubſti. ſub condit. fac. & bonus tex.in l.Gallus.in.§.Et quid ſi tantũ.ff.de libe.& poſthu. Aequipollentiũ enim eadem eſt diſciplina, & idem iudiciũ.c.In his.de uerb.ſig.& l.fi.in fi.ff.manda. & l.fideicõmiſſa.§.Si cui.ff.de lega.iij.& c.Tua.& ibi not.per glo.& Præpoſ.de conſang.& affin.Et c.Licet ex quadã. de teſti. & cle.exiui.§.Cum autem.& ibi Cardi. not. de uerb. ſigni. cum ſimi.¶ Hinc dicit Bar.in l.Ab emptione. ante fi. ff.de pac.quod æquipollẽs ſemper ſubauditur & ſufficit,decidẽs per hoc illam quæſtionẽ quotidianã.Pone, uendidi tibi rem & tradidi uerè, demum tu uolens recedere à primo contractu,conſuluiſti te meo nomine poſſidere. Quæritur an per hoc uideatur receſſum à primo cõtractu ? & uidetur quòd non : quia non interuenit actus retrò ſimilis uerè, quia res non fuit uerè tradita.Ipſe tamẽ decidit cõtrarium per præmiſſa, ut ibi latius per eum:quod tene menti.¶ Hinc etiam eſt,quòd ſi teſtator mãdet rẽ ſeruari, perinde eſt ac ſi prohibuiſſet alienari, quia eadẽ eſt natura uerborũ æquipollẽtium.text.eſt not.in l. ij.C. de uſucap.pro empt.& ibi hoc not.Bal.quod tene menti.¶ Hinc etiam eſt,quòd æquipollens poteſt deduci in ſtipulatione, ut tres ſolidi pro xxxvj. denarijs.l.Si ſub una.& ibi glo.ff.de uerb.obli.& l.quæ extrinſecus eo.ti.& ibi Bar.& Alex.de Imo.& idem Alexã.

C 2 de Imo.

de Imo.in l.j.§.ſi.circa ſi.illo eo.ti.¶ Hinc etiam eſt; quòd æquipollens ſufficit in ſententia.tex eſt cũ glo.in d.c.In his. & uult Bal.in addi.ad Specu.in tit.de arbi.in uerſic.quid ſi unus.ubi dicit ꝙ ſi unus iudicũ condemnet in uno ſolido, & alter in duodecim denarijs,quòd ualet ſentẽtia: & ſunt cõcordes per d.l.Quæ extrinſecus. Et hinc rectè dicit glo.in l.Præſes.C.de ſentẽ.& interlo.om.iudi.quòd licet ſententia debeat continere abſolutionẽ uel condẽnationẽ, ut ibi dicit tex.debet tamẽ ſuppleri uel æquipollẽs:& idẽ uult gl.in d.c.In his.& in pluribus alijs paßibus.¶ Hinc etiã eſt,ꝙ teſtes ſunt cõcordes,& cõteſtes, ſi unus deponat de tribus ſolidis & alter de.xxxvj.denarijs.¶ Hoc tamen uolo te ſingulariter notare,ꝙ quando teſtes produncuntur ſuper formalitate uerborũ,uel uocis, tunc non ſufficit depponere per æquipollens.ita ſing.dicit Bal.in c.Bonæ.j.de elec.& uolũt Ant.de Bu.& Panor.in c.Nihl obſtat.de uerb.ſig.& idem Ant.in c.Cum eccleſia.§.nos igitur.de cauſa poſſeſ.& propric.& ſequitur Alexã.in d.l.j.§.fi.& idẽ Alex.in d.l.Quæ extrinſecus.& in l.iij.§.Ideoq;.ff.de teſti,quod tene perpetuò menti,quia habui de facto in quadã ardua cauſa matrimoniali:& præmiſſa procedunt etiã in ſtatutis, in quibus etiã comprehenditur & ſubauditur æquipollens.Ita notab.uult Bar.in l.Nemini.C.de aduoc.diuerſ.iudi.ubi eleganter dicit per illum tex.quòd qui non poteſt retineri per poteſtatem, tanquã acceſſor propter ſtatutũ prohibẽs: non poteſt etiã retineri ut conſiliarius: quia de æquipollentibus idem eſt iudicium, ſufficit enim aliquid exprimi per æquipollentia eiuſdẽ rationis,etiã in materia reſtringibili : cum ad æquipollens extẽdatur diſpoſitio,etiam reſtringibilis:ut eſt glo.ordi.not.in c.Si poſtquam.§.Si uero.de elec. lib.vj. Et hinc

eſt,



eſt,ꝙ diſpoſitio.c.Licet canõ.e.ti.& lib.(quæ eſt pœnalis) cõcernit etiã uicarios perpetuos,tanquam in quibus eſt ratio æquipollens:ut eſt tex.in cle.unica.de offi.uic.& cõmemorat Card.in conſilio ſuo.xxx.poſt prin.Et iſtud eſt adeò uerum, quòd etiam illud quod eſt æquipollens, non intelligitur per ſtatutum excluſum per dictionẽ taxatiuã tantũ, uel ſimilem.ita ſing.dicit Pau.de Caſt.in conſil. ſuo ccc.incip.In Chriſti nomine,ad primim quæſitum in antiquis,ubi pulchrè loquitur & ſequitur Iaſon in d.l.Si mater.& idem Iaſon in l.Vnica.in prin.ff.ſi quis ius dicẽ.non obtempera.quod tene menti.¶ Et ut iuuenes euidentius percipiant utilitatẽ,ex hac argumentatione(ab æquipollentibus)reſultãtem:iſtud ultra præmiſſa facit ad plures alias not.quæſt.

¶ Et primò ad illam quæſtionẽ quotidianã.Teſtator filios ſuos hæredes inſtituit, & legauit uxori ſuæ mille,frucda toto tempore uitæ ſuæ, donec in uiduitate permãſerit ſine uiro:& poſt mortẽ uxoris uoluit illa mille dari Titio.Modò contingit quòd mulier tranſit ad ſecunda uota, & ſic perdit legatũ,iuxta ea quæ habentur & notãtur in l.j.& in l.Fœminæ.C.de ſecun.nup.Quæritur an ea uiuẽte Titius debeat habere dicta mille,an uerò debeat expectare, quouſq; mulier moriatur:ita quòd interim illa mille remaneãt apud filios inſtitutos.Et deciditur ꝙ Titius poteſt incontinẽt petere dicta mille,non expectata aliter morte uxoris dicti teſtatoris, quia teſtator qui reliquit mille Titio poſt mortem uxoris,credidit ꝙ uxor deberet durare in uiduitate,& ideo quãdiu uxor haberet uoluit Titiũ cõſequi illa mille: Quãdocunq; ergo uxor deſinat habere ſiue per mortẽ ſiue per tranſitũ ad ſecũda uota,Titius admittitur:quia teſtator habuit reſpectũ ad effectũ.Et quãdo habemus effectũ non curamus

ramus de modo: nec refert quid ex æquipollentibus fiat, iuribus ſuprà alleg. ita pulchrè diſputat & determinat Bar. poſt Ray. de Forliuio in repet. auct. hoc locũ. C. ſi ſecundo nup. mul. & Io. And. in addi. ad Spec. in rubri. de ſecun. nup. & Alex. de Imo. in d. l. Mulier. in prin. per illũ tex. & Pau. de Caſ. Alex. de Imo. Iaſ. & doc. in d. l. Si mater, & idẽ Pau. de Caſt. in l. Si quis hæres. ff. de acqui. hær. & Alex. de Imo. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantũ, & idem Alex. in conſilio centeſimo iiij. uolu. incip. Viſa parte teſtamenti &c. ubi recurre. ¶ Secundò iſta inducũtur etiam ad illam uulgatã & pulchrã quæſtionẽ, Stipulatus ſum à te decẽ cùm Titius morietur. Quæritur an poſſum illa petere, ſi Titius fuerit occiſus? & dicitur quòd ſic: quia occiſus dicitur mortuus. Nã qui occiditur ita iudicio Dei moritur, ſicut qui morte naturali decedit: ut eſt glo. ordi. Inſti. de capi. dimi. ſuper uerbo Commutatio, quam ad hoc ponderat Bal. in extrauaganti, de pace cõſtan. ſuper uerbo Vocatione diuina. Et pro hoc etiã eſt bona glo. in l. Proinde. in prin. quã ibi not. Bal. ff. ad l. aquil. & ita determinat Pe. de Anch. in cle. j. de pœni. & remiſ. quem refert & ſequitur Alex. de Imo. in d. §. Et quid ſi tantum. ex quo habes, quòd appellatione mortis uenit etiam mors uiolenta, & mors ciuilis: quando eſt omnino eiuſdem effectus: de quo per Cy. in l. Deo nobis. C. de epiſ. & cleri. & per Panormi. & Canoniſtas in c. Cum ſis. de conuerſi. coniug. & per gloſ. & docto. in c. Suſceptum. de reſcrip. lib. vj. cum ſimilibus. ¶ Iſtud tamen debet ſingulariter limitari uerum: niſi ille, qui ſtipulatus eſt ſibi dari decẽ cum Titius morietur, præbuiſſet cauſam morti illius: puta, quia eum occidiſſet uel occidi procuraſſet. tunc enim decem non deberentur, imò puniendus eſſet: ut eſt tex. not.





in l. Si ab hoſtibus. §. j. ff. ſolu. matri. & uult Pe. de Anch. in d. cle. j. in fi. quod tene menti. ¶ Tertiò iſta faciunt pro illo cuius equus cucurrit ad brauium, cum ipſum eieciſſet, quod ſcilicet ipſe debeat habere brauium: cum non referat quid ex æquipollẽtibus fiat, nec ſit curandũ de modo, dummodo habeamus effectum d. l. Si mater. cum alijs iuribus ſuprà alleg. & ita determinat Ioã. Fa. in breuiario ſuo in d. l. Si mater. Sed in hoc meo iudicio, multum ponderãda eſſent uerba edicti, & ſecundũ hoc danda eſſet ſentẽtia, ut in ſimili dicitur in c. Porrò. de priui. & in l. Aut qui aliter. §. fi. cum ibi not. per Bart. ff. quod ui aut clam. & ita reperio expreſſe uelle Bar. in l. j. in. §. Item acquirimus. circa fi. ff. de acquir. poſſ. quod tene menti, ne præcipites ſententiã. ¶ Poſtremò ne decipiaris in hoc quotidianiſſimo articulo, uolo te ſcire ꝙ cõtra regulã antetactã (Non refert quid ex æquipollentibus fiat) ſunt tria fortia cõtraria. Vnũ eſt illud, Caſus relinquitur diſpoſitioni iuris cõmunis. l. Cõmodiſſime. ff. de libe. & poſthu. & l. Si cũ dotẽ. in prin. ff. ſol. mat. & d. c. Suſceptũ. & ſic multũ uidetur referre, quid ex æquipollẽtibus fiat. ¶ Secundũ eſt iſtud: Conditiones debẽt impleri in forma ſpecifica: & nõ ſufficit eas impleri æquipollẽter. l. Meuius. & l. Si hæredi. §. fi. ff. de condi. & demon. ¶ Et tertiũ eſt illud, quòd licet caſus fictus ſit ſimilis uero, tamen nunquã fit extenſio diſpoſitionis loquentis in caſu uero ad caſum fictum, niſi hoc exprimatur tex. eſt not. in l. fi. C. de his qui ue. æta. impe. & bonus tex. in l. iij. §. Hæc uerba. cum ibi not. ff. de neg. geſt. & pulcher tex. in d. c. Suſceptũ. ¶ Hinc eſt, quòd quando fit mentio de morte, intelligitur de naturali, non de ciuili. l. Ex ea parte. §. In inſulã. ff. de uerbo. obli. & d. c. ſuſceptum, cum glo. & eſt gl. ord. in c. Placuit. xvj.

q.j. Hinc etiã eſt, quòd quãdo ſit mentio de ætate intelligitur de naturali, & non de illa, quæ beneficio principis ſuppletur, præal.l.fi. C.de his qui ueniã æta. impetra. Vnde ad tollendũ iſta cõtraria, dantur per doc. in hac materia quotidianiſſima diuerſæ doctrinæ. ¶ Vna eſt, ꝙ aut inſurgit ex æquipollentibus idem effectus, & tunc non refert quid ex æquipollẽtibus fiat: & ſic procedit prima regula. Aut non inſurgit idẽ effectus, & tunc refert quid ex æquipollentibus fiat, & ſic procedit contrariũ. Ita dicit Cy. poſt Dy. in præal.l.Si mater. & eſt originaliter de mẽte glo. in d.l.gallus.§.Et quid ſi tantũ. cũ reſpõdet ad præal.l.Cõmodiſſimè.

¶ Alia doctrina traditur per Io.Fa. in d.l.Si mater. in breuiario, uidelicet aut eſt tradita certa forma, aut non. Et ſi non, aut inſurgit diuerſitas in ratione, uel in intereſſe, & his duobus caſibus refert quid ex æquipollẽtibus fiat, extra autẽ dictos caſus ſtat prima regula. ¶ Alia & tertia doctrina traditur per Bal. in d.l.Si mater. uidelicet ꝙ in ambitioſis & reſtringẽdis: caſus omiſſus habetur ꝓ omiſſo, nec attenditur ibi ſimilitudo. d. c. Suſceptũ. ſed in fauorabilibus & extendendis diſtinguitur. Nam aut ratione caſus omiſſi deficit ſolẽnitas, & habetur pro omiſſo. d. l. Cõmodiſſimè. Si uerò non deficiat ſolẽnitas: & tunc ſi eſt eadem æquitas & omnimoda ſimilitudo, caſus omiſſus habetur pro expreſſo. d.l. Si mater. ſecus ſi non eſt omnimoda ſimilitudo: tunc enim habetur pro omiſſo: præal.l.fi.C.de his qui ueniã æta. impe. ſiue omittatur à canone, ſiue à cõſuetudine uel ſtatuto etiã iurato, ſiue à paciſcente, ſiue ab impetrante, ſiue ab appellante, ſiue à iudicem dante, ſiue à procuratorẽ dante, ſiue & ubicunq; põderatur modus magis quàm finis: ut ibi lt: ius per eum poſt Ioã. And. in d.c.Suſceptum. in nouella.

Alia



¶ Alia & quarta doctrina traditur per Pet. quã refert & ſequitur Bal. in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantũ, quam doctrinam uide per te. ¶ Alia & quinta notabilis doctrina traditur per Sali. in l.fi.C.de poſthu.hæredi.inſti. quam etiã uide per te. ¶ Alia & ſexta doctrina cõmuniter approbata traditur per Bar. in præal.l.Gallus.§.& quid ſi tantũ. quæ doctrinæ licet ſint ueræ in ſe: tamẽ non uidentur ex toto perfectæ. ¶ Vnde ut dictis contrarijs ſatisfiat, & ut habeatur perfecta doctrina in hac quotidianiſſima materia, diſtinguo poſt Bar. in d. §. Et quid ſit tantum. aliquibus additis. Cùm quæritur, utrum prouiſio facta in unũ caſum extendatur & porrigatur ad aliũ: & utrũ referat quid ex æquipollentibus fiat, hoc modo. Aut prouiſio facta eſt in unum caſum per modũ diſpoſitionis: aut per modũ conditionis.

¶ Primo caſu aut ex uirtute expreſſi, caſus omiſſus poteſt intelligi, & tunc ad illum diſpoſitio porrigitur. tex. eſt in §.Illud.Inſti.de ſocieta. Aut ex uirtute expreſſi, caſus omiſſus non poteſt intelligi: & tunc aut poteſt conſtare de uoluntate diſponẽtis, uolentis porrigi ad caſum omiſſum: & tunc ad illum porrigitur. text. eſt not. in l.Titius.§. j.ff.de libe. & poſthu. & bonus tex. in d.l. fi. ſecundum unã lecturam. C.de poſth.hæredi.inſti. & ibi uide per Bar. Bal. Pau. de Caſt. Alex. & Iaſo. & doc. quibus adde tex. cum ſua ſing. glo. & ibi not. per Bar. Bal. Pau. de Caſt. Alex. Iaſo. & doc. in l.Tale pactum.§.fi.ff. de pac. Aut de mẽte uel uoluntate non poteſt cõſtare: & tunc aut caſus fuit penitus omiſſus, uel fuerũt expreſſi duo caſus qui obuenerunt coniunctim.

¶ Primo caſu aut caſus omiſſus eſt ſimilis expreſſo & habet eundem effectum: & tunc ad illum extenditur. tex. eſt in d.l.fi. in fi.ff.manda. Aut non eſt ſimilis & non extenditur,

 niſi

niſi caſualiter ex legis prouiſione, ex interpretata mẽte diſponentis aliud ſit inductũ, ut poteſt uideri in ſubſtitutione uulgari, quæ in ſe cõprehendit tacitã pupillarẽ, & ecõtrà. l. Iam hoc iure. ff. de uulg. & pup. ¶ Secundo caſu, quando fuerũt expreßi duo caſus qui obuenerũt cõiunctim: & tũc aut loquimur in materia, in qua debet fieri interpretatio plena, ut in teſtamentis, & ad illum porrigitur. Et ſic hoc caſu ſub ſimplicibus cõprehenditur mixtũ. tex. eſt no. in l. Si ita ſcriptũ. in prin. ff. de libe. & poſthu. & in l. Clemẽs patronus. ff. de hære. inſti. Aut loquimur in materia non fauorabili, in qua non debet fieri plena interpretatio: & tũc caſus omiſſus ad illum non porrigitur, & ſub ſimplicibus non comprehenditur mixtũ. tex. eſt in l. Vim paſſam. §. præſcriptione, iuncta. l. Mariti. §. Hoc quinquenniũ. ff. ad. l. Iuliam. de adul. & probatur in præal. l. Si ita ſcriptum. ¶ Hinc eſt, quòd habẽs poteſtatẽ diſpenſandi cum ſpurio & inceſtuoſo diſiunctim, non poterit diſpenſare cum ſpurio & inceſtuoſo ſimul: ut puta, cũ nato ex cõſanguinea maritata. Ita decidit Bar. in d. §. Præſcriptione. per illum tex. de quo uide latius per Panor. & Cano. in c. At ſi clerici. §. de adul. de iudi. & per Bar. & omnes ſcribentes in l. ij. ff. de uerb. oblig. Fallit tamẽ cauſa euitandæ cõtrarietatis, quo caſu ſub ſimplicibus comprehenditur mixtum, præal. l. ij. & ibi glo. & Bar. ff. de uerb. obli. ¶ Præmiſſa uerò quando quæritur an diſpoſitio cõcepta in uno caſu uero trahatur ad aliũ caſum uerum. Sed ſi quæratur an diſpoſitio concepta in caſu uero, trahatur ad alium caſum fictum. omißis diuerſis theoricis, doc. traditis in diuerſis locis, ſic diſtinguo. Aut loquimur in diſpoſitione iuris cõmunis, aut in diſpoſitione ſtatutaria, aut in diſpoſitione hominis. ¶ Primo caſu ſubdiſtinguo: quia

aut



aut agitur de fauore cõcernente publicam utilitatẽ, ſcilicet teſtamenti cõſeruandi: & tunc fit extenſio: ut eſt glo. ordi. quã ibi ponderãt Ang. et Io. de Imo. in l. Si à primo. ff. de lib. & poſth. & probatur in d. l. Gallus. §. Et quid ſi tantũ. aut non agitur de fauore, & tũc non fit extenſio: & ſic procedit reg. d. l. iij. §. hæc uerba. ¶ Secundo caſu, quando loquimur in diſpoſitione ſtatutaria, tunc etiã diſtinguo: quia aut ſtatutum diſponit idẽ quod ius cõmune in materia fauorabili: tunc ſtatutũ diſponẽs in caſu uero habet etiã locum in caſu ficto. tex. eſt not. in c. Ad audientiã. de cle. non reſi. & ibi hoc not. Ant. de But. Io. de Imo. & Panor. Aut ſtatutum diſponit præter uel cõtra ius cõmune, uel diſponit idẽ quod ius cõmune in materia non fauorabili, & tunc regulariter ſtatutum non extenditur ad caſum fictum, niſi aliud appareret de mente diſponẽtis, ſecundũ Io. de Imo. & Panor. ubi ſuprà. ¶ Tertio caſu quando loquimur in diſpoſitione hominis: tunc etiam diſtinguo. Aut loquimur in reſcriptis, & tunc diſpoſitio in caſu uero non trahitur ad caſum fictũ, etiam ſi ſit eadẽ uel maior ratio: ut eſt caſus in d. c. ſuſceptũ. Aut quærimus in alia diſpoſitiõe hominis, & tũc ſi ex caſu ficto reſultat expreſſe idẽ effectus, qui ex uero quo ad id de quo quæritur: & tunc fit extenſio ad caſum fictũ. tex. eſt. in d. l. Gallus. §. Et quid ſi tantũ. & in. §. ſeq. & in d. l. Deo nobis. C. de epiſ. & cler. Aut non reſultat idem effectus, & tunc ſecus: & ſic procedit. d. l. ex ea parte. §. In inſulã cũ ſi. ſuprà alleg. ¶ Si uerò prouiſio ſit in unũ caſum per modũ conditionis, & tũc aut caſus omißus eſt dißimilis expreßo, & ad illum nõ porrigitur: & ſic loquitur d. l. Si cum dotẽ. & d. l. Cõmodißimè. & præal. l. fi. C. de his qui ueniam æta. impetra. & ita etiam loquitur. l. Si ita quis. in fi. ff. de lega.

ij. Aut

ij. Aut caſus omiſſus eſt ſimilis expreſſo: & tūc ſubdiſtinguo: quia quædam eſt conditio neceſſaria ad ipſum actum: quædam autem eſt cōditio neceſſaria ad effectum actus, & quædā eſt cōditio uoluntaria. Primo caſu, quādo loquimur de conditione neceſſaria ad actum: de qua habes exemplum in d.l. Gallus. § Et quid ſi tātū. ubi ad hoc, ut ſubſtitutio uulgaris habeat locū, neceſſe eſt quòd inſtitutus non ſit hæres: & tunc diſpoſitio facta in uno caſu porrigitur ad aliū, & non refert quid ex æquipollentibus fiat, nec eſt neceſſe quòd cōditio impleatur in forma ſpecifica: ſed ſi exprimitur unus caſus, per quem non poteſt eſſe hæres, porrigitur (ut dixi) ad alium ſimilē d. §. Et quid ſi tantū, & ibi pulchrè Bar. & doc. Aut loquimur de cōditione neceſſaria ad effectū actus: exēplū ſi relinquitur filiofamiliâs, ad hoc: ut ipſe effectualiter habeat, requiritur quòd efficiatur ſui iuris: & tūc idē quod in præcedenti membro: quia ſi exprimitur unus caſus per quem ſi efficiatur ſui iuris teſtator uult eum conſequi legatum, porrigitur ad alium ſibi ſimilē: ut eſt caſus in d.l. Si mater. & ibi Pau. de Caſt. Iaſon & doc. & in præall. l. mulier. in prin. qui ſunt tex. ad hoc not. Si uerò loquimur de conditione uoluntaria: tunc debet impleri in forma ſpecifica, nec porrigitur ad caſum non expreſſum, ut eſt caſus in præal. l. Meuius. et ĩ d.l. ſi hæredi. §. fi. ¶ Ratio diuerſitatis eſt: quia in primis duobus caſibus teſtator cogitauit de effectu: ſed in hoc ultimo caſu, cogitauit de forma tantùm ex quo appoſuit conditionē uoluntariam. Nec obſtat contra hoc ultimum. l. Iulianus ait. ff. de condit. & demon. quia ibi ſolum probatur quod cōditio uoluntaria habetur pro impleta, quando ſtat per hæredē quo minus impleatur, ſeruata practica, de qua ibi per Bar. & per Alex. de Imo. in d. §.

Et quid



Et quid ſit tantū. ita uidetur mihi in hoc articulo quotidiano dicendum: de quo tamē uide latius per doc. & præcipuè per Io. de Imo. & Alex. in d.l. Gallus. §. Et quid ſi tantum. & per eundē Io. de Imo. in l. j. §. lex falcidia. ff. ad l. Falci. & aliquid per Henri. Boic in c. Cum tibi in ij. diſt. de teſta.

¶ Ex quibus omnibus, ſi bene pōderētur, habes plures not. limitationes ad dictam regulā Non refert quid ex æquipollentibus fiat. ¶ Primò ut nō ꝓcedat, quādo eſt tradita certa forma: ut quādo appoſita eſt cōditio uoluntaria: quæ debet impleri in forma ſpecifica, ut dixi. d.l. meuius. & præal. l. ſi hæredi. §. fi. & hoc eſt quod dicūt alij de conditione extrinſeca. ¶ Secundò ut non procedat, quando ratione caſus omißi deficit ſolēnitas d.l. Commodißimè. ¶ Tertiò ut non procedat in ambitioſis & reſtringendis. d.c. Suſceptum.

¶ Quartò ut nō procedat, quādo inſurgit diuerſitas in ratione uel diuerſus effectus: & ratio eſt euidēs: quia tūc non ſunt propriè æquipollentia. Nam æquipollētia ſunt quæ habent eandē rationē uel maiorē, & quorū effectus eſt idem: ut patet ex iuribus ſuprà alleg. iūctis not. per Bal. in l. Illud in ij. col. C. de ſacroſan. eccle. ¶ Quintò ut non procedat, quādo fuerūt expreßi duo caſus in materia non fauorabili, qui obuenerunt coniunctim. d. §. Præſcriptione. ¶ Sextò ut non procedat quādo aliqua ſunt æquipollētia ſolū ſecundū fictionē, & nō ſecundū ueritatē, nā tūc diſpoſitio diſponēs in caſu uero, ſi eſt exorbitans non trahitur ad caſum fictū, ſiue ſit diſpoſitio iuris cōmunis, ſiue ſtatutaria ſiue hominis: Secus eſt ſi ſit fauorabilis, ut ſuprà dixi. ¶ Septimò ut non procedat, quādo diſpoſitio in ſe eſt dubia & tractatur de odio. l. j. §. Et ſi quis. ff. de uen. in poſſeſ. mitten. quam ad hoc ponderat Salice. in d.l. fi. C. de poſthu. hæredi. inſti.

Octauò

¶ Octauò ut non procedat, quando diſpoſitio eſt qualificata, & propter qualitatem inducitur uariatio ſeu alteratio ſubſtantiæ rei. ita ſentiunt Bal. & Ang. in d. §. & quid ſi tantum. & faciunt not. per Bar. in l. Denunciaſſe. §. quid tamẽ. ff. ad l. Iuliã de adul. & quæ dixi ſuprà in loco ab effectu eorũ quæ ſimul requirũtur ad eſſe: quæ oĩa tene perpetuò mẽti, tanquã pulchra, utilia, ſingularia & quotidiana.

## LOCVS À COMMVNITER ACCIDENTIBVS. LVI.

PRæterea habemus in iure locum à communiter accidentibus. tex. eſt not. in c. j. & ibi hoc not. Card. Io. Calderi. Io. de Imo. Panor. & doc. de cler. nõ reſi. & bonus tex. in l. Ideoq;. & ibi tangitur per gloſ. ord. ff. de legi. & bonus tex. in l. Quædã. §. Nummularios. ff. de eden. & eſt glo. not. in l. neq; natales. C. de proba. & ibi Cy. Bal. Sali. & doc. & tangit glo. in l. Cum dotẽ. & ibi etiã Bal. C. de iure dotium, & glo. in l. Eum qui. in prin. ff. de publicia. & glo. ord. in l. j. C. de arbi. & argumẽtũ ſumptũ ab hoc loco à cõmuniter accidentibus eſt utiliſſimũ in materia probationũ: & etiam in materia permiſſiua, ſecundũ Bal. in l. Conuenticulã. in iij. & ultima col. C. de epiſc. & cle. ¶ Hinc etiã dicit Bal. in c. fi. de cauſa poſſeſ. & proprie. quòd locus à cõmuniter accidentibus concludit in materia probationum, & idem uult ipſe Bal. in c. Vaſallus. in ti. ſi de feudo fue. controuerſia. in uſi. feudo. & idem Bal. in l. Data opera. in xij. col. C. qui accuſa non poſſ. & Cy. & Bal. in l. Cum oportet. in ij. col. C. de bonis quæ libe. ubi dicunt quòd omnes Aſtẽ. ſunt uſurarij à communiter accidẽtibus. ¶ Hinc etiam dicit Odofredus in l. j. C. de tranſa. quòd omnes tutores ſunt baratatores à cõ



à cõmuniter accidentibus. ¶ Hinc etiã dicit Soci. in cõſilio xlij. in ij. col. quòd fatui cõmuniter reputãt ſe ſapiẽtes, à cõmuniter accidẽtibus, tollens per hoc depoſitiones teſtiũ in pulchra q. de qua ibi per eum, & per hunc locũ à cõmuniter accidẽtibus Odofre. in l. Generaliter. in ij. col. C. de non nu. pe. mira dexteritate cõcordat quædã iura, quæ uidentur omnino cõtraria, ut uidere poteris per eum. ¶ Hinc etiam dicit Bal. in cõſtitutione habita. C. ne fil. pro pat. ualere hãc conſequentiã. Talis ſtetit in ſtudio longo tempore, ergo fecit magnas expenſas, per locum à cõmuniter accidentibus, quod dicit facere pro fratribus ſcholariũ, qui remanſerunt domi, quaſi uelit dicere, ꝙ talis expẽſa ſibi debeat deduci de portione filiali, de quo uide plenius per Pau. de Ca. in l. filiæ cuius. C. fami. hercif. & per Bar. in l. j. §. Sed nec caſtrẽ. ff. de coll. bo. ¶ Hinc etiã dicit Bal. in l. Cum in te. C. de dona. ante nup. ꝙ præſumptio illius ſingularis l. fundatur in loco à cõmuniter accidentibus. Nam cõmuniter accidit ꝙ ſponſa nõ ducitur ad domũ ſponſi: niſi prius cõtrahatur matrimoniũ: ſi ergo in domo ſpõſi facta ſit donatio, præſumitur facta poſt contractũ matrimonium, ut ibi. ¶ Hinc etiã dicit Bal. in l. Neq;. j. C. de nup. ꝙ per inſtrumẽta dotalia probatur matrimoniũ: arguendo à cõmuniter accidentibus, de quo latius ibi per eum, & per Lud. de Ro. in ſuis ſingularibus, ſingu. cccclxxxviij. incip. Nunquid per inſtrumentũ dotis. & per Cano. in c. Illud. de præſump. ¶ Hinc etiã dicit ſing. Bal. in l. iij. in. §. cognoſcit. in prin. ff. de offi. præfe. uigil. ꝙ in dubio incendiũ ortum in aliqua domo, præſumitur culpa inhabitantiũ proceſſiſſe, per illũ tex. Nam licet locus à cõmuniter accidentibus non ſit neceſſarius: eſt tamẽ probabilis & ſequẽdus, ſecundũ eum ibidẽ, quem omnino uide.

Hinc

Hinc etiã dicit ſing.Bal.in addi. ad Spec.in ti.de loc.in uer. ſi autẽ non appareat, ꝙ ſi de originali forma cõceßionis in emphyteoſim nõ appareat cõceßio,præſumetur facta uſq; in tertiã generationẽ: quia ita fieri cõſueuit. Vnde à cõmuniter accidẽtibus,ita præſumere debemus,ſecundũ eum, & alleg.l.pe.C.de fideiuſ.ſed debuit alleg.l.fi.quod tene menti.

¶ Et iſtud argumentũ à cõmuniter accidẽtibus,poteſt formari hoc modo.Quòd cõmuniter fieri ſolet,præſumitur factũ eſſe,uel ſic:prout cõmuniter & frequenter accidit, ita præſumitur ueritas ſe habere d.c.j.de cler.non reſi.& l.Eũ qui probabilẽ.C.de epiſ.& cle.& l.Cui debes.& ibi Ang. ff.de ædil.edic.cum alijs iurib.ſuprà alleg.& procedit hoc etiã in malo præſumẽdo:ut optimè probatur in præalle.c.j.& uult expreßè,Panor.in c.ij.in fi.de elec. & Ioã.Calde. in d.c.j.de cler.nõ reſi.ubi dicit per illũ tex. ꝙ argumentũ à cõmuniter accidẽtibus ualet ad ferendũ ſententiã, etiã cum agitur de crimine ciuiliter:& hoc dictũ refert & ſequitur Panor.in conſil.cxiij.ij.uolu.incip.Tria ſunt principaliter in cauſa mota,&c.& Iaſ.in l.Non hoc. C.unde cogn.licet aliam quotã aßignet.

¶ Hinc etiã dicunt Iac.Butr. & Bal. in d.l.Neq; natales.ꝙ aliquã eſſe meretricẽ probatur ꝓ hoc quòd ſcholares paßim de die & de nocte uadũt ad eã, licet non ꝓbetur tactus uel alij actus uenerei à cõmuniter accidẽtibus:quia quãdo ſcholaris loquitur cum muliere,nõ præſumitur ei dicere,Pater noſter:ut dicit Bal.in l. Neq; natales. & in l.Data opera & habetur per eundẽ Bal. & Ioan. de Imo.in l.fi.ff.de hære.inſti.quos omnino uide:& faciũt no. per Bar.in l.ij.in prin.ff.de fur.& no.per eundẽ Bart.in l. ij.§.fi.& in l.Quod ait lex.in prin.& in l. Capite quinto. ff.de adul.& no.per Panor.& cano.in c. Tertio loco.circa fi.





ca fi.de proba.¶ Hoc tamen fallit in ſacerdote & uiro religioſo,qui cum amplectitur mulierẽ, non præſumitur hoc facere cauſa libidinis,ſed cauſa benedicendi:quia de eo non eſt præſumẽdum, niſi bonum.Ita dicit gl.ord.ſing.in c.Abſit.xj.q.iij.ſed tu dic in hoc conſiderandas & ponderandas eſſe circunſtantias & qualitates perſonarũ:quia locus, tẽpus,perſona,& cauſa inducunt præſumptionẽ mali,& illã etiam faciũt ceſſare:ut legitur & notatur in c. In omnibus lxxxj.diſt.& in c.ſciendũ.xxix.diſt.& in l.Aut facta.ff.de pœnis. Et ergo diſtingue in hoc caſu tempora & loca, & concordabis ſcripturas.l.Apud antiquos.C.de furt.& c.Si peccauerit.ij.q.j. cum ſi.

¶ Prædicta etiam inducuntur ad quæſtionẽ illã quotidianã,an permutatio præſumitur fraudulenta & ſymoniaca, ſi beneficiũ pingue fuerit permutatũ cum tenui:de quo plenè per Io.And.& doc.in c.ij.De renun.li.vj.in nouella. & per Ant.de Bu.Pe.de Anch.Ioã. de Imo.Panor.& doc.in d.c.j.de cleri.nõ reſi.& per eundẽ Panor. in c. quia ueriſimile.de præſump.ad quos recurre: quia materia eſt longa,pulchra quotidiana.Vbi enim probatur unum,uidetur probari reliquũ:quod cum primo frequenter contingit,licet non ſemper,ut uult glo. ord.in d.l. Neq; natales.quam ad hoc reputant ſingularẽ Sali.Alex.de Imo.Iaſon & doc.in d.l. Non hoc. Et per iſtud limitatur regula,quæ habet, quòd probatio debet neceſſariò concludere, & quòd non probat hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe.c.In præſentia.de ꝓba.& præal.l.Neq; natales.quia hoc eſt uerũ,niſi probatio concludat à cõmuniter accidentibus,nam illa ſufficit : quia lex præſumit pro eo quod frequenter accidit.Ita not.dicit Feli. in præal.c. In præſentia. in vij.col.in uerſi.quartò limita.& Io.Fab.in d.l. Neq; natales.

tales.in breuiario.& eſt de mēte Sali.Alex.& Iaſ.in d.l.Nō hoc,quos omnino uide:quia ponunt multas limitationes ad regulam antetactā.¶ Hinc etiam dicit ſing.Sali.in d.l.Non hoc.& ſequūtur ibi Alex.& Iaſon,ꝙ ſi mortuus ſit aliquis agnatus qui reliquit multas poſſeßiones, & aliquis apprehendit duntaxat aliquas res mobiles ad defunctū (dum uixit) pertinētes, quòd per hoc non præſumitur adiuiſſe hæreditatē: quia cōmuniter qui adeunt hæreditatē apprehendunt primò res immobiles magis precioſas, de quo ibi latius per eos,& per Bal.in ti.an agn.uel.fil.agna.in uſi.feud. ubi idem ſentit: ſed iſtud non procederet in locis, in quibus de cōſuetudine apprehendētes mobilia, tenentur ad ſoluendum æs alienū,ut Louanij & alibi:ſed ceſſante conſuetudine,& ubi eßemus in terminis iuris cōmunis,dictum Sali.eſt ualde notab.quod tene menti: quia uidi in practica caſu occurrente fieri magnā difficultatē.¶ Hinc etiā dicit Sali.in præa.l.neq; natales.ꝙ in dubio filius præſumitur natus poſt matrimoniū cōtractū inter patrē & matrē,& nō antè,licet qñq; cōtingat,ꝙ ante naſcatur.l.Cū quis.C.de nat.li.& c.Tanta.qui fil.ſunt legit. Nam magis frequēter & regulariter cōtingit,ꝙ uxores non fuerūt prius amaſiæ uiri: unde probato tēpore matrimonij patris & matris, præſumēdū eſt filiū poſteà natum:niſi probetur cōtrariū.Ex quo ſequitur, ꝙ minor ætas filij præſumptiuè probatur ex dinumeratione annorū inchoanda à tēpore matrimonij inter patrē & matrē cōtracti,ſecūdū Sali.ubi ſuprà,qđ tene mēti: quia poteſt frequenter cōtingere in practica. Et iſte locus à cōmuniter accidētibus in hoc eſt utilis:quia trāsfert onus probādi in aduerſariū:ut uult glo.ordi.in d.l.Neq; natales. quā ad hoc ponderat Lud.de Ro.in ſuis ſingularibus.ſing.





ccccj.incip. Quis debet probare. Et fundatur iſtud argu.à cōmuniter accidentibus,in uerisimili & probabili:ergo eſt forte,quādo bene formatur,ſcilicet ab eo ꝙ ut plurimū & frequenter contingit adeſſe,& raro abeſſe: aliàs autē non procedit,ſed habet locū reg.antedicta:non probat hoc eße quod ab hoc cōtingit abeſſe,ut dicit gl.ſing.in præa.l.neq; natales.& ibi hoc bene declarant Cy.Bal.Salice.& doc.& Sali.Alex.Iaſ.& doc.in d.l.Non hoc.Et cōmittitur tūc fallacia cōſequētis:ut dicūt philoſophi:non enim ſequitur nec ualet conſequentia. Iſte eſt comptus ergo adulter uel pater iſtius eſt ingenuus,ergo ipſe eſt ingenuus:quia oppoſitū cōſequentis ſtat cum ueritate antecedentis:& hoc eſt qđ nos quotidie dicimus. Non probat hoc eſſe, ꝙ ab hoc cōtingit abeſſe, ſcilicet frequenter & facile, iuxta ſuprà dicta: quæ omnia tene menti,tanquam pulchra,ſingularia,utilia & in practica quotidiana.

## LOCVS AB ORDINATIONE. LVII.

PRæterea habemus in iure locū ab ordinatione, à quo ſumptū arg.eſt probabile,frequēs & utile.Et formatur hoc modo,Diſpoſitū uel ordinatū ad unū finē non debet eius cōtrariū operari.l.Legata inutiliter.ff.de adimen. lega.l.ij.ante fi.C.de iura.calū.l.qui hominē.§.fi.& ibi not. ff.de ſol.l.Cū is.§.j.ff.de condi.in deb.l.Siue hæreditaria.in fi.ff.de neg.geſt.c.Maiores.§.Sed adhuc.& ibi not.de baptiſ.& cle.exiui de paradiſo.§.Deinde.& ibi Card.not.de uerbo.ſigni.cum pluribus alijs ſimilibus,quæ enumerare magis eſſet laborioſum,quàm ſubtile.¶ Hinc eſt,ꝙ eadem ſolutio non operatur liberationē & repetitionē.d.l.Qui ho-

minem.§.fi.& d.l.Cum is.§.j.¶ Hinc etiã eſt,quòd cõuẽtio,quæ principaliter ordinatur ad reſoluendũ non poteſt operari productionẽ actionis.tex.eſt not.in l.ab emptione. in fi.ff.de pac.& ſimiliter pactum ordinatũ ad excipiendũ non ualet ad agendũ.Ita not.uult Bar.& doc in l. In traditionibus.in fi.ff.de pac.quicquid ibi dicit gl.¶ Sed iſtud limitatur dupliciter.Primò ut procedat,niſi actũ ſit expreſſe uel tacitè quod agi poſſet:nam tũc ceſſat ratio prædicta. tex.eſt not.in l.Ex empto.in.§.Is qui uina.& ibi Bar.quem omnino uide.ff.de actio.emp.& idem Bar. in.§.præced.qui incipit Si quis uirginem.¶ Secundò limitatur,ut procedat niſi uerba reſolutiua ſint taliter cõcepta, quòd intelligatur celebrata noua uenditio: quia tunc bene agi poſſet. l. iuriſgentiũ.§.Adeò.& l.Si unus.§.Pactus ne peteret.uerſ.idem dicimus.ff.de pact. & ita apertè uolunt Guil.de Cunio,& Ang.in d.l.Ab emptione.¶ Hinc etiã eſt, quòd inducta ad augmentũ non operantur diminutionẽ.l.Si mancipium. in prin.ff.de fun.inſtruc.& hinc ſing. dixit Ange. poſt Guil. de Cunio in l. Nulla.ff.de legi. q. ſi teſtator legauerit uxori domũ,cum adiectione tali,quòd ſi domus ualet minus quàm ducentas libras,quòd debeat ei ſuppleri: ita quòd uxor habeat ualorẽ ducentarũ librarũ,ſi contingat q. domus ualeat plus,illud non debet ei auferri:quia dicta uerba fuerũt prolata à teſtatore ad ampliandũ & in fauorẽ uxoris:ergo nõ debẽt interpretari in oppoſitũ arg.d.l.Nulla.& præal.l.legata inutiliter.¶ Hinc etiã eſt q. ĩducta ad diminutionẽ nõ operãtur augmentũ.d.l. legata inutiliter.ff.de adimẽ. lega. & l.Legata inutiliter. poſt princi. ff.de leg.j.Et ratio eſt, quia actus agentiũ non operãtur ultra eorũ intentionem.l. Non omnis.in princip.ff.ſi cer.peta. Hoc ultimũ tamẽ ego limito



limito ſingulariter uerũ, quando inducta ad diminutionem poſſent operari effectũ diminutionis,non operãdo augmẽtum: ſed quando inducta ad diminutionẽ non poßent operari diminutionẽ:niſi prius operẽtur augmentũ:tunc inducta ad diminutionẽ operãtur augmentũ,tanquã neceſſariũ antecedens.Pro hoc allego tres tex. not. quorũ primus eſt in l.proculus.in princi.& ibi hoc uolunt Bald.& Ange.ff. de uſufruc.Secundus eſt in l.fi.ff.de uſufru. ea. rerũ quæ uſu cõſumuntur.Et tertius eſt in l.Deniq;.§.Interdũ. ff. de pecul.lega.Qui tex.plus probant,uidelicet,quòd adiectio auget diſpoſitionẽ, etiã cõtra propriũ ſignificatũ uerborum: quod tene menti:quia eſt ſingulare & quotidianũ.Vnũ tamen uolo te non ignorare,uidelicet,quòd adiectio non ſemper auget diſpoſitionẽ ſed interdũ diminuit. tex.eſt ſingularis in l.pe.& ibi Bal.not.ff.commu.prædi.de quo exclamat Lud.de Ro.in ſuis ſing.ſingulari.lxxj.& uide alium caſum ſingularẽ & quotidianũ,per notarios & practicos cõmuniter ignoratũ,in quo adiectio diminuit diſpoſitionẽ ſuprà in loco à cõmodato ad precariũ,& unum alium per Bar.in l.Generali.§.Vxori.ff.de uſufru.lega.ubi recurre.Hinc etiã eſt, quòd ordinata ad priuationẽ non inducũt diſpoſitionẽ l.Ex facto etiã.ff.de hæredi.inſti.& l.Titia. §.fi.ff.de manumiß.teſt. Vnde ſi pater exhæredet filiũ abſentẽ, ſi ad patriam non redierit,non uidetur cum inſtituiſſe, ſi ad patriã redierit:quia ex diſpoſitionibus priuatiuis non reſultat habitus.d.l.Ex facto etiã. Et ex diſpoſitionibus negatiuis non reſultat affirmatio præal.l.Titia.§.fi.ita not. dicit Bal. in l. ij.C.de condi.inſer.& ſequitur Pe.de Anch.in repet.c.Canonũ ſtatuta.in xiij.q.prin.de cõſti. Et ratio iſtius eſt euidẽs:quia non poteſt ſumi argu.à contrario ſenſu in diſpoſitioni

tionibus conditionalibus: quãdo de institutione uel ſubſtitu-
tione agitur l. Lucius. ulti. Et ibi glo. ſing. quam cõmuniter
omnes doc. approbãt. ff. de hære. inſti. & uult expreſſè Bal.
in d. l. Ex facto etiam. & dixi latè ſuprà in loco à contrario
ſenſu, ubi recurre. ¶ Hinc etiã eſt, ꝙ excipiens non uidetur
confiteri intentionem agentis: quia ordinatũ ad excluſionẽ
agentis non fundat intentionẽ agentis ſecundũ Bal. in l. Cõ-
uenticulã. C. de epiſ. & cle. De quo arti. quotidiano & bro-
cardico uide latius per gloſ. & doc. in regula Exceptionem
obijciens, de reg. iu. li. vj. & pleniſſimè per glo. Panor. Feli.
& doc. cano. in c. Cũ uenerabilis. de excep. & per Bart. &
legiſt. in l. Non utiq; ff. de excep. & in l. Decem. ff. de uerb.
obli. ad quos breuitatis gratia te remitto. ¶ Poſtremò uo-
lo te ſcire, ꝙ licet ordinata ad unũ finẽ ſeu effectũ nõ debeãt
operari cõtrariũ: ut in iuribus ſuprà alleg. Tamẽ ordinata
ad unũ finẽ bene operãtur effectũ diuerſum cõcurrentẽ ta-
men. tex. eſt not. in l. In numerationibus. & ibi gl. Bar. Pau.
de Caſt. & doc. not. ff. de ſol. & habetur elegãter per Alb.
de Roſ. in j. parte ſtatu. q. cxlvij. quæ omnia tene menti tan-
quam pulchra, utilia, ſingularia & quotidiana.

## LOCVS A' SERVO AD MO-NACHVM. LVIII.

PRæterea habemus in iure locũ à ſeruo ad monachũ, à
quo ſumptũ argu. eſt ꝓbabile, frequens & utile: dictũ
eſt originale Inno. in c. Cũ olim. ij. de priui. ubi latè & ma-
giſtraliter hoc declarat: & ſequitur Bar. in l. Cũ fundus. §.
Seruũ tuũ imprudẽs. in fi. ff. ſi cer. pe. ubi tradit regulam ꝙ
omnia quæ dicuntur in ſeruis uẽdicãt ſibi locũ in monachis
noſtri tẽporis, quã regulã idẽ Bar. repetit in pluribus alijs
locis



locis & præcipuè in l. j. in princ. & in. §. Si fructuarius. &
in l. Si cõmunis ſeruus ita. & in l. Si ſeruus teſtamẽto. in fi.
ff. de ſtipu. ſeruo. in quibus locis Bar. in ſpecie hoc inducit
ad multas pulchras & quotidianas qõnes, quas uide per te-
ipſum. Iſtã regulã etiã tradũt Bal. Sali. Iaſ. & doct. in l. In-
terpoſitas. C. de trãſac. Vbi per hoc dicũt ꝙ ſicut non ualet
trãſactio efficaciter inter ſeruum & dominũ, ut ibi: ita nec
ualet trãſactio efficaciter inter monachum & abbatẽ, &
idẽ uult Bal. in l. Si liber. C. de cõdi. ob cau. & Arch. in c. Cũ
paſtoris. ij. q. vij. & habetur plenè per Panor. in cõſi. lxxx-
viij. j. uol. incip. Facti cõtingẽtia ſic ꝓponitur. & per Ioã.
And. in reg. Nõ eſt obligatoriũ. de reg. iur. lib. vj. in mercur.
& hinc eſt ꝙ abbas qui promiſit monacho ſuo dare ſingu
lis annis certã penſionẽ, poteſt talẽ promiſſionẽ reuocare,
niſi fuerit per ſedẽ apoſtolicam cõfirmata, quo caſu nõ po-
teſt. Et ideo ſit cautus monachus, cui promittitur pẽſio per
abbatẽ, ut eam faciat cõfirmari per ſedẽ apoſtolicam: aliàs
ſtabit periculoſè. Ita ſing. dicũt Io. de Imo. Panor. & doc. in
c. Niſi eſſet uiri prouidi. de præbẽ. qđ tene mẽti: quia habui
de facto. Et pro iſta æꝗparatione monachi ad ſeruũ adduco
glo. or. in l. Pedius. & ibi tangitur per Bar. ff. de arb. & gl.
ord. in l. ex pœnalibus. ff. de reg. iu. & gloſ. in l. Cũ hæredes.
§. fi. & ibi tangitur per Alex. de Imo. ff. de acqui. hæred. &
habetur plenius per eundẽ Alex. in l. j. in. §. Itẽ acquirimus.
& in. §. Per ſeruũ qui in fuga. illo eo. ti. Et de iſto cõmemo
rat Bal. in l. fi. ff. de noxal. act. Iſtã regulã etiã ponit Panor.
in c. Quãto. de offi. ordi. & doct. tam legiſtæ quàm cano. in
pluribus alijs paſſibus, quos cõmemorare magis eſſet labo-
rioſum quàm ſubtile. ¶ Hinc uidemus, ꝙ ſicut ſeruus acqui
rit domino (Inſti. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. circa princ.

& d.§.Item acquirimus.cum ſimi.)ita etiā monachus acquirit monaſterio,etiā ſi ſit fugitiuus ſecūdū Panor.in c.quod à te.de cle.cōiug.& uiceuerſa,ſicut ſeruus præiudicat domino in acquirēdis,quia non uult acqrere(l.fi.C.de acqui.hære.& l.iij.C. de hæredi.inſti.)Ita etiam monachus ſeu prælatus præiudicat eccleſiæ in acquirēdis. Ita dicit gl.or.ſing. in c.fi.xvj.q.vj.& ſequitur Panor.in c.j.de in inte.reſti.& idē Panor.in c.j.de dolo & cōtu.& Sali.in l.Iubemus nullā nauē.C.de ſacroſan.ecc.& Io.de Plat.in l.ij. C.de naui.non excuſ.lib.xj.Secus autē eſt in acquiſitis.l. Seruus. & ibi eſt bona gl.C.de pac.& uult gl.in præall.c. fi.quod tene mēti.

¶ Hinc etiā eſt,ꝙ quemadmodū cōtra ſeruū detinentē aliquam rem non eſt intentanda actio, ſed contra dominū (l. Non ſeruū. C.de rei uendi.)ita nec contra monachum : ſed dirigenda erit actio cōtra abbatem ſeu prælatū, ſecundum Bal.& alios in d.l.Non ſeruum. Sicut enim ſeruus non poteſt eſſe in iudicio, neq; pro ſe neq; pro alio : imò ſententia ſuper tali iudicio lata eſt ipſo iure nulla etiā ſi non ſit oppoſita exceptio(ut eſt tex.ſing.ſecundū unum intellectum, in l.Seruus.& ibi Ang.not.C.de iudi.) Ita etiam monachus non poterit eſſe in iudicio,neq; agendo,neq; defendēdo quia pro mortuo habetur.c.Placuit.xvj.q.j. De hoc ulti. tamen uide plenius per glo. Bal.Sali.& doc.in auctē.cauſa quæ fit cum monacho. C.de epiſ. & cle.& per glo. & doc. in l.Si longius.ff.de iudi.& per gl.& doc.canoniſt.in c.Ex parte. de accuſa.& per Innoc.Panor.& alios in c.Cum i,& a. de re iudica.Vbi inter alia reperies,quòd monachus de conſenſu ſui abbatis poteſt eſſe procurator amici monaſterij, etiā laici : quod dictū, tanquā ſiugulare,refert & ſequitur Ludo.de Ro.in ſuis ſingularib.ſingulari.cclxxviij.ubi recurre.

Hinc



¶ Hinc etiam eſt,quòd quemadmodum bona acquiſita per ſeruū domino non auferuntur domino per alienationē ſerui in toto,uel in parte(.l.Inter antiquā.C.de uſufr.) ita etiā bona acquiſita monaſterio per monachū, eo tranſeunte ad aliud monaſteriū,uel eo promoto ad epiſcopatū nō auferūtur primo monaſterio, ſecundū Bal.Pau.de Ca.& doct. in præal.l.Inter antiquā. & habetur per canoniſt.in c.In præſentia.de proba.quod tene mēti.¶ Hinc etiā eſt,quòd ſicut ſeruus non poteſt eſſe teſtis in teſtamento(.l.Qui teſtamēto.§.Seruus.ff.de teſta.)ita nec monachus,ſaltē ſine licētia ſuperioris.Ita ſingulariter dicit Io.Fab.in.§.teſtes.Inſti.de teſta.qđ tene mēti: quia per hoc poteris impugnare multa teſtamenta,& habui ſæpius de facto.¶ Hinc etiā eſt,quòd ſicut ſeruus poteſt extrahi de eccleſia, & reddi dño præſtita cautione de non ſæuiendo in eum ( ut eſt tex.in l.Præſenti.in.§.Sanè.C.de his qui ad eccle.cōfug.& in.§.Si quis igitur.in auct.de monachis,coll.j.)ita etiā monachus : imò plus uoluit ſingulariter Alberi.de Roſa.in d.rubri.C.de his qui ad eccle.confug. uidelicet, quòd in locis in quibus quis poteſt pro debito capi uel arreſtari ex ſtatuto uel cōſuetudine,debitores cōfugiētes ad eccleſiam, etiā ſi ſint liberi homines,ex quo ſunt cōditionati, ut ſerui non debent gaudere immunitate eccleſiæ:ſed poſſunt inde extrahi:qđ tene mēti.

¶ Item ex iſto ſequitur aliud,uidelicet quòd ſicut dominus nō poteſt ſæuire in ſeruū ſuū (d.§.Sanè & l.ij.ff.de his qui ſunt ſui uel alieni iuris.)ita nec abbas in ſuū monachū : licet correctio & cohertio ſit ei permiſſa.d.c.quāto.ubi de hoc latè per Panor.& doc.¶ Hinc etiam eſt,quòd ſicut poteſt ſolui ſeruo uel filiofami.quādo obligatio eſt cōtracta cū eo, ſecundum Bar.Pau.de Caſt.& alios in.d.l.Si unus.& idem

 uult

uult Bar. in l. Filius paciſcẽdo. C. de pac. & in l. Quod ſeruus. ff. depo. Et idẽ ſentit per uerba generalia in l. quod ſeruus. ubi bonus tex. ff. de ſolut. quod tene menti. Eſt etiã glo. æquiparans monachũ ſeruo in c. Nõ dicatis. xij. q. j. Poteſt & ad multa alia induci hæc argumẽtatio, à ſeruo ad monachum, quæ ſtudioſo in rebus publicis non occupato indagãda relinquo. ¶ Illud autẽ quod ſuprà dixi, ſcilicet procedere argumẽtationẽ à ſeruo ad monachũ, limita procedere in contractibus reſpectu acquiſitionis uel præiudicij: & in iudicijs quo ad actionẽ intentandã. Ita loquuntur Bar. Bal. & doc. in paßibus ſuprà alleg. quãdo dicũt monachũ æquiparari ſeruo. Secus autẽ eſt in ultimis uolũtatibus: quia quo ad ultimas uolũtates monachus æquiparatur magis filio in poteſtate propter ſuitatẽ & legitimã. Ita ſingulariter uolunt Io. de Imo. & Alex. in l. j. ff. de uulg. pup. ſubſti. & Iaſ. in d. §. ſeruũ tuũ imprudẽs. de qua materia uide latius per Io. de Imo. in l. Si paterfamiliâs. ff. de hære. inſti. ubi pulchrè & magiſtraliter loquitur. ¶ Hoc tamẽ uolo te ſcire, quòd licet ſuprà dixi bonã eſſe argumentationẽ à ſeruo ad monachũ: tamẽ regulariter nõ procedat argumentatio à ſeruo ad uaſallũ. Nã uidemus quòd ſeruus tenetur iuuare dñm ſuũ, et præponere ſalutẽ dñi ſaluti propriæ, ut eſt tex. in l. j. §. eodẽ autẽ tecto. in fi. ff. ad Silla. ¶ Et hinc ualdè cõmendatur ſeruus Panopionis, qui cũ cognoſceret milites ad occidendum dominũ ueniſſe, cõmutata cũ eo ueſte, permutato etiã anulo illũ poſtico clã emiſit, ſe autem in cubiculũ ad lectulũ recepit: & ut Panopionẽ ſeruaret, occidi ſe paßus eſt, ut pulchrè cõmemorat Valerius li. vj. c. viij. de fide ſeruorũ erga dominos, ubi uide. Sed uaſallus licet teneatur iuuare dominum ſuũ, tamẽ non tenetur ſalutẽ domini præponere ſaluti prop-



priæ, ut not. dicit glo. ord. in ti. quibus mod. feu. amit. in prin. & glo. in ti. de aliena. feudi pat. in fi. & utrobiq; doc. Et eſt ratio, q̃a maius ius habet dominus in ſeruo quàm in uaſallo: quæ omnia tene menti, tanquã pulchra, utilia, &c.

## LOCVS A' LIBERTO AD VASALLVM. LIX.

PRæterea habemus in iure locũ à liberto ad uaſallum: à quo ſumptũ argumentũ eſt probabile, frequẽs & utile. tex. eſt not. iuncta glo. in l. ij. C. de libe. & eorum liber. Et iſtud firmat Iac. de Alua. in c. fi. de alie. feudi paterni. in uſi. feu. & Spec. in ti. de feud. §. Quoniã. uerſi. xvij. & Bal. in l. Liberti libertæq;. circa fi. C. de ope. lib. & Iaſ. in l. Si nõ ſortem. §. Libertus. circa prin. ff. de condi. inde. & doc. in pluribus alijs paßibus, ut infrà patebit. Vnde ſicut libertus ingratus erga patronũ reuocari poteſt in ſeruitutẽ. d. l. ij. ita etiã uaſallus propter ingratitudinẽ ſeu feloniã cõmiſſam in dominũ priuari poteſt feudo. Ita dicit glo. ord. quæ hoc argumẽto utitur in d. l. ij. & eſt tex. ſi bene ponderetur in §. Prædictis. in ti. quæ fuit prima cauſa benefi. amit. in uſib. feudo. ¶ Hoc tamẽ debet limitari uerũ, quãdo ingratitudo cõſiſtit in cõmittendo & offendẽdo perſonã patroni uel dñi: ſecus ſi in omittendo cõſiſtat, propter obſequiũ non pſtitum. l. Solo. cum ſua glo. & ibi Bal. C. de libe. cauſa. De hoc tamẽ uide ibi latius per Salic. qui hunc articulum bene examinat. ¶ Hinc etiam eſt, q̃, ſicut libertus tenetur præſtare operas patrono ſuo uictu & ſuis impenſis: quãdo ipſe aliâs eſt diues. l. Suo uictu. cum ſeq. ff. de ope. liber. non tamen tenetur ſequi patronũ uagantẽ per orbẽ terrarũ. l. Quod niſi. ff. de ope. liber. Ita & uaſallus tenetur ſeruire domino ſuis impẽ-

ſis

ſis quãdo fructus feudi hoc patiuntur, niſi aliud habeat inueſtitura uel cõſuetudo:nõ tamẽ tenetur ſuis impẽſis ſequi dominũ extra patriã guerrã facientẽ. Ita uolunt Dy.Bart. & doct.in l.Meuia.§.fi.ff.de ann. leg. & habetur pulchrè per Alua.in c.j.de no.for.fide.& per eundẽ in c.j.in princ. quib.mod.feud.amit.in uſi.feud.& per Iacobinũ de ſancto Georgio in ſuo not.tract.inueſtituræ,ſuper illis uerbis.Et ꝓmiſerũt eidẽ domino ſuo præſtare debita ſeruitia,in prin. & per Spec.in d.ti.de feud.§.Quoniã.uerſi.xxij.quæritur. & uerſi.ſeq.ubi recurre.Hinc etiã eſt, ꝙ ſicut libertus ſpoliatus à patrono ui inermi, nõ poteſt agere cõtra eũ interdicto unde ui,ſed bene actione in factũ:ut eſt tex.in l.j.§.Interdictũ hoc.ff.de ui & ui ar. ita etiã dicendũ eſt in uaſallo ſpoliato à domino ui inermi,ut non poſſet agere interdicto unde ui cõtra dominũ.Ita not.dicit Inno.in c. Cæterũ.circa prin.de iudi.& ſequuntur ibi doct.& eſt de mẽte Bal. in l. Imperialem.§.pe.in iij.col.de prohib.feudi alie.per Federi. Et ratio iſtius poteſt eſſe:quia ſicut liberto perſona patroni ſemper ſancta & honeſta uideri debet. l. Liberto. ff. de obſeq.præſtan.ita etiã perſona domini ſemper uideri debet ſancta & honeſta uaſallo.Et idẽ dicendũ eſt de perſona doctoris,ut ſemper uideri debeat ſancta & honeſta diſcipulo: ut eſt glo.ord.ſing.in d.l.Liberto.per quã dixit ſing.Andr. Sicu.in d.c. Cæterũ.ꝙ diſcipulus ſpoliatus per doctorẽ ſuũ, non poterit agere cõtra eum interdicto unde ui : quod tene menti.¶ Hinc etiam eſt,quòd ſicut libertus accuſando patronũ uel teſtimoniũ cõtra eum ſponte ferendo punitur: ut eſt tex.in l.libertorũ.C.de teſt.ſic etiam uaſallus ſponte teſtificando cõtra dominũ ſuũ uel eundẽ accuſando.tex.eſt in §. pe.in ti.de conſue.recti feudi.in uſi.feudorum & ibi not. per



per glo.And.de Yſer.Alua.& alios & uolunt Sali. Pau. de Caſt.& doc in d.l.Libertorũ.¶ Hinc etiam eſt,quòd ſicut ad requiſitionẽ liberti patronus non cogitur iurare de calũnia.ut eſt tex.in l.Iuſiurandũ & ad pecunias.§. Qui iuſiurandũ in fi.ff.de iureiurã. Ita etiã dominus non tenetur iurare de calumnia ad petitionẽ uaſalli.ut eſt tex. in.§.In quibus.in ti.de conſue.recti feudi.in uſi feu.& ibi not.per glo. Alua.& alios.¶ Hinc etiam eſt,ꝙ ſicut bonis liberti,propter delictũ eius cõfiſcatis,patrono non fit præiudicium in parte ſibi debita.l.Cum ratio.§.Si in libertinũ.ff.de bo. dã. Ita etiã bonis uaſalli propter delictũ cõfiſcatis feudũ nõ cẽſebitur cõfiſcatũ:ſed applicabitur domino directo,ſi in eius iniuriã cõmiſsum eſt delictum,agnatis uaſalli delinquẽtis,ſi in tertiã perſonã cõmiſſum eſt delictũ,propter quod ipſius bona cõfiſcantur,arguẽdo à liberto ad uaſallũ : de quo per Dy.in d.l.Cum ratio.§.Si in libertinũ.& per Spec.in ti. de feud.§.Quoniã.uerſi.xl.quæritur & plenius per Bar.Pau. de Ca.Io.de Imo.Alex.& doc.in l.Si finita. §.Si de uectigalibus.ff.de dam.infec.& per Ang.in l.Eorum.illo eo.tit.ad quos breuitatis gratia te remitto:qa articulus iſte eſt ſubtilis,pulcher & quotidianus.¶ Hinc etiã eſt ꝙ ſicut libertus nõ tenetur ſalutẽ patroni præferre ſaluti propriæ. Imò poteſt ſalutẽ propriã præferre ſaluti patroni:ut eſt tex. in l.Hæc demũ.ff.de oper.liber.ita etiã uaſallus poteſt ſalutem propriã præferre ſaluti domini : quando ipſe certus eſt ꝙ dominũ iuuare non poteſt,ſine periculo uitæ ſuæ: ut tenent glo.& doct.in præal.ti.quib.mo.feud.amit.in prin.Et glo. & doct.in d.ti.de alie.feudi paterni.in fi.pro quo etiã facit l.Si quis à liberis.§.pe.ff.de lib.agnoſ.Vbi habetur ꝙ libertus non tenetur alere patronũ egentẽ, niſi ipſo liberto aliquid

quid ſuperſit. Pro hoc etiã facit, q͞a in iuraměto fidelitatis ſemper ſubintelligitur clauſula, Si uaſallus poteſt: iuribus ſuprà alle. et c. j. §. ad hæc. in ti. hic finitur lex, deinde cõſuetudines regni incipiũt. Et ita cõcludit dominus Iac. de ſancto Geor. in ſuo not. tract. inueſtituræ, ſup illis uerbis, Et promiſerũt eidẽ domino ſuo & c. in vij. col. ubi recurre. & hoc tene, qcq͞d dicat Spe. ĩ d. ti. de feu. §. quoniã. uer. xvij. circa fi. ¶ Hinc etiã eſt, q͞ ſicut libertus faciẽdo ligam cum inimicis patroni ſui grauiſſime punitur. l. j. §. Cũ patronus. ff. de offi. præfec. ur. ita etiam uaſallus faciẽdo ligam uel amicitiã cum inimicis domini ſui debet priuari feudo. Ita ſingulariter decidit glo. ord. in d. l. j. §. Cum patronus. quam ad hoc ibi not. Odofr. & Bal. & Iaſ. in d. §. Libertus. limitando ut ibi per eum, de quo tamẽ uide plenius infrà in loco de tanquam, ubi recurre. ¶ Hinc etiam eſt, quòd ſicut libertas libertorum non poteſt pœna cõſtringi, ut eſt tex. pulcher in l. j. §. Quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur. & in l. Si ita ſtipulatio. ff. de ope. liber. ita nec libertas uaſallorum: quia æquiparantur. Ita ſingulariter dicit Bal. in præal. l. Liberti libertæq;. ante fi. ¶ Hinc etiam eſt, quòd ſicut libertus tenetur patrono inopi præſtare alimenta. l. j. cum ibi nota. C. de ope. liberto. & habetur per glo. & doc. in d. l. Solo. & in d. l. Si quis à liberis. §. penul. ita etiam uaſallus tenetur alimentare dominum egentem, aliâs poſſet feudo priuari. Ita ſingulariter determinat Bar. in tractatu de alimentis. circa fi. & idẽ Bar. poſt Dy. in l. Alimẽta. §. fi. ff. de libe. agno. & Spe. in ti. qui filij ſunt legi. §. j. uer. ſed nunquid dominus. & Bal. in l. Vnica. §. Sed ſcimus. C. de latina li. tol. Quia tamen iſte arti. eſt dubius & brocardicus, pulcher tamen & quotidianus, uide de eo latius per Io. An. in addit. ad ſpec. in d. uerſi.



d. uerſi. Sed nunquid dominus. & per Sali. in d. l. Solo. & per Iac. de Alua. in c. Licet. ſi de feu. fuer. cõtrouer. in uſi. feu. ubi reperies de hoc ſatis plenè. & ad multa alia utilia & quotidiana induci poſſet hæc argumentatio, quæ breuitatis gratia omitto: & ſtudioſo in rebuſp. non occupato indaganda relinquo. ¶ Non tamen ſemper procedit hæc arg. à liberto ad uaſallũ, quia libertus non poteſt impunè uocare patronum in ius ſine uenia. l. pe. & fi. ff. de in ius uocã. Et tamẽ uaſallus poſſet impunè uocare dominum in ius ſine uenia: ita dicit glo. ordi. not. & menti tenenda in c. j. in uerbo reuerentia, & ibi eam ſequũtur Bal. Aluar. & alij in tit. de milite uaſallo qui cõtu. eſt. & licet Spec. in d. ti. de feu. §. Quoniam. uerſi. xvij. quæritur, teneat contrarium: tu tamen non recedas ab opinione glo. & doc. in d. ti. de milite uaſallo qui contu. eſt. quæ eſt communis & magis approbata: fateor tamẽ quòd uaſallus uolẽs uocare dominũ in ius bene & tutè faceret impetrando ueniam agendi à iudice: quæ omnia tene menti tanquam pulchra, utilia, & in practica quotidiana.

## LOCVS À PRIVATIONE AD HABITVM. LX.

PRæterea habemus in iure locũ à priuatione ad habitũ à quo ſumptũ argumentũ nedum eſt probabile, ſed forte, utile & multum frequens: tex. eſt not. in l. Decem. & ibi Bar. & doc. ff. de uer. obl. & bonus tex. in l. manumiſſiones. ff. de iuſti. & iu. & inſti. de liber. in prin. & in §. Seruus. & ibi Ang. not. inſti. de capi. dimi. et bonus tex. in l. Titio uſuſfructus, in prin. ff. de cõdi. & demon. & in l. Iulianus. ff. de repud. & bonus tex. in c. Ad diſſoluendum. de deſponſa. impube. & in c. Quod uero non formatũ. xxxij. q. ij. cum ſi.

Et iſtud

¶ Et iſtud argumentũ poteſt formari quadrupliciter, ad quadruplicẽ effectum. Vno modo ſic, Priuatio præſupponit habitũ, unde non poteſt dici liberatus, qui nunquã fuit obligatus, d.l. Decem. nec poteſt deſinere eſſe quod non incepit eſſe d.c. Quod uero nõ formatũ. nec accuſari quod nõ eſt. d.c. ad diſſoluendũ. cum utrobiq; notatis: quod facit ad illud, ſi petã à te aliquã rem exhiberi: & tu conuentus reſpondeas coram iudice te illam perdidiſſe, præſupponitur habitus: & ſic releuor ab onere probandi, quod illam habuiſti, iuribus ſuprà alleg. quod eſt bene notandum.

¶ Hinc etiam eſt, quòd ſi appono cõtra aliquem quòd non eſt legitimus teſtis, uel quòd agere nõ poteſt in iudicio quia eſt ſeruus uel excõmunicatus uel bannitus qui ex forma ſtatuti non auditur: ipſe autem replicat quòd eſt manumiſſus uel abſolutus uel rebannitus: fundata eſt intẽtio mea ad effectum repellendi eum à teſtimonio uel ab agendo: nec habeo probare quòd fuit ſeruus excõmunicatus uel bannitus: imò niſi ipſe probet manumiſſionẽ uel abſolutionẽ uel rebannimentũ repellitur à teſtimonio, & ab agendo, auct. ſi dicatur. ubi eſt bonus tex. C. de teſti. & uolunt Bar. Ange. Io. de Imo. Pau. de Caſt. & doc. in præal. l. Decem. ſed an per hoc ipſe uideatur confiteri excõmunicationẽ uel bannũ ad effectum condemnationis: ſunt opiniones inter doct. & idem quæri poteſt de conuento pro debito alleg. ſimpliciter pactum de non petendo uel ſolutionem: ſed omiſſis opinionibus ueritas eſt quod non, ut pulchrè declarãt Ang. & Io. de Imo. in d.l. Decẽ. et Ang. de Are. in d. §. Seruus. ſunt enim inter ſe multùm diuerſa quærere an excipiens confiteatur intentionẽ actoris ad effectum cõdemnationis: & quærere an excipiens confiteatur factum cuius allegat priuationem





ad effectum repulſionis à teſtimonio uel ab agendo, quia in primo caſu clarũ eſt quòd non: & ita loquitur l. Nõ utiq;. cum ibi not. ff. de excep. & regula, exceptionẽ obijciens, cũ ibi no. de reg. iur. li. vj. Et in ſecundo caſu clarũ eſt quòd ſic d. auct. ſi dicatur. cum ibi no. quod declara ut per Ange. & Io. de Imo. in d. l. Decẽ. de quo ſi libet uidere poteris latius per Feli. & cano. in c. Cum uenerabilis. de excep. & in dicta regula exceptionẽ obijciens. & per legiſtas in præall. l. Non utiq;. & per omnes ſcribẽtes, & præcipuè per Io. de Imol. docto. ueritatis in d.l. Decẽ. ¶ Hinc etiã eſt, ꝙ petẽs abſolutionẽ tacitè fatetur ſe excõmunicatũ niſi petat ſe abſolui ad cautelã. ut dicit gl. or. in c. Venerabilẽ. ſuper uerbo poſtulauit. de elec. & ſequuntur ibi Hoſt. & Io. de Imo. & Bar. & doct. in præal. l. Decẽ. & Io. And. in c. Cũ dilectus. circa fi. de ord. cogni. & ita eſt ueritas, quicquid dicat Panor. in præal. c. Venerabilẽ. Hoc tamẽ ſcias ꝙ aliquãdo uerba impropriãtur ratione cõtrarietatis euitandæ, uel ratione ſubiectæ materiæ: unde uerbũ deſinit interdũ ponitur ꝓ non incepit. l. iij. §. Deſinere. & ibi not. per glo. ff. uſufruct. quemadmo. ca. & uerbũ, perimit, interdũ ponitur pro cõſiſtere non permittit l. Conditio in præteritũ. & ibi not. per glo. ff. de uerb. obli. & no. per glo. in d. c. Ad diſſoluendum. & in d.c. Quod uero non formatũ. & per glo. Paul. de Ca. & doc. in præal. l. Decẽ. & hoc caſu nõ procedit hoc argumentũ à priuatione ad habitũ: ut ad oculũ uideri poteſt in locis ſuprà cõmemoratis, & in pſal. lxxxv. ibi, Eruiſti animam meã ex inferno inferiori: quod tene menti. ¶ Secundò iſtud argumentũ poteſt formari aliter ſic: ubi nõ eſt uel nõ poteſt eſſe habitus, ibi nõ cadit priuatio d.l. Decẽ. & præal. l. Iulianus. & iſto argumẽto tacitè utitur glo. in l. j. C. de

arbi. cũ ponit rationẽ quare à ſentẽtia arbitri nõ poteſt appellari: & hinc eſt quòd ſeruitus ne luminibus officiatur nõ poteſt imponi illi domus quæ officere non poteſt. l. Si ædes meæ.cũ.l.ſeq.& ibi Pau.de Caſt.not. ff.de ſerui. urb.præd. ¶ Hinc etiã eſt, ꝙ cæcus nõ poteſt amplius excæcari, quod facit ad ſtatuta uolentia ꝙ pro delicto quis excæcetur: quia illa pœna nõ cadit in cæcum uel excæcatũ: quia oculi nõ uidentes non ſunt oculi niſi æquiuocè prout ſunt oculi picti ſecundũ Ariſtot. ſed hoc caſu ſi cæcus cõmittat delictũ propter quod ex forma ſtatuti debeat oculus effodi: pœna ſtatuti debebit cõmutari in aliã ꝑ tex. no. in l.ij.& ibi hoc uult Io.Fa.in breuiario.C.ut intra certũ tẽpus cri.quæſtio termi.imo plus ſing. uolũt Bal.& Pau.de Caſ.in auct.ſed nouo iure.C.de ſer.fugit.uidelicet ꝙ ſi delictũ aliquod ex forma ſtatuti requirat amputationẽ manus: & delictũ illud cõmittatur per aliquẽ qui non habet niſi unã manũ, ꝙ illa non erit amputanda: ſed fiet cõmutatio in aliã pœnã per præal. l.ij.& ſic ſtatutũ imponẽs pœnã manus reſtringitur ad habẽtẽ duas manus: quia grauior eſſet pœna habẽti unã manũ dũtaxat quàm habẽti duas: qđ eſt perpetuò mẽti tenẽdũ. Et ſi ſtatutũ pro certo delicto imponat pœnam manus: & tale delictũ cõmittatur per illũ, qui habet duas manus ſed unã aridã & aliã fortẽ, amputabitur arida in qua minus poteſt, & non alia. Ita ſing. uult glo.ord.in præal.auct.ſed nouo iure.& ſequuntur ibi Bal.Ang.& Pau.de Caſt.& Io. And. in regula in pœnis .de reg.iuris li.vj.in mercuria. quod tene menti. Hoc tamẽ recipit unam ſingularẽ limitationẽ poſitã per And.de Yſer.Aluaro.& Præpoſi. in l. Imperialem.§. Callidis.de probib.feu.alie. per Fed.in uſi.feud.uidelicet, ut prædicta procedant: quando delictũ poterat æque faciliter





committi cum una manu: ſicut cum altera, ut in furto: aliàs autem quando delictum habilius committitur cum una manu, quàm cum altera (ut crimen falſi) puniendus eſt delinquens in ea manu cum qua delictum commiſit, ne de cætero illud iterato committat, de quo uide ibi latius per eos: quod tene menti: quia nõ legi hoc alibi & eſt fundatũ in maxima ratione. ¶ Hoc tamẽ uolo te ſcire, quòd ſi ſtatutũ imponat pœnã excæcãti aliũ, habebit locũ in eo qui ita lumẽ impediuit quòd non poſſit quis inde uidere lumẽ, licet oculos non effoderit: ſed nõ habebit locũ in eo qui nõ excæcauit in totum, ſed duntaxat aliquantulũ uiſum obſcurauit. Ita no. dicit Pau.de Caſt.poſt.Bal.& Ang.in l.Binas ædes. ff.de ſer. urba.præd.quod tene menti. ¶ Tertiò iſtud argumentũ poteſt formari aliter ſic: nihil eſt in priuatione quod prius nõ fuit in habitu.tex.eſt no.inſti. de libert.in prin.& ibi Ang. not.& bonus tex.in d.l.Titio uſufructus.in prin.cum ſi.& hoc facit ad materiã l.Cum proponatis.C.de codic. Vbi habetur quòd in codicillis contrarijs ultimus præualet: ſi modo non cõſtet quis fuerit prior: & quis poſterior: quia fortè ambo facti ſunt eodẽ die, & in uno codicillo fuit legatum relictũ: in alio autẽ fuit facta ademptio eiuſdẽ: præſumitur ille codicillus poſterior in quo facta eſt adẽptio, quia adẽptio in ordine eſt poſterior quàm habitus. Ita no. dicũt Cy. Bal.& alij.doc.in d.l.Cũ proponatis.& idẽ uult Bal.in.§. quibus.C.de nouo.C.cõpo.quod tene mẽti: & uide quod dixi ſuprà in loco ab ordine. ¶ Quartò iſtud argumentũ poteſt formari aliter ſic: à priuatione nõ fit regreſſus ad habitum. tex.eſt not.in.§.quod autẽ.in fi.& ibi Ang. not.inſti. de capi.dimi.& bonus tex.in l. Homo liber.ff. de ſtatu ho. Quod limita dupliciter ſecundum Ange.ubi ſuprà.

¶ Primò niſi priuatio fuerit tantũ de facto: quia non ſufficit aliqd fieri de facto, ut ſequatur effectus iuris. tex. eſt no. in. §. fi. Inſti. de inge. ¶ Secundò limita niſi primus ſtatus nõ fuerit omnino extinctus, ſed uelatus tantũ. tex. eſt no. in l. In tantũ. in prin. ff. de re. diui. ubi littus maris propter ædificiũ fit occupantis: ſed ædificio diſſoluto littus redit in publicũ: quæ omnia tene mẽti, tanquã pulchra, utilia & quotidiana.

## LOCVS A' POSITIONE SPECIEI. LXI.

PRæterea habemus in iure locum à poſitione ſpeciei, à quo ſumptũ argumentũ nedũ eſt probabile, ſed neceſſariũ. Et formatur hoc modo. Poſita ſpecie neceſſariò ponitur ſuũ genus, ꝙ præeſt illi ſpeciei, ſed nõ ecõtra, uel ad idẽ ſic. Ad poſitionem ſpeciei ſequitur poſitio generis, ſed non ecõuerſo. tex. eſt no. & pulcher in l. Si qd earũ. in. §. Interemptũ. & ibi hoc no. glo. & Bar. ff. de leg. iij. & eſt bonus tex. in l. Iuriſgẽtiũ. §. Sed ſi fraudãdi. & ibi etiã glo. & Bar. ff. de pac. & tex. no. in l. Per ſeruũ. §. j. ff. de uſu & habi. Parato enim ineſt emptũ, ſed nõ ecõuerſo. Et dolo ineſt fraus, ſed nõ ecõuerſo. Et uſufructui ineſt uſus, ſed nõ ecõuerſo, ut in dictis iuribus. & idẽ uolũt glo. Bar. Bal. Cy. Pau. de Caſt. & doc. in l. fi. C. de in integ. reſti. & idẽ Bal. in l. Cõuenticulam. C. de epiſ. & cler. Et de iſto argumẽtandi modo cõmemoratur per Sali. in l. unica. in iiij. col. C. de rapt. uir. & per Bal. & doct. in l. ij. §. Creditum. ff. ſi cer. pe. & per doct. in pluribus alijs paſſibus, quos cõmemorare magis eſſet laborioſum, quàm ſubtile. Vnde bene ſequitur: homo eſt, ergo animal eſt: & eſt homo, ergo eſt animal: ſed ecõtra ad poſitionẽ generis nõ ſeqtur præciſè poſitio unius ſpeciei. Vnde

non



non ualet conſequentia: Animal eſt, ergo homo eſt: uel eſt animal, ergo eſt homo: quia poteſt eſſe aſinus. ¶ Hoc unũ tamẽ uolo te ſcire, quòd id quod logici appellãt ſpeciẽ, nos legiſtæ regulariter uocamus genus, ut homo, bos, aſinus. Et id quod logici uocant indiuiduum, nos legiſtæ uocamus ſpeciem ut Stichus, Pamphilus, Titius, Socrates. Iſtud probatur apertiſſimè in præal. l. ij. §. Mutui datio. & ibi Bar. & doc. ff. ſi cer. peta. & eſt de mente glo. in. §. Si generaliter. Inſti. de lega. & de mente Io. Fab. in. §. Huius ſtudij. Inſti. de iuſt. & iure. & de mẽte eiuſdẽ in. §. lex eſt. in fi. Inſti. de iure natu. gen. & ciui. & de mente Bar. in l. Legato generaliter. ff. de lega. j. quod tene menti: & uide quod dicam infrà in loco ſequenti, & in loco à toto ad patrem.

## LOCVS A' REMOTIONE GENERIS. LXII.

PRæterea habemus in iure locum à remotione generis, à quo ſumptum argumentum nedũ eſt probabile, ſed neceſſariũ. Et formatur hoc modo, à quocunq; remouetur genus, remouetur & quælibet eius ſpecies. tex. eſt not. in l. Si cauſa cognita. iuncta glo. ſuper uerbo Peremiſti. quã ſequuntur ibi Bar. Bal. Pau. de Caſt. & doc. C. de tranſac. & eſt bonus tex. in. §. Vulgo. Inſti. de ſucceſſ. cogna. & bonus tex. in l. fi. circa prin. C. de uſufru. rei iud. & bonus tex. in l. j. §. quod autẽ prætor. in fi. & ibi Odofre. not. ff. de aleato. & bonus tex. in c. Nam concupiſcentiã. & ibi eum ad hoc ponderat Io. de Imo. de conſti. & tex. cum glo. in l. j. in fi. ff. de ſuis & legit. hæredi. & facit text. in l. Fundi. in fi. iuncta glo. ff. de fun. inſtruc. & tex. in l. j. C. ne fiſc. rem quã uendi. euin. li. x. & uult Bar. in l. Iuriſgentium. §. Sed ſi fraudandi,

 ubi

ubi magiſtraliter loquitur.ff.de pac.Et iſto argumēto utitur Bald.in repeti.l. Cum mulier.in xij.col.ff.ſol.matri.& doc.in pluribus alijs paßibus,quos cōmemorare magis eſſet laborioſum,quàm ſubtile.¶ Econtra autē à remotione ſpeciei ad remotionē generis argumentū non procedit:tex.eſt not.in l.[illegible] uobis.§.Si quis iurauerit.& ibi Bar.no.ff.de iureiu.& idē uult Bar.in d.§.Sed ſi fraudādi.Non enim ſequitur,Non eſt homo,ergo non eſt animal.Imò cōmittitur fallacia conſequentis ſecundum philoſophos.¶ Hoc tamen fallit quando eſſet tale genus quod ſaluaretur in unica ſpecie: ita not. dicit Bal.in l.Conuenticulam.C.de epiſ. & cle. ar.not.in c.Gratum.de poſtu. præla. & in l. Sicut.in fi. ff. quod cuiuſq; uniuerſi.nomi.In quibus iuribus notatur quòd ius collegij poteſt conſeruari & retineri per unū,licet per unum ab initio conſtituti non poſſet collegium,uel uniuerſitas. Sed ego pono tibi unum aliud clarius exemplum, in phœnice, quæ eſt auis grādis ſicut aquila,& nunquam reperitur eodem tempore niſi una, & uiuit per quingentos annos: poſtea autē facit ſibi nidum de rebus & lignis odoriferis, in quo moritur: & ex eius carnibus (ſecundum unam opinionem) naſcitur uermis qui adoleſcit & tandem creſcit in priſtinam eius formam,ſecundum aliam autem opinionem, ponit ſe uerſus radium ſolis, & uoluntarium facit plauſum alarum in tantum quòd incenditur nidus, & ibi comburitur, & ex cineribus eius naſcitur uermis,qui adoleſcit,ut ſuprà:de quo uide plenißimè per Ioan. An.Ioan.de Imo. & doct. poſt gloſ.in c.Quoniam abbas. de offic. delega. quod tene menti, & uide quod dixi ſuprà in loco præcedenti, & quod dicam infrà in loco à toto ad partem.





## LOCVS AB VSITATO, SEV À SOLITIS,uel conſuetis fieri. LXIII.

PRæterea habemus in iure locū ab uſitato ſeu à ſolitis uel conſuetis fieri, à quo ſumptū argumentū eſt probabile,frequens & ualde utile.tex.eſt not.in l. ſi quis donaturus.& ibi gl.ff.de.uſufr.& tex.ualde no. in l.quod ſi nolit.§.Quia aßidua.& ibi Bal.ff.de ædi.edic.& bonus tex.in l.Certi cōditio.§.Si nūmos.& ibi Bar.Ang. Alex.Iaſon & doc.ff.ſi cer.pet.et bonus tex.in l.certe.in fi.ff.de preca.& pulcher tex.in l.Vt liberis.circa fi.ibi ut aſſolet fieri.& ibi not.per Alberi.de Roſa.Iaſo. & doc. C.de colla. & bonus tex.in.§.fi.inſti.de ſatiſda.& ibi dicit Bal.quòd argumentū ab actu quotidiano eſt ualidū in iure.& idem uult Bal.in l. iij.§.Cognoſcit.ff.de offic.præfe.uigi.& eſt tex.multū not. in c.Cum M.Ferrarieñ.& ibi Ant.de But.Ioā.de Imo.Panor.Feli.& cano.not.de conſti.bonus tex.in c. Cum Marthæ.& ibi not.gl.de celebr.miß.& bonus tex.in c.Per uenerabilē.in.§.Quod autē & ibi Præpo.not.qui filij ſunt legi.& tex.optimus in l.fi.ff.quod cum eo. & in l. excepto. C.locati.& in l.Iuriſgentiū.§.pactorū.et ibi glo.ff.de pac. & in l.Et ſi ſine dolo malo.ibi,& quotidie prætores. ff.de mino.& in l.Item ſi unus.§.fi.ibi,ſed eſt uſitatum.ff.de arbitr.& text.not.in l.Ei qui.in fine.ff.de peti.hæredita.cum alijs concordan.poſitis per Alex.& Iaſ.in d.§.Si nummos. & per Alberi. in d.l.Vt liberis.& per Bar. in l. Si prius.§. Rectè placuit.ff.de aqua plu.arcen.Et iſto argumento utitur Bart.ad notabilem effectum in l.Si librarius.ff.de regu. iu.Iſto argumento utitur etiam Bald.in c. j.de feudi cogni. & Lud. de Roma in ſuis ſingularibus, ſingulari cclxxxiij. ad alium notabilem effectum. Nam per hoc dicunt quòd

conſuetudo excuſat notariũ à pœna falſi: de quo uide ibi latius per eos, & per cano. in c. Quanto, de his quæ fiunt à præla. quod tene menti. Iſto argumento etiã utitur Pau. de Caſt. in una quotidiana q. in l. j. in fi. C. de proba. & doc. in infinitis alijs paßibus, quos cõmemorare magis eßet laborioſum quàm ſubtile. ¶ Et iſtud argumentũ ab uſitato poteſt formari dupliciter ad duplicẽ effectum. Vno modo ſic. Quod cõmuniter fit legitimè fit, ſeu legitimũ eſt. d. l. Certi conditio. § Si nummos. ubi iuriſconſultus ſic arguit cũ alijs ſimi. Præſumendum enim eſt pro his, quæ diu agitata ſunt in eccleſia Dei, patiente & tolerante ſuperiore. c. Conſtitutus. & ibi Panor. no. de reli. do. & c. Eccleſiaſticarũ. xj. diſt. Vnde dicit eleganter tex. in l. pe. ff. de conſti. prin. Non facile eſſe recedendũ ab eo, quod diu æquũ uiſum eſt. ¶ Hinc etiam dicit eleganter Bald. in l. Quicunq; in iiij. nota. C. de ſer. fu. Quòd id quod conſuetum eſt fieri, non dicitur arbitrariũ, ſed neceſſariũ: quod tene menti. ¶ Alio modo poteſt formari ſic, Attendendũ eſt quid fieri ſolet: unde illud quod ſolet apponi in contractu habetur pro appoſito, etiam ſi non ſit appoſitũ in inſtrumẽto cõtractus. d. §. quia aßidua. & d. c. Cum M. Ferrarieñ. & præal. l. Si prius. § recte placuit. & ibi Bar. & Alex. de Imo. in apoſtillis, imò generalius dicit Innoc. in c. Olim. in prin. de uerb. ſig. quem refert & ſequitur Panor. in c. Certificari. in princ. de ſepul. quòd omnis diſpoſitio mũdi, ſiue legalis, ſiue ultimarum uoluntatum, ſiue cõtractuũ recipit interpretationẽ & ſupplemẽtum à conſuetudine, & ab eo quod fieri ſolet. ¶ Hinc uidemus, quòd omnes clauſulæ quæ ſolẽt apponi in bullis apoſtolicis, ſi ſint omiſſæ ſubintelligũtur in eis & habẽtur pro expreßis. Ita probat text. in c. Accepimus. & ibi hoc not.

Ant.



Ant. de Bu. de æta. & quali. & eſt text. optimus & melior de iure in præal. c. Cum. M. Ferrarieñ. Hinc etiã eſt, quòd notarius ſemper intelligitur rogatus, ut apponat clauſulas cõſuetas in ſimilibus cõtractibus apponi: etiã ſi à cõtrahẽtibus hoc dictũ non fuerit. tex. eſt not. in l. fi. in fi. C. de fideiuſ. & ibi Bal. dicit illum tex. eſſe meliorẽ de iure. & idẽ Bal. in l. Huiuſmodi. in fi. princ. ff. de lega. j. & ult. Alex. de Imo. in conſil. xxvij. ij. uolu. incip. In cauſa & lite. & idem Alex. in conſil. cvij. eiuſdem uolu. incip. Pro inueſtigatione prædictorũ. & idem Alex. in d. l. huiuſmodi & Bal. in l. Si quis ſub cõditione. in fi. ff. de cõdi. inſti. & idem Bal. in l. ita Demũ. § j. ff. de arbi. & idem Bal. in rubri. ante fi. C. de reuoc. his quæ in fraud. cred. & idem Bal. in l. j. circa fi. ff. ſolu. matr. ubi per hoc dicit, quòd notarius in inſtrumẽto dotis debet apponere obligationẽ hypothecariã, etiã ſi nõ ſit dictũ à partibus, ex quo ſolet apponi in ſimi. inſtrumentis, & Ang. in d. l. Excepto. C. loca. & Io. And. in addi. ad ſpec. in ti. de inſtru. edit. in. § Inſtrumentũ. in uerſi. quid ſi à cõtrahentibus, ubi multùm ſing. dicit, ꝙ notarius ſimpliciter rogatus in cõtractus donationis uel uẽditionis, aut alio quo trãsfertur dominiũ, poteſt adijcere clauſulã precarij uel cõſtituti: puta, quòd uendens uel donans cõſtituit ſe precario, uel ſimpliciter poßidere pro emente uel donatario, quia id fieri cõſueuit, et efficacius per hoc uenitur ad mẽtẽ cõtrahẽtiũ: & hoc procedit ſecundũ eum, etiã ſi non fuit adiectum quòd inſtrumentũ cõficeretur ad ſenſum ſapiẽtis: quia hoc adiecto etiã inconſueta poßint ſuppleri, dummodo non ſint ſubſtantialia uel eſſentialia: nam illa à principio ſic inſunt cõtractibus, quòd ſine illis uicientur, ſecundum eum. Per dictam autem clauſulam, ad ſenſum ſapientis, non eſt dubium

quin conſueta poßent ſuppleri, iuxta nota. per gloſſ. &
doc. in l. Si mandato titij. §. fi. ff. mandati. ubi bona glo. tra=
ctans de uirtute. d. clauſulæ ad ſenſum ſapiētis. de qua habe
tur plenè per Bar. & alios doc. in l. Illa inſtitutio. ff. de hæ=
redi. inſti. & per glo. & doc. in l. ex ea parte. in prin. ff. de
uerb. obli. & per Spe. in ti. de emp. & uend. in. §. j. in uerſi.
ſed quid ſi in inſtrumento. & per eundē Spec. in præal. ti.
de inſtru. edit. §. Inſtrumentū. uerſi. quid ſi à contrahenti=
bus. & per Bal. in l. Cum quid. ff. ſi cer pe. quod tene menti.
Hinc etiā uidemus, ꝙ ſi clauſula ſolita apponi in certo loco
trāſponatur, habetur nihilominus ꝑ apposita in loco pro=
prio & ſolito. tex. eſt not. in c. Cauſam quæ. & ibi canoni=
ſtæ ad hoc not. illū tex. de reſcrip. ¶ Hinc etiam eſt, quòd
ſi Papa ſcribat pro aliquo beneficiando, etiam motu pro=
prio: non præſumitur tamen uelle aliter quàm ſit conſue=
tum: & ergo ſi clericus ſecularis impetrauit beneficiū, nō
ſolitum dari ſecularibus, non ualet talis impetratio: etiam ſi
in bulla ſit clauſula motu proprio. Ita dicunt Bald. & Flo=
rianus de ſancto Petro. in l. Fideicommiſſa. §. Si ſeruo. per
illum tex. ff. de leg. iij. & eſt bonus tex. in c. cum de benefi=
cio. de præben. lib. vj. & in c. Poſſeßiones. iuncta glo. de re=
bus eccle. non alien. ¶ Hinc etiam eſt, quòd ſi epiſcopus ci=
tet aliquem non expreſſo loco ad quem, intelligitur ut cita=
tus cōpareat in loco conſueto. Ita dicunt Pet. de Anch. Phi
lip. Franc. & doct. in c. Cum epiſcopus. de offi. ordi. lib. vj.
& facit l. pe. ff. de iuſti. & iure. ¶ Hinc etiā eſt, quòd cita=
tus ſeu monitus debet cōparere ea hora, qua cōgruè poteſt
expediri actus, ad quē citatur: & ergo ſi ille actus ſolet fie
ri de mane, ut cōtingit in electionibus propter miſſam ſan=
cti ſpiritus quæ ſolet præmitti: tūc debet cōparere de mane

ante



ante prandiū. ſi autē actus poteſt congruè expediri de ma=
ne, & tempore ueſpertino, poteſt tūc monitus differre uſq;
ad ueſperas: quia tota dies ſibi cedit. c. Conſuluit. de offi. de=
leg. & Inſti. de uerb. obli. §. j. cum ſimi. Ita dicit not. Panor.
in c. Cum nobis olim. circa fi. de elect. & Innoc. & doct. in
d. c. Conſuluit. ¶ Hinc etiam eſt, quòd officia intelliguntur
concedi ſecundum cōſuetudinem. l. Magiſtratus. & ibi hoc
notat Barto. ff. ad municipa. Adeò quòd electus ad aliquod
officium intelligitur in dubio electus cū ſalario, ſecundum
Iaco. de Ra. & Salice. in d. l. Excepto. C. locati. ſicut in ſi=
mili. dicit glo. ord. ſing. in præal. l. Excepto. quòd ubi in lo=
catione non eſt facta mentio de certa mercede, quòd illa ſe=
cundū conſuetudinē præteritam eſt ſoluēda: quod alibi non
reperitur ſecundū Sali. ibidem. ¶ Circa quod uolo te ſcire,
quòd ſi uariè ſit obſeruatū in ſalario dando, ſeu præſtando
electo ad officiū, & in literis habeatur clauſula (cū ſalario
conſueto) in illo caſu electus ad officiū habebit ſalarium,
quod nouißimis annis præſtitū fuit: ſiue illud ſit maius ſiue
minus quàm ſalariū præteriti tēporis. Ita ſing. dicit Bal. in
l. Binos. circa fi. C. de aduoc. diuerſ. iudi. per l. Mela. §. j. ff. de
alimē. & ciba. leg. & ibi hoc dictū Bal. refert & ſequitur
Alex. de Imo. in apoſtillis. pro quo dicto etiā bene facit l. Si
mater. iuncta glo. cū ibi not. per eundē Bal. C. ne de ſtatu de=
func. & not. per eundē Bal. in l. Si filia. in fi. C. de inoffi. te=
ſta. quod tene menti: quia eſt quotidianum, & uidi de facto.
¶ Hinc etiā eſt, ꝙ contractus ſimpliciter celebrati intelli=
guntur celebrati ſecundū quod cōſueuerunt fieri in illo lo=
co. d. l. Quod ſi nolit. §. Quia aßidua. & d. l. Excepto. cum
ſua ſingu. glo. & præal. l. Si prius. §. Rectè placuit. cum ſi.
Et ita decidit not. Bar. in l. Nemo eſt qui neſciat. ff. de duob.

reis,

reis.& Panor.in d.c.Cum M.Ferrarieñ. & Salice.in d.§. Quia aßidua. unde dixit Bal.in l.j.in ij.q. C.pro ſocio.q ſi ita cõſuetũ eſt fieri,intelligitur tacitè actum in contractu: quia per conſuetudinẽ tacitè pactũ induci uidetur.l.Licet. C.locati.& idẽ Bal.in l.incendiũ.circa fi. C.ſi cer.pet.dicit quòd illud præſumitur factũ,quod fieri cõſueuit in loco.et alleg.d.l.Quòd ſi nolit.§.Quia aßidua.¶ Hinc etiam dixit ſing.Ang.in l.Bene à Zenone.per illũ tex.in uer.pactis cõ-uetionalibus.C.de quadri.præſcrip.quòd procurator ſim-pliciter cõſtitutus ad uendendũ uel ad donandum,poteſt in inſtrumento apponere omnia pacta etiã pœnalia quæ ſunt ſolita apponi in ſimilibus inſtrumẽtis:licet ſuper hoc nõ ha beat ſpeciale mandatũ, quod dicit eſſe quotidianũ:& idem uult ipſe Ang.in l.ij.ff.de iuriſd.om.iud.¶ Hinc etiam dixit ſing.Panor.in c.ij.de precar.q ambaſiatores dati ſimplici-ter ad pacẽ cõponendã,licet non habeant expreſſum man-datũ ad apponendũ pœnã potuerunt nihilominus appone-re pœnã & obligare conſtituentẽ pro obſeruantia eius qđ gerunt per d.l.Bene à Zenone.cum alijs iuribus per eũ alle. quod reputat multũ notabile.¶ Hinc etiã ſing.dixit Bar.in l.fi.ff.de his quæ in frau.cred. q procurator ſimpliciter cõ ſtitutus ad fideiubendũ, poteſt renũciare beneficio ordinis uel excußionis:& talis renũciatio præiudicabit cõſtituẽti: ex quo de cõſuetudine eſt,q fideiuſſores ſimiles renunciatio nes faciunt,& hoc dictũ Bar.ſequitur ipſe Panor.in c.j.in ix.col.ut lite non conteſt.quod tene perpetuò mẽti.¶ Hinc etiã ſing.dicũt doc.in l.j.C.de paſcuis publi.uel priua.li.xj. q officiales deputati ad uẽdendũ gabellas alicuius cõmunis nõ poſſunt cum emptoribus inire pacta cõtra ſolitũ morẽ: & pacta aliter inita per eos ſunt nulla:quoniã intelligitur eis



eis cõceſſa poteſtas,ut uendãt more ſolito,& non aliter:ut ibi,quod tene menti:quia uidi de facto.¶ Hinc etiam dixit ualde ſing.Lud.de Ro.in conſil.ſuo.lix.incip.Ad diſcutien-dum.in ij.col.q ſi Papa cõſueuit in inueſtituris, quas olim fecit principibus ſuper terris & oppidis eccleſiæ,cõcedere iuriſdictionẽ publicationis bonorum & ultimi ſupplicij, q, iſta duo ueniẽt in ſimplici cõceßione facta per Papã:etiã ſi in inueſtitura nõ exprimantur.¶ Hinc etiã dicit idẽ Ludo. in conſi.cxiiij.incip.Viſis ſuprà cõſultis,quòd habẽs man-datũ ad capiendũ mutuũ: poteſt etiã dominũ ſuũ obligare ad cambiũ & recambiũ:quãdo cõſuetudo ciuitatis habet,q mutuetur cum cãbio & recãbio,etiã ſi in mãdato habeatur dictio taxatiua,quia illa extranea excludit: ſed pertinentia ad ipſum contractũ includit.ut eſt tex.ſingu.in cle.exiui de paradiſo.§.Cũ autẽ.de uerb.ſig.quod tene perpetuò menti, & uide pleniſſimè de natura dictionis taxatiuæ,infrà in lo-co à natura dictionũ taxatiuarũ. ¶ Hinc etiam dixit ſingu. Bal.in addi.ad Spe.in ti.de loca.in uer. Si autẽ nõ appareat. quòd ſi de originali forma cõceßionis in emphyteoſim non appareat cõceßio præſumetur facta uſq; in tertiã genera-tionẽ:quia ita fieri cõſueuit.Vnde à cõmuniter accidẽtibus ita præſumere debemus,ſcilicet factũ fuiſſe quod fieri ſolet. & alleg.l.pe.C.de fideiuſ.ſed debuit alleg.l.fi. & idẽ repe-rio uelle Ang.in.§.In emphyteoſim.in auct.de non alie. col. ij.quem omnino uide:quia pulchrè loquitur.¶ Hinc etiam ſing.dixit Io.de Imo.in c.Potuit.circa fi.de loca. q cõceßio in emphyteoſim facta ſimpliciter pro ſe & filijs,intelligi-tur etiã de filijs fœminis,quãdo ita eſt conſuetũ fieri licet in contractibus maſculinũ regulariter non concipiat fœmini-num,ut notab.dicit Archid.in c.Si quis ſuadente.xvij.q.iiij. Hinc

¶ Hinc etiam eſt, quòd pro ſpecie debita poteſt ſolui pecunia, quãdo ita ſolui erat conſuetũ. text. eſt not. in l. Domini prædiorũ. & ibi Bar. & Io. de Pla. not. C. de agri. & cenſi. lib. xj. ¶ Hinc etiã dicit Bal. in l. Liberti libertæq́;. in iij. col. C. de ope. liber. quòd cõducens operarios ſimpliciter tenetur eis præſtare alimenta, expenſas & ferramenta, ſi erat ita conſuetũ. ¶ Hinc etiã eſt, quòd excuſatur nedũ à dolo, ſed etiã à culpa ille, qui fecit quod conſuetũ eſt fieri. tex. eſt not. in l. Si pignore. §. fi. & ibi hoc not. glo. Bar. & doct. ff. de pigno. actio. & eſt tex. optimus iuncta glo. in l. Pignus. & ibi Bar. Bal. Pau. de Caſt. Sali. & doct. not. & inducunt ad diuerſas quotidianas quæſtiones. C. de pign. act. De hoc etiã uide pulchrè per Franci. de Aret. in conſil. ſuo. xxxviij. & inter alia hoc facit ad quæſtionẽ illã quotidianã, Titius cõmodauit uel locauit Seio equũ: Seius reuerſus non reperiens ſtabulũ apertũ, poſuit equum in paſcuis ubi dominus ſolitus erat dimittere: uenit lupus de nocte & comedit, uel fur, & ſurripuit: quæritur, an dictus Seius commodatarius uel cõductor teneatur. Et dicitur quòd non, quãdo cõmunis conſuetudo loci, & domini cõmodantis uel locantis erat dimittere equũ in campis. ita ſing, uolunt Cy. Bal. & Paul. de Ca. in l. iij. C. de epiſ. aud. & tangitur per glo. ordi. Odofre. Bar. Bal. Ang. Pau. de Ca. & doc. in l. Si negocia. ff. de neg. geſt. & per Spec. & Ioan. And. in ti. de loca. in §. Porrò. in uer. Quid ſi locaui tibi boues. ubi plenè de hoc: quod tene menti, quia poteſt frequẽter cõtingere. ¶ Hinc etiã eſt, ꝙ ſi dicat ſtatutũ, quòd pœnæ duplicẽtur poſt tertium ſonum campanæ: & quodã tempore nõ fuit cãpana pulſata (ſicut cõtingit in die ueneris ſancta, quòd tunc debemus cõſiderare horã, qua cõſueuit cãpana pulſari: quia ſtatutũ ad idem

tempus



tempus ſe refert, quo fieri ſolet. tex. eſt not. & ibi hoc ſing. uult Bal. in l. Liberorum. §. Et ſi tales. ff. de his qui not. infa. & Albe. de Roſa. in ij. parte ſtatutorum. q. vij. ¶ Hinc etiam eſt, quòd ſicut habens mandatũ poteſt ea facere quæ dominus ſolitus eſt facere, etiam in præiudicium domini: ut eſt tex. not. in l. Vel uniuerſorũ. & ibi glo. Bart. & doct. ff. de pigno. act. & bonus tex. in l. Dominus ſticho. §. teſtamẽto. & ibi bona glo. ff. de pec. leg. ita etiã poteſt omittere in præiudiciũ domini, quãdo dominus non cõſueuit ea facere: puta, non fœnerari pecuniã, cùm dominus non eſſet ſolitus fœnerari. tex. eſt not. in l. Qui ſemiſſes. in fi. ff. de uſur. quẽ reputat ſing. Lud. de Ro. in ſuis ſingularibus, ſing. xj. Et ad multa alia induci poteſt hæc argumentatio ab uſitato, quæ ſtudioſo in rebus publicis non occupato indagãda & perquirenda relinquo. ¶ Præmiſſa tamẽ limitantur dupliciter. Primò ut procedãt in conſuetis cõmuniter & ut plurimũ: prout dixi ſuprà in loco à cõmuniter accidẽtibus: non autẽ in his quæ rarò uel omnino extraordinariè ſolent fieri. Ita colligitur ex notatis ſing. per Bar. in l. Seio. §. medico. ff. de annu. leg. per illũ tex. qui ad hoc eſt ualde not. & mẽti tenẽdus. Et pro hoc etiã eſt optimus tex. in l. Fiſtulas. §. Frumẽta. ff. de cõtrah. emp. inducẽdo & declarãdo, ut pulchrè habetur per Iaſo. in l. Sed & ſi quis. §. Quæſitũ. ff. ſi quis cautio. quicquid ibi dicũt alij. Et de hoc uide pulchrè ꝑ Alex. in conſi. xxviij. j. uol. inci. Redẽptoris, & c. Viſis & accuratè põderatis. Et etiã bo. tex. in c. quod trãslationẽ. & ibi Panor. & And. Sicu. eũ ad hoc not. de offi. leg. & bo. text. in l. apud Iulianũ. §. fi. ff. de leg. j. ubi tex. uult ꝙ illud dicitur impoßibile quod dependet ex ſola poteſtate principis: quãdo illud non conſueuit concedere, ergo à contrario licet illud

depen

dependeat ex ſola poteſtate ipſius principis, ſi tamẽ cõſueuit illud cõcedere, non reputabitur impoßibile. Et de hac limitatione uide plura pulchra quotidiana exempla per Feli. in c. Sedes. de reſcrip. ad quem, quia ab omnibus habetur, breuitatis gratia te remitto. ¶ Secundò iſtud limitatur uerũ, niſi omiſſa forma ſolita obſeruari in cõtractibus ex more regionis cõtractus reperiatur celebratus ſub alia forma. Nam tũc ſtabitur literis cõtractus. tex. eſt ſing. ſecũdũ unũ intellectũ, quẽ tangit ibi Ang. in præal. l. Licet. C. locati. & ſequitur Iaſon in d. l. Vt liberis. & ſentit Salic. in. d. §. Quia aßidua. Et ratio iſtius eſt, quia quando cõtractus eſt celebratus ſub alia forma, & de hoc apparet per inſtrumentũ publicũ: tunc ſumus certi. Et ergo non eſt recedendũ à certo propter cõiecturã ſurgentẽ ex conſuetudine, quia in incertis, non in certis, locus eſt cõiecturis. l. Cõtinuus. §. Cum ita. in fi. ff. de uerb. oblig. quod tene menti. Econtra autẽ non ualet argumentum ab inſolitis, ubi ius cõtra diſponit: unde non ualet hæc allegatio imperitorũ aduocatorũ. Nunquam hoc factũ fuit, ergo fieri non debet, cum fiendũ curſu temporis non tollatur. c. Cum ex officij. & ibi hoc not. Bal. de præſcrip. & facit. l. Sed licet. ff. de offi. præſi. & c. Cũ cauſam. de elec. cum ſi. Et quia iſtud argumentũ ab uſitato ſeu à ſolitis magnam habet conuenientiam cum argumento à cõmuniter accidentibus. Idcirco, uide & hîc repete quæ dixi ſuprà in loco à cõmuniter accidentibus: & ſi uis plenius inſtrui de hac materia utili, & quotidiana: uide de ea ꝑ Alberi. de Roſa. & Iaſo. in d. l. Vt liberis. C. de colla. & plenius per eundem Iaſ. in præal. l. certi cõditio. §. Si nummos. & per Alex. de Imo. in d. l. Vel uniuerſorũ. in apoſtillis ad Bar. & adhuc plenius per Feli. in d. c. Cum M. Ferrarien. & ple-



niſſimè per And. Sicu. in præal. c. Quod translationẽ. de offi. lega. à quo Iaſon & Feli. quaſi omnia habuerũt, licet de eo mentionẽ non faciant, & aliquid per Sali. in l. j. in iiij. oppoſitione. C. quomodo & quando iudex. in quibus locis reperies ad ſatietatem, quæ omnia tene menti tanquam pulchra, ſingularia, utilia & quotidiana.

## LOCVS À LEGE CESSANTE. LXIIII.

PRæterea habemus in iure locum à lege ceſſante, à quo ſumptũ argumentũ nedum eſt probabile: ſed forte, frequẽs & utile. Et formatur hoc modo. Vbi ceſſat lex, erubeſcimus loqui. tex. eſt in. §. Conſideremus. in auctẽ. de triente & ſemiſſe. coll. iij. & in l. Si uerò. §. De uiro. ff. ſol. mat. & in l. Si ſeruũ. §. Non dixit prætor. ff. de acqui. hære. & in c. Obertus. de feu. cogn. in uſi. feud. & bonus tex. in l. Diſſentientis. ibi nulla præcepit iuris cõſtitutio. & ibi Alber. not. C. de repu. & bonus text. in c. Is qui ibi. Cum id non ſit expreſſum in iure, de ſentẽ. excom. lib. vj. & pulcher tex. in. §. Cũ igitur ibi. Nec quælibet. eſt lex tale aliquid dicẽs in auct. de non eligen. ſecund. nubẽ. mulie. coll. j. & uult Bal. in l. cõuenticulã. C. de epiſ. & cleri. & idem Bal. in ſuo diuino cõſilio ſchiſmatis poſito in rubri. C. ſi quis aliquẽ teſta. prohib. circa prin. & cõſueuit allegari ad hoc. l. Illã. C. de colla. ſed et nihil facit: quia illa ibi fuerũt uerba nepotũ & ſic allegatio partis, ut dicũt. ibi doc. Et ex iſto inſtruuntur aduocati in modo allegãdi. Nam ſi aduerſarius dicat aliquid debere fieri de iure, poteſt dicere aduocatus doce: quia hoc nulla lege cauetur, nam ut dicit Bald. in c. Nihil. circa fi. de elect. quod in lege non cauetur, in practica non habetur.

¶ Hinc etiam dicit Bal. in c. In geneſi. circa fi. de elect. quòd
paria ſunt, aliquid fieri ſine lege, & cõtra legẽ. ¶ Hinc etiã
eſt, quòd glo. ord. in l. Sed licet. ff. de offi. præſi. inuehitur cõ
tra ſcholares allegantes glo. ubi habemus text. uel legẽ. Ri-
diculũ enim eſt allegare glo. ubi tex. habetur. ¶ Hinc etiam
dicit Archid. in c. Nolite timere. xj. q. iij. quòd nõ tenemur
credere alicui, etiã magno, niſi dictũ ſuũ probet per auctẽti
cã ſcripturã per illũ text. ubi hoc bene ꝓbatur. & pro hoc
dicto eſt tex. not. & menti tenendus in c. Ego ſolis. in fi. ix.
diſt. ubi autẽ ad unum propoſitũ ſeruiũt plures leges uulga
res, ſufficit allegare unã: ſecundũ Bar. in l. Scire oportet. §.
fi. ff. de excuſa. tuto. & uult. Card. in cle. ſæpe. in prin. in vj.
oppoſi. de uerb. ſigni. ¶ Hoc tamen uolo te ſcire, quòd ille
nõ loquitur ſine lege, qui allegat rationẽ: quia lex eſt omne
quod ratione conſiſtit. Ita dicit glo. ord. in c. Conſuetudo. j.
diſt. & gloſ. not. in c. Ex eo. ſuper uerbo Rationis. de elect.
lib. vj. & uult Sali. in d. l. Illã. & Panor. in c. Secundò requi-
ris. de appell. & facit l. Cum ratio. in prin. ff. de bo. damna.
ubi tex. dicit, quòd ratio naturalis eſt quaſi quædã lex taci-
ta: facit etiã tex. in c. fi. de tranſac. & eſt bonus tex. in cle. j.
in princi. de elect. per quem tex. dicunt ibi Genzelinus &
Cardi. quòd ſufficit inducere rationem etiã non inducto ali-
quo. text. uel glo. uel alia auctoritate alicuius doctoris: &
eſt text. optimus in d. l. Scire oportet. §. Sufficit ibi. Ex ipſa
naturali iuſtitia, per quẽ tex. dicit ibi Bal. quòd ſufficit alle-
gare naturalem rationem: licet non allegatur lex. & dicit
hoc not. dignum. ¶ Hinc etiam dicit Bal. in rubri. ff. de rer.
diuiſi. circa fi. quòd quærere rationem uel legem ubi natu-
raliter ſentimus, eſt infirmitas intellectus. Ille ergo qui al-
legat rationem, uel qui legem ſubtiliter inducit, & applicat





ad propoſitum per aliquem locum ſuprà commemoratum,
uel infrà commemorandum: non poteſt dici loqui ſine lege:
quia uirtus legum conſiſtit in inductione & applicatione.
tex. eſt not. in l. Non ſolum. §. qui primipilum, & ibi eum ad
hoc not. Bal. ff. de excuſa. tut. & idem Bal. in l. Athletas. §.
Ait prætor. ff. de his qui not. infa. & idem Bal. in repeti-
tione l. Petens. in x. col. in uerſi. expeditis lecturis ueniamus
ad quæſtiones. C. de pac. & Ludo. de Roma in ſuis ſingula-
ribus, ſingulari. dcxl. Scire enim leges non eſt uerba earum
tenere, ſed uim & poteſtatẽ. l. ſcire leges. ff. de legi. Et hinc
dicit tex. not. in c. Marchion & Baſilides. j. q. j. quòd Euan-
gelium non cõſiſtit in uerbis ſcripturarum, ſed in ſenſu: non
in ſuperficie, ſed in medulla: non in ſermonum folijs: ſed in
radice rationis. ¶ Hinc etiam eſt, quòd licet allegare au-
ctoritatẽ maiorum pro diffinitione & deciſione dubij, ubi
lex deficit: ſecundum Ange. in l. Si idem cum eodem. in prin.
per illum tex. ff. de iuriſd. omni. iudi. Imò quando lex deficit,
ſufficit allegare auctoritatem non ſolùm doctorũ, ſed etiam
alterius: ut eſt glo in l. Mulier bona. in prin. ff. de iure dot.
quæ ad propoſitum ſuum allegat Ariſtotelem. ¶ Hinc etiã
licitum eſt allegare dicta poëtarum, ubi iuri non contradi-
cunt. c. Quemadmodũ. & ibi Panor. not. de iureiu. Et ſimili
ter loco iuriũ allegari poſſunt uulgaria prouerbia. c. & ſi
iudæos, & ibi Io. And. not. de iudæis. c. Ne tales. de cõſecra.
diſt. v. l. Solẽt. circa fi. ff. de off. procõ. & leg. & l. ſi chorus.
§. j. ff. de lega. iij. et d. c. quẽadmodũ. In quibus locis reperies
pulchra ꝓuerbia: de qua materia uide latius ſuprà in loco
ab auctoritate: ubi plenè dixi de hoc, quæ omnia tene menti
tanquã pulchra, ſingularia, utilia & quotidiana. ¶ Verùm
quia lege firmius nihil eſſe poteſt, danda eſt opera ut legem

*adiutricem & teſtẽ ſemper adhibeamus, teſte Cicerone in ſua Topica, ad fi. Tex. enim legis, aut canonis eſt locupletiſſimus teſtis, ubi clarè decidit id ad quòd inducitur. Nã id de quo conſtat per legẽ uel canonẽ dicitur apertiſsimè cõſtare, etiã ſi de eo ſolum cõſtet à cõtrario ſenſu legis uel cano. tex. eſt meo iudicio ſing. in l. ſi qs locuples. ff. de manu. teſta.*

## LOCVS A' MINORI, SEV A' FORTIORI. LXV.

*PRæterea habemus in iure locũ à minori ſeu à fortiori: à quo ſumptũ argu. eſt forte, frequẽs & utile. Et formatur dupliciter. Semper tamẽ conſtructiuè ſeu affirmatiuè. Vno modo ſic: ſi id, de quo minus uidetur ineſſe, ineſt, & id, de quo magis. tex. eſt in c. Cum in cũctis. iuncta glo. quæ ponit cõcordantias de elec. & ibi tangitur per Io. And. Panor. Io. de Imo. & doc. & eſt bonus tex. in auct. multò magis. C. de ſacroſan. eccle. & in. §. Illud quoq;. in auctẽ. ut deter. ſit numerus cleri. colla. j. & in l. pe. in fi. ff. ſi quis cautioni. & pulcher tex. in c. quẽadmodũ. poſt prin. de iureiu. & in c. Inter corporalia, in prin. & ibi Ant. de But. not. de trans la. præl. & in l. ij. §. Quædã. iuncta glo. ff. de interdic. & bonus tex. in l. j. in fi. & ibi gl. Pau. de Caſt. & doc. not. C. de neg. geſt. & bonus text. in. §. filiusfamiliâs. in fi. & ibi Bal. not. inſti. qui. mo. ius pa. po. ſol. & pulcher tex. in c. dilecto. circa fi. de ſent. excom. li. vj. & in l. Vnica. §. j. C. de rei uxo. actio. Licet ibi glo. per inaduertentiam illud baptiſet à minori, ſed reprehenditur ibi per Cy. & Salic. cum curiali quadam ſaluatione, quos omnino uide, ne in eundem errorẽ incidas. Et iſto argumento utitur glo. ordi. in. §. j. in auctẽ. ut non fiant pigno. ſuper uerbo Formam, in fi. colum. v. &*





*glo. in l. Vnica. C. de mulie. quæ ſer. prop. ſe miſcue. Et Pau. de Caſt. in l. Si filius. C. de neg geſt. & doc. in pluribus alijs paſsibus, quos cõmemorare magis eſſet laborioſum, quàm ſubtile. Et fundatur iſte arguendi modus (à minori) in illa uulgata regula, cui licet quòd eſt plus, licet utiq; qd' eſt minus. Et in illa regu. Omne ius potẽtius eſt in cauſa, quàm in cauſato. d. auct. multò magis, & alijs iuribus ſuprà alleg. Et in illa regula, Quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati. l. manumiſsiones. & ibi Bal. not. ff. de iuſti. & iure. ¶ Et iſtud argumentum (à minori) eſt fortius, quàm argumentũ à ſimili: quia quælibet probatio eſt fortior, quàm illa quæ fit à ſimili. tex. eſt not. in. §. Si uerò nullus. in auct. de inſtru. caute. & fide. colla. vj. Imò iſtud argumentũ (à minori) eſt neceſſarium, & nunquam fallit ſecundum Sali. in l. j. C. de iure emphy. Et per hoc Alb. de Roſa. Ang. & Iaſon in l. de quibus. ff. de legi. & Ant. de But. in repeti. c. fi. de conſue. circa lvj. col. & Salic. in præal. l. j. C. de iure emphy. decidunt illã pulchram & quotidianam quæſtionem. An incrementum alluuionis accreſcat & acquiratur emphyteotæ, & poſt multa concludunt quòd ſic, inſtar uſufructuarij cui incrementũ alluuionis accreſcit. l. Item ſi fundi. §. Huic. ff. de uſufruc. arguẽdo à minori, ut uidere poteris per eos, quod tenementi: & uide quòd dicã infrà in loco ſequẽti, & quod dixi ſuprà in loco à ratione legis larga ampla ſeu generali ad extenſionem ipſius legis. circa fi. & quod dixi eodem loco circa princip. ubi poſui quatuor ſingulares limitationes ad regulam Cui licet. de regu. iuris. lib. vj. quas hic habeas pro repetitis: quia declarant hanc materiam. ¶ Et iſtud argumentum (à minori) habet locum in ſtatutis permiſsiuis. tex. eſt not. in l. Nec in ea. §. Ius occidendi. cũ ibi no. per Bar. ff.*

ad l.Iuliam,de adul.& in l.Relegatorum.§. Interdicere.& §.ſeq.cum ibi not.per Bar.ff.de interdic. & relega. & ita not.determinat Cy. cum quadam ſingulari modificatione, ſeu limitatione,in l.j.circa fi.C.quæ ſit longa conſue.Et dixi ſuprà in loco à ratione legis larga, ampla, ſeu generali ad extenſionem ipſius legis. Vnde ſi uigore ſtatuti liceat occidere bannitũ uel adulterũ, fortius licebit uulnerare:& ſi ſtatutũ excludat filiam à ſucceſsione paterna extãte filio, fortius excludetur neptis, dicta regula Cui licet. cum ſimil. quod tene menti. Item habet etiam locum in prohibitiuis: puta,in delictis & pœnis delictorũ.l.Si quis non dicã rapere.& idem Bal.in ij.not.notat.C.de epiſc. & cleri. Nam ſi punitur attentatum,multò fortius cõſummatũ,per dictam regulã.Si id,de quo minus uidetur ineſſe ineſt: & id de quo magis.Iſtud tamẽ argumẽtũ (à minori) non procedit,quãdo id quod minus uidetur,eſt in ueritate maius,eo reſpectu, quo ius plus illi reſiſtit ex cauſa.glo.eſt not.in cle. fi.ſuper uerbo.Videbatur.de reb.eccle. non alie. quã ad hoc ponderat Pau. de Caſt. in d. auctent.multò magis,& idem eſt de mente Hoſti.& Præpoſi.in c.Per uenerabilẽ. qui filij ſunt legit.Vbi dicunt,quòd tunc procedit iſtud argumentum à minori: quando minus continetur ſub maiori, dicta regula Cui licet,& alijs iuribus ſuprà in princi. allega. aliâs autẽ ſecus. ¶ Nam quis poteſt dare equum magnæ æſtimationis qui non poſſet dare capram,ut eſt tex.in.§. Præterea ſi quis generaliter.inſti.de actio. Item multi poſſunt maiora, qui non poſſunt minora, iure, conſuetudine, uel priuilegio repugnantibus ſecundum eos,quod tene menti.

¶ Poteſt etiam iſtud argumentum (à minori) formari alio modo,ſic.Propter quod unum quodq; tale,& illud magis.





cle.unica. in prin.cum glo. ſuper uerbo Profecto. de reliq. & uene.ſanc.& ibi not.per Cardi.in iij. not. & eſt bonus tex.in c.cũ marthæ.poſt prin.de celeb.miſ.& pulcher tex. in præal.auct.multò magis.& ibi Bal.& Pau.de Caſt.not. Et iſto modo arguẽdi utitur Io.And.in c.Sane.de celeb.miſ. in illa pulchra q.an malefactor cõfugiens ad uenerabile ſacramentũ per ſacerdotẽ in platea delatum,gaudeat immunitate, qua gauderet,ſi ad eccleſiam confugiſſet.& decidit quod ſic arguẽdo à minori. de quo uide ibi latè per eum,& Panor.& per glo.& doc.in c.quæſitũ.xiij.q.ij.ubi recurre.Hoc argumento utitur etiã Pau.de Caſt.in l.j.in fi.C.ex quib.cauſ.maio. decidẽs per hoc, quòd municipiũ reſtituitur aduerſus ſententiã contra ſe latam, quia abſens pro ſuo municipio reſtituitur,ut ibi:ergo fortius ipſum municipiũ arguendo à minori,quod tene menti:quia eſt quotidianum, & ſeruit ad multa, quæ breuitatis gratia omitto, & ſtudioſo in rebuſp.non occupato indaganda relinquo.

## LOCVS A` MAIORI. LXVI.

PRæterea habemus in iure locum à maiori,à quo ſumptum argumentum eſt forte,frequẽs & utile.Et formatur deſtructiuè ſeu negatiuè tantum, hoc modo:Si id,de quo magis uidetur ineſſe,nõ ineſt:nec etiã id,de quo minus. Vnde ſi rex nõ poteſt expugnare caſtrum, ergo nec miles. Quod enim nõ licet maiori,non licet minori,tex.eſt in c.Si ergo.viij.q.j.& ibi not.per gloſ. & eſt bonus text. in c. Si Paulus.& ibi etiam not.per glo.xxx. q. v.& not.per glo. Ioan.And.Panor.& doct.in c. Cum in cunctis.de elect. Et iſto argumento utitur glo.ordi.in l.ij.C.in quibus cauſis in integ.reſti.non eſt neceſſ.& doc. in pluribus alijs paſsibus

quos commemorare magis eſſet laborioſum, quàm ſubtile.
¶ Et iſtud argumentũ habet locum etiã in delictis & pœ-
nis delictorũ ſecundum Bal. in l. Si quis non dicã rapere. in
prin. C. de epiſ. & cler. Vnde bene ualet cõſequentia. Si non
punitur delictum conſummatũ, ergo nec etiã attentatũ. Et
ſi non licet uulnerare, ergo etiã non licet occidere ſecundũ
Bal. in d. l. Si quis non dicã rapere. ¶ Hinc etiã eſt, ꝙ ſi per
ſtatutũ filia dotata nõ ſuccedat patri ab inteſtato, extanti-
bus filijs maſculis, nec etiã neptis. Ita ſingu. determinat Cy.
poſt Nicol. Matherelli in l. j. ante fi. C. quæ ſit long. cõſue.
& refert Albe. de Roſa in j. parte ſtatu. q. ix. licet uideatur
uacillare. Et hoc firmant Bal. Pau. de Ca. & Io. de Imo. in l.
Si uerò. §. de uiro. ff. ſol. matr. quod tene mẽti: & uide quod
dixi ſuprà in loco præcedenti, & quod dicã infrà in loco
à pacto ad legem ſtatutum uel conſuetudinem.

## LOCVS A' PRIMO AD VLTIMVM. LXVII.

PRæterea habemus in iure locum à primo ad ultimũ, à
quo ſumptũ argumẽtũ eſt probabile, frequẽs, & uti-
le, & formatur multipliciter ad multiplicẽ effectũ, uno mo-
do ſic. Qui occaſionẽ damni dat, damnum dediſſe uidetur. l.
Qui occidit. §. In hac. ff. ad l. aquil. & c. fin. extra de iniur.
de quo articulo habetur plenè per gloſ. & doct. in c. Sicut
nobis. de teſti. & pleniſſimè per Henric. Boic in c. De cæte-
ro. de homici. ubi recurre. ¶ Item formatur alio modo, ſic:
Si uinco uincentẽ te, ego uinco te. tex. eſt not. in l. De acceſ-
ſionibus. ff. de diuer. & tẽpor. præſcrip. & not. per glo. &
doct. in c. Rogamus. xxiiij. q. j. Et iſto argumẽto utitur So-
ci. in cõſi. ſuo j. circa fi. ubi dicit ꝙ in caſu ſtatuti, de quo ibi
filia



filia excluſa per ſtatutũ à ſucceſſione patris ab agnatis: qui
excluderentur uigore eiuſdẽ ſtatuti, ab ipſo fratre uterino
multò magis debet excludi à fratre uterino, licet ſtatutũ lo-
quatur de fratre carnali per regulã antetactã. Si uinco uin-
centẽ te. De quo uide ibi latius per eum, quia pulchrè loqui
tur. Hoc argumẽto etiam utitur Albe. de Roſa in pulchra
q. ij. parte ſtatu. q. cxj. et doc. in pluribus alijs paſſibus, quos
cõmemorare magis eſſet laborioſum, quàm ſubtile. ¶ Pro
clara tamen, & lucida deciſione huius quotidiani articuli,
diſtingue poſt Pe. & Cy. in auct. licet patri. C. de nat. li. &
Io. An. in c. Auctoritate Martini. de conceſ. præbẽ. li. vj. in
nouella & Lud. de Ro. in conſil. ccccxxxvj. circa fi. & poſt
Lamber. de Rampo. in l. Claudius felix. ff. qui potio. in pi-
gno. habeã. hoc modo. Aut quæritur in diuerſis caſibus: &
tunc non habet locũ dicta regula Si uinco uincentẽ te, ergo
uinco te. Et ita loquitur dicta auc. licet patri. & l. ij. §. obij
citur. & l. Aequiſſimum. §. Si ex filio. ff. ad tertul. & §. His
conſequens. in auctẽ. de æqualita. dotis. coll. vij. Aut quæri-
tur in eodem caſu: & tunc ſubdiſtingue, Aut eſt eadẽ ratio
uincendi te quæ eſt uincendi uincentẽ te, & tũc eſt uera re-
gula antedicta, quia fortius te uincere debeo d. l. De acceſ-
ſionibus: aut non eſt eadẽ ratio uincendi te, quæ eſt uincen-
di uincentẽ te: & tunc non habet locũ dicta regula. Ita lo-
quitur præal. l. Claudius. & d. c. auctoritate Martini. ubi eſt
tex. pulcherrimus: quod tene menti. ¶ Vnum tamẽ uolo te
ſcire, quòd ſi promiſiſti mihi decẽ, ſi uicero te in ludo, quòd
licitũ eſt tibi impedire implementũ huius cõditionis, & ta-
liter ludere, quòd te nõ uincã: quia ſic uidetur tacitè actũ.
Vnde hoc caſu non habet locum regula illa, Si ſtat per eum
in cuius perſona debet impleri cõditio, quo minus implea-

 tur

tur conditio, habetur pro impleta, de qua in l. iure ciuili. ff. de condi. & demon. & in regula, Cum non ſtat. de reg. iuris li. vj. cum ſi. quia dicta regula nõ procedit, quando eſt tacitè actũ, quod licet impedire implementũ conditionis, ſicut in caſu ſuprà poſito. Ita dicit glo. ord. not. in d. regula, Cum non ſtat. & glo. ord. in l. In executione. §. fi. ff. de uerb. obli. quam ſequitur ibi Pau. de Ca. & doct. & idem Pau. de Ca. in d. l. Iure ciuili. circa fi. quod tene mẽti, quia his proximis diebus habui de facto. Nam quidã iactitauit, quòd alium uinceret in ludo: & cùm nõ potuerit propter reſiſtentiã alterius, qui eo melius luſit, & impediuit ne uinceretur: uoluit ſe defendere cum regula. d. l. iure ciuili. & declaratum fuit quòd non potuit. Licuit enim alteri facere quicquid potuit ludẽdo ne uinceretur: ſed ſi ille noluiſſet ludere, & propter hoc non potuiſſet uinci: tunc habetur pro uicto: quia hoc caſu ſtaret per eum, quo minus uinceretur, & non per uirtutem ſuã. Ita ſentit glo. ord. not. in l. Si tibi rem inſpiciendã. §. fi. ff. de præſcrip. uer. quam ſequitur Paul. de Ca. in d. l. in executione. §. fi. quod tene mẽti, quia eſt quotidianũ, & uide quod dicã infrà in loco ab extremis. ¶ Poteſt etiã iſtud argumẽtum formari alijs modis ſecundũ materiã ſubiectã, ut uidere poteris per Bal. in l. ij. C. de cõdi. ob cauſ. Vbi hoc argumẽto utitur ad notabilẽ effectũ, & per Sali. in l. Vnica. in iiij. col. C. de rapt. uirg. Vbi utitur hoc argumento ad aliũ notabilẽ effectũ, & per Albe. de Roſa. in j. parte ſtatutorũ. q. cxxxvj. Vbi hoc argumento utitur in pulchra q. & per Hoſti. in ſumma in ti. de exceſ. præla. circa fin. ubi inter alia poſtquam enumerauit mala, quæ proueniunt ex ludo taxillorũ, dicit quòd de ludo uenitur ad uerba, & de uerbis ad uerbera, & de uerberibus ad uulnera, & de uulneribus ad homicidia. Et ſic à primo ad ultimũ de ludo uenitur ad homicidiũ. Et ergo talis ludus noxius eſt uitãdus: qđ no. q̃a uidi multos perditos & ex diuitibus pauperes effectos per talẽ ludũ, & tandẽ miſerabiliter uitã finiuiſſe: ut etiã commemorat Imperator in conſtitutione Alearum uſus. C. de religio. & ſumpti. fun. & in j. cõſtitu. digeſtorum, circa fi.



## LOCVS A' SPECIALI. LXVIII.

PRæterea habemus ĩ iure locũ à ſpeciali, à quo ſumptũ argumentũ eſt forte frequẽs & utile: et formatur hoc modo. Si ſpeciale eſt in tali uel tali caſu, ergo in cõtrarium eſt ius cõmune. l. quod uerò contra. & l. ius ſingulare. ff. de legi. & l. j. ff. ad municipa. & regula Quæ à iure, de reg. iu. li. vj. cũ ſimi. & eſt bona gl. in c. præſenti. §. loca. ſuper uerbo, ſpecialiter. de præbẽ. li. vj. Et hoc argumẽto utitur gl. in l. eos. C. de fabricẽ. li. xj. & Panor. in c. inter alia. in x. col. de immu. eccle. & Bal. in l. j. C. de edẽ. & Pe. Cy. Pau. de Caſt. & doc. in l. ſi tutor. C. in qui. cau. in integ. reſt. nõ eſt neceſ. quos omnino uide, quia tangũt pulchrã & quotidianã quæſtionẽ. Iſto argumẽto utitur etiã Pau. de Caſt. & inducit ad pulchrã et quotidianã quæſtionẽ in l. ij. C. de his qui ue. æta. impetra. & idem Pau. de Caſt. in pulchra q. in l. Matrẽ. C. de proba. & idem Pau. de Caſt. in l. ij. C. per quas perſonas. Iſto argumento utitur etiam Ludo. de Roma in repeti. auctẽn. ſimiliter. in xix. ſpeciali piæ cauſæ in ultimis uoluntatibus. C. ad l. Falcidiã. & Panor. in c. Perpendimus. de ſent. excom. & Feli. poſt alios, in c. Cum ordinem. de reſcrip. & Bal. in l. omnes. in uer. uerũ ſi apparitor. C. de epiſ. et cle. & doc. in infinitis aliјs paſſibus, quos cõmemorare magis eſſet laborioſum, quàm ſubtile. Circa hoc tamẽ uolo te ſcire duo pul-

pulchra & quotidiana dicta. Primū eſt ꝙ non ſufficit dicere aliqd eſſe ſpeciale: niſi aßignetur ratio ſpecialitatis. Leue enim eſt dicere, fallit ſecundū Bar. in l. repeti. ff. de quæſtio. quē refert & ſequitur Panor. in c. j. de cōfeſ. Vnde nunquā recipiēda eſt ſolutio, qua dicitur aliquid ſpeciale, niſi aßignetur ratio ſpecialitatis: quæ ſi nō aßignetur, habebit locū cōtra ſic reſpondentē argumentū à ſimili, de quo ſuprà. Ita dicit Hoſti. in c. Si quādo. de reſcrip. & Domi. in c. Cū epiſcopus. de offi. ord. lib. vj. & probatur multū bene in c. Licet de uitanda. in fi. de elec. Et idē eſt de hac ſolutione, aliud hic aliud ibi. Non enim eſt recipiēda, niſi detur ratio diuerſitatis: quæ ſi non detur, arguitur à ſimili, ut dictū eſt ſuprà, hoc probatur in c. Cum apoſtolica. & ibi hoc not. Hoſtiē. & Ioan. And. de his quæ fiunt à præla. ſine conſenſu capi.

¶ Et pariformiter non ualet ſolutio uel reſponſio cōmunis aduocatorū noſtri temporis, qua reſpondēt ad legē Infortiati dicentes, illud ſpeciale in ultimis uoluntatibus. Debēt enim dicere, quare eſt ſpeciale: aliâs poſſet replicari ſi in ultimis uoluntatibus hoc locū habeat, ergo etiā in contractibus & in gratijs, & in ſimi. ut dicit gl. ord. in c. j. ſuper uerbo Vltimis. de cōceſ. præbē. li. vj. Quod quādo procedit, & quādo non, uide ſuprà in loco à cōtractibus ad ultimas uoluntates. & infrà in loco à diſpoſitione ultimarū uoluntatū ad reſcriptū motu proprio cōceſſum, ubi recurre. ¶ Et eadem ratione reprobatur ſolutio, quæ datur per ignaros ad l. loquentē in fiſco dicentes ſpeciale in fiſco: quia talis ſolutio nō ualet, niſi aßignetur ratio ſpecialitatis, uel niſi deciſio facta in fiſco ſit cōtraria diſpoſitioni iuris cōmunis: ut dixi ſuprà in loco à fiſco ad eccleſiā uel piā cauſam, ubi recurre. Hinc bene dixit gl. iūcto tex. in c. fi. xxix. diſt. ꝙ ſicuti chirur-





chirurgicus imperitus uolens omniū oculos unico collyrio ſanare, reprehenſione dignus eſt: ita imperitus iuriſta uolēs omnia argumēta unica ſolutione tollere dicēdo aliud de iure ciuili, & aliud de iure canoni. uel illud ius antiquū, iſtud nouū, meritò uenit, & eſt reprehēdendus. Et generaliter nō eſt admittēda ſolutio, quæ lege nō probatur: quia erubeſcimus cum ſine lege loquimur. ut eſt tex. in. §. Conſideremus. in auct. de trien. & ſemiſ. coll. iij. circa quod uide & hic repete quod dixi ſuprà in loco à lege ceſſante. ¶ Secūdò uolo te ſcire, quòd licet argumentū à ſpeciali, ſit fortè fundatum ſuper eo, quod iura à cōmunibus regulis exorbitantia non debēt extēdi ad alias perſonas: ſi ſint fauore, præmio, uel reſpectu certarū perſonarū principaliter introducta: iuribus ſuprà in prin. alleg. & l. j. ff. de conſti. prin. & l. iij. in fi. C. de legi. & c. Sane. de priui. & c. Cōſtitutus. de cōceſ. præben. & l. Si uero. §. de uiro. ff. ſol. mat. cum ſi. Tamen in tribus caſibus iura exorbitantia ſtatuentia aliquid ſpeciale extēdūtur ad alias perſonas uel res. ¶ Primò enim in exorbitantibus à iure cōmuni, fit extēſio, de caſu expreſſo ad caſum non expreſſum: quādo nō expreſſus cōprehēdi poteſt ſub caſu expreſſo inſpecta lata ſignificatione uocabuli: hoc probatur multū bene in l. Senatuſcōſulto. ff. de ritu nup. & in l. Filiū habeo. ff. ad Maced. & in l. Si filius. C. eo. ti. iūcta l. Iuſta. & l. Liberorū. cum ibi not. per Bar. ff. de uer. ſig. & faciūt not. per Bal. & Pau. de Ca. in l. Maximū uiciū. C. de lib. præt. & no. per eundē Bal. Pau. de Ca. & Ioā. de Imo. in d. §. De uiro. & not. per Cy. in l. j. C. quæ ſit lon. conſue. & not. per Domi. & Phil. Fran. in c. j. de tēp. ord. li. vj. in quibus locis præfati doc. ſingulariter decidūt, ꝙ ſtatutū excludens filiā à ſucceßione paterna, extante filio: extenditur ad neptem

neptem,ut ſic illa excludatur extante filio,licet de ea ſtatutum nõ loquatur:quia in ea eſt maior ratio excluſionis, & quodãmodo filia dici poteſt:ſi ergo in correctorijs fiat extenſio hoc caſu,ut in dicto exemplo:fortius in exorbitantibus hoc caſu fiet extẽſio, cum magis ſit prohibita extenſio in correctorijs, quàm in aliquo alio caſu : ut dixi ſuprà in loco à ratione legis larga,ampla, ſeu generali ad extẽſionẽ ipſius legis.¶ Et pro inſtructione iuuenũ poteſt poni exẽplũ:regula eſt ꝙ filius & filia æqualiter ſuccedũt parentibus d.l.maximũ uiciũ.hæc autẽ regula fallit in feudo,in quo filia nõ ſuccedit extante maſculo:ut eſt tex.in.§.Filia uerò. de ſucceſ.feud.& in.§.Quinimo.in ti.epiſcopũ uel abbatẽ in uſi.feu.Modò occurrit quæſtio de nepte, de qua in l.noua declaratiua ſeu diſtinctiua nõ fit mẽtio : & prima facie uideri poßet,ꝙ ſtãdũ eſſet regulæ.d.l.maximũ uiciũ.& per cõſequẽs ꝙ neptis ſuccederet ĩ feudo æqualiter cũ maſculo: ſed contrariũ eſt dicendũ per ſupra dicta: & idẽ in ſimilibus:quod tene mẽti.¶ Secundò in exorbitantibus fit extẽſio de ſimilibus ad ſimilia:quãdo ſumus in fauorabilibus,quibus iura fauẽt,ꝑpter publicã utilitatẽ, uel pietatẽ, aut aliã cauſam fauorabilẽ:ut eſt glo.ordi.in l.Illud.ſuper uer.Alia cauſa.& in l.fi.ſuper uer.Captiuorũ.C.de ſacroſan.ec.& bona glo.in regu.quæ propter neceßitatẽ.ff.de reg.iur.& bona gl.in l.Si cõſtante.in prin.& ibi plenè per Bar.in ix. q.j.partis prin.ff.ſol.ma.& bona gl.in l.Si à primo.ſuper uer.Vt natus.& ibi Ang.& Io.de Imo.ff.de lib.& poſth. Et hinc eſt ꝙ ea quæ introducta ſunt cõtra ius cõmune in libertatibus,extẽduntur ad pias cauſas.Ita not.dicit Bar.in l.Si unus.C.de teſta.& Idẽ Bar.Io.de Imo.& doc.in l.proximè.in fi.ff.de his quæ in teſta.delen.& idẽ Bar.in l.Titio uſusfr



uſusfructus.§.j.ff.de cõdi.& demõ.& Bal.in l.ij.C.de fidei cõ.liber.& idẽ Bal.in l.Si iure.C.de manumiſ.teſt.& idem Bal.in l.j.§.fi.C.cõmu.de manu.¶ Hinc etiã eſt,ꝙ iura exorbitãtia,loquẽtia in alimẽtis, trahũtur & extendũtur ad dotes,& ecõtra:ſecundũ Bar.in.l.Si certis annis.C.de pac. & in l.Cũ de in rẽ uerſo.ff.de uſur.¶ Tertiò in exorbitãtibus à iure cõmuni fit extẽſio de uno caſu ad aliũ: quñ à lege antiqua,tales caſus,æqparãtur in omnibus & ꝑ omnia, uel ſaltẽ in eo in quo faciẽda eſt extẽſio.de hoc eſt gl.ord.ſing. iuncto tex.in l.ij.C.de cur.furi.quæ uult ꝙ omnia priuilegia cõceßa minoribus uel pupillis, extẽduntur ad furioſos uel prodigos minoribus æqparatos,& illã glo. reputat multũ ſing.Bal.in c.j.de beneſi.fra.in uſi.feu.& idẽ Bal. in l. Qui neqꝫ.ff.de reb.eo.qui ſub tute.uel cura ſunt. & idẽ Bal. in l. fi.in prin.C.in qui.cau.in inte.reſti. nõ eſt nec. & Idẽ Bal. in l.infantis.in iij.q.C.qui admit.ad bo.poſſeſ.poſ.Illã glo. etiã reputat ſing.Io.de Imo.in l.imperatores.circa prin.ff. de re iud.& Idẽ Ioã.de Imo.in d.l.Si uero.§.De uiro. ubi de hoc plenè per eũ.& eſt bona gloſ.in c. Si poſtquã.§.fi.& ibi cano.de elec.lib.vj.& bona glo.in l.ſi qs ſeruo perſuaſerit.& ibi Bal.& Ang.C.de furt.& bona glo.in d.l.Quod uero cõtra.& habetur pulchrè per Alex.de Imo.in l.Cẽturio.in j.& ij.col.ff.de uulg.& pup.& dixi plenè ſuprà in loco à ratione legis larga,ampla, ſeu generali ad extẽſionẽ ipſius legis in ij.mẽbro princ.& in loco à milite armatæ militiæ ad militẽ cœleſtis militiæ.& in loco à libertate ad piã cauſam cũ plur.ſeq.& in loco ab exceptione ad regulã,ubi recurre.¶ Ex quibus omnibus cõcluſiuè habes,ꝙ caſus ſpecialis,uel ius exorbitãs,non debet extẽdi nec trahi ad cõſequẽtiã niſi ad perſonas,quæ ſub lata ſignificatione cõprehẽduntur

duntur ſub caſu expreſſo: Vel niſi eſſemus in fauorabilibus, quibus iura fauent propter publicam utilitatẽ, pietatem uel aliã fauorabilẽ cauſam: uel niſi eſſemus in æquiparatis à iure cõmuni antiquo. In his enim tribus caſibus bene fit extẽſio. Et ſic argumentum à ſpeciali in iſtis tribus caſibus uel aliquo eorũ non habet locũ: ſed potius argumentũ à ſimili, ab identitate rationis, per ſuprà dicta: quæ omnia tene menti tanquam pulchra, ſingularia, utilia & quotidiana.

## LOCVS A' NATVRA. LXIX.

PRæterea habemus in iure locum à natura, à quo ſumptum argumentũ eſt fortiſſimũ, tex. eſt not. l. Aretuſa. ff. de ſtatu ho. & ibi Bal. illũ tex. not. ad hoc. Vno enim impetu & inſtanti non poſſunt duo naſci: quia natura id non permittit, ut ibi dicit tex. & hoc argumento utitur Bal. in l. iij. §. Cognoſcit. in fi. ff. de offi. præfe. uigil. & doc. in diuerſis alijs paſſibus, quos cõmemorare magis eſſet laborioſum, quàm ſubtile. ¶ Et per iſtũ locũ à natura dominus Oldra. de laude aduocatus cõſiſtorialis, maximus practicus defendit quendã accuſatum de maleficio cõmiſſo tempore noctis. Nam cũ teſtes deponerent de uiſo, ipſe petiuit ab eis interrogari in quo loco ipſi teſtes tũc tẽporis erant, qui dixerũt de loco aliquantulũ remoto, & ulterius fecit eos interrogari, ſi erat ibi lumen ignis uel candelæ, qui dixerunt quòd non: uel hoc fuit probatũ per alios teſtes: unde ipſe Oldradus articulans & probãs, quòd illa nocte non fuerat lumen lunæ, conuicit teſtes: quia homines non uident de nocte, & ſic teſte natura euaſit accuſatus. Ita dicit & refert Bal. in c. 1. in. §. Porrò. quæ fuit prima cauſa benefi. amittẽ. in uſi. feu. & idem uult ipſe Bal. in d. l. Aretuſa. ubi dicit ſe hoc audiuiſſe



uiſſe à præceptoribus ſuis. & pro iſto facit glo. ord. not. & ſing. in l. Si cũ exceptione. §. In hac ſuper uerb. Ignorantiã. in fi. ff. quod met. cauſa. & ibi etiã Bal. idem refert. & poſt eum Ang. & habetur pulchrè per Feli. in c. ſicut. de re iudi. ¶ Et per hoc ego uidi ſemel decidi unã quæſtionẽ filiationis, ſatis arduã: quia ille q dicebatur pater, negauit ſe cognouiſſe carnaliter illã mulierẽ, cuius erat partus infra tẽpus, infra quod potuit naſci perfectus partus. puta, infra clxxxij. dies. l. Septimo menſe. cum ibi not. ff. de ſtatu homi. & l. Inteſtato. §. fi. ff. de ſuis & legit. hæredi. quare dicebat partum non eſſe ſuum natura repugnante, & ita fuit iudicatum. Et idem uidemus in alio caſu, quando maritus fuit abſens per annum, ita quòd repugnante natura, paruulus poſt reditum in domo repertus, non poteſt eſſe ſuus filius l. Filium diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui uel alieni iu. quod tene menti, quia ſeruit ad multa.

## LOCVS A' NATVRA DICTIONUM taxatiuarum, quales ſunt tantum. LXX.

PRæterea habemus in iure locum à natura dictionũ taxatiuarũ (quales ſunt tantũ: tantummodo, ſolũ ſolummodo, duntaxat, non ultra, non amplius & ſimiles, quas aliqui excluſiuas, alij autẽ reſtrictiuas ſeu taxatiuas appellãt) à quo ſumptũ argumentũ eſt forte, frequẽs & utile. Et formatur dupliciter ad duplicẽ effectũ, uno modo ſic. Dictiones excluſiuæ ſeu taxatiuæ, poſitæ negatiuè poſitũ affirmãt, & implicant aliud de quo maius erat dubiũ, & de quo minus putabatur. tex. eſt not. in l. Et non tantum. ff. de peti. hæredi. & in l. Et eleganter. §. Non ſolum. ff. de dolo. & in l.

Non ſolum. ff.de liber. lega. & in l. Cum non ſolum. C. de bonis quæ liber.cum ſi.& ita expreſſè uolunt Bar. Alex.& doc.in l.j.ff.ſi quis ius dicē.non obtemp. ¶ Secundo modo formatur ſic: dictiones excluſiuæ ſeu taxatiuæ poſitæ affirmatiuè ſeu appoſitæ orationi affirmatiuæ affirmant illud, quod ponūt:& excludūt ſeu negant omne aliud, adeò quòd excludunt omnes alias perſonas & omnes alios caſus, præter expreſſos, quia dictio taxatiua eſt excluſiua omniū caſuum extra orationē, in qua ipſa eſt poſitorū.tex.eſt not.in l.fi.C.de patr.pote.& bonus tex.in l.Ob æs.C.de præd.mino.& in l.Cōtractus.ff.de re.iu.& pulcher tex.in c.cū eccleſia ſutrina.de cauſ.poſ.& proprie.et uult expreſſè Bar. & poſt eum alij doct.in præal.l.j.& Pau.de Caſt.in conſi. liij.in antiquis. ¶ Sed iſtud ultimum recipit quatuor pulchras & quotidianas limitationes. Primò enim limitatur, ut procedat niſi gratia contrarietatis cuitandæ aliud ſuppleatur. Pro hoc eſt glo.ord.iuncto tex.in d.l. fi.C.de patr. poteſt.& bona glo.iuncto tex. in d. l.Contractus.& bona gloſ.iuncto tex.in l.j.& ibi Sali.& Iaſon id not.C.de bono. poſ.cōtra tabu.& uult Bar.in d.l.j. ff.ſi quis ius dic.nō obtēp.& idē Bar.in l.iij.§.Cū titio.ff.de adimē.lega. Vbi dicit quòd per dictionē taxatiuā poſitā in ſtatuto nouo non cēſetur correctū ſtatutū antiquū, ſeu lex antiqua:& hoc dictū ſeqtur Io.de Imo.in l.Si uerò.§.de uiro.ff.ſol.mat.& Alex. in l.ſi cōſtante.eo.ti.& idē Alex.in præal.l.j.C.de bon.poſ. cōtra tab.& do.Pe.de Anch.in repeti.c. Canonū ſtatuta.in xiiij.q.princ.de conſtit.de quo uide quod dixi ſuprà in loco à ratione legis, larga, ampla, ſeu generali ad extenſionem ipſius legis. ¶ Hinc etiā dicit not. Ang.in l. Cum notiſſimi. in ij.colum.C.de præſcrip.xxx.uel xl.anno.poſt glo.ibidem,

quòd



quòd dictio ſolus,& aliæ taxatiuæ nunquā excludunt, quādo reſultaret abſonus intellectus uel cōtrarietas. ¶ Secūdò limitatur, ut procedat quo ad caſus uel perſonas diſſimiles: ſed caſus ſimiles uel ſimilē rationē habentes, dictiones taxatiuæ nunquā excludunt. pro hoc eſt glo.ordi. iuncto tex.in d.l.Ob æs.& ibi Sali.& pulchra glo.iuncto tex.in l.Ita nobis pudor.C.ad l.Iuliā.de adul.& gl.ord.in l. ſerui nomine. & ibi Bar.ff.de uſucap.& glo.ord.in l. Illud.& ibi omnes doc.C.de ſacroſan.eccl.& eſt tex.multùm no.in l.j.§.j.ff.ſi menſor falſ.mod.dixe. Natura enim termini taxatiui, eſt ſic excludere extranea, quòd cuncta pertinētia ad ipſum includat.tex.eſt ſing.in cle.exiui de paradiſo.uerſi. cum autē natura.& ibi Cardi.not.de uerb.ſig. Hinc dicit. Bal.in l.Nullus.C.ad l.Iuliam maieſt.quod dictio taxatiua excludit ſolū diſſimilia. Hinc etiam dicit idem Bal.in d.l.j.C.de bono.poſ. cōtra tabu.quòd ſi ſtatutū dicat, quòd ſolus epiſcopus quid faciat, per hoc non intelligitur excluſum capitulum: quia non excluditur id quod eſt connexum.& hoc uult expreſſè glo.ordi.in c.Epiſcopus. xxiiij.diſt. Hinc etiam eſt quòd ſi ſtatutum permittat tantū aliquas exceptiones opponi, per hoc non impeditur, quin ſimiles poſſint opponi. ita dicit Ange.in l.Sciendum.ff.de euict.& idem Ang.in l. Si hominem.§.In edilicijs.ff.de edili.edic.& idē Ang.in d.l.Ita nobis pudor.cui conſonant not.per Bar.& doc.in l.j.ff. quod ui aut clam.& not.per Panor. & canoniſtas in c. Ex parte.ij de offi.deleg. ¶ Et iſtud procedit etiā in materia pœnali.ut eſt glo.ordi.ſing.iuncto tex.in l.fi.C.de reuocan.dona.quam glo.ſequuntur ibi Cy.& Salice. De quo tamen uide quod dixi latius ſuprà in loco à ratione legis larga, ampla, ſeu generali ad extenſionem ipſius legis.

 Tert

¶ Tertiò iſtud limitatur, ut nõ procedat quo ad ea quæ ueniunt ex cõſuetudine: quia dictiones taxatiuæ, non excludũt ea quæ ueniũt ex cõſuetudine. ita ſing. dicit Ludo. de Ro. in ſuis cõſilijs cõſi. cxiiij. ubi dicit ꝙ ſi data fuit alicui poteſtas capiẽdi mutuũ uſq; ad centũ tantũ: ſi talis capiat centũ mutuò ſub uſuris, non dicitur excedere mandatũ: quia uidetur feciſſe id quod eſt de natura cõtractus, cum inter mercatores obſeruetur, quod mutuũ detur ſub uſuris. & idem uult Bar. in l. uiros. C. de diuer. offi. lib. xij. circa quod uide quod dixi ſuprà, in loco ab uſitato ſeu à ſolitis fieri. ¶ Quartò iſtud limitatur nõ procedere quo ad perſonas hæredũ, quia cẽſentur eædẽ cũ defuncto. tex. eſt in auct. de iureiur. à mo. præſti. in prin. coll. v. nec excludũtur per taxatiuas, unde ſi aliquis ſe obliget de ſuo dato & facto tãtũ: uenit etiã factũ hæredis. tex. eſt no. in l. Stipulatio iſta habere licere. in uer. ſed ſi ſic. & ibi Lud. de Ro. Pau. de Ca. & Alex. ff. de uerb. obli. & bonus tex. in l. Si neceſſe. §. de uẽdendo. ff. de pigno. act. & uult Bal. in l. fi. C. de act. empt. ¶ Hinc etiã eſt, ꝙ ſi quis uẽdit rem, & ꝓmittit de ſuo dato & facto tantũ, tenebitur nihilominus etiã de facto eius, cuius eſt hæres: & ſic de facto auctoris ſui. ut eſt gl. ord. no. in l. Si ſeruus. in prin. in uer. Intereſt. & ibi habetur per Bar. Bal. & doc. ff. de cõdi. furti. & uult idẽ Bal. in c. j. in fi. qui ſucceſ. tenean. in uſi. feud. quod tene menti. ¶ Poſtremò, ut plenè inſtruaris in hac materia quotidiana, uolo te ſcire quinq; alia pulchra, & utilia dicta. Primũ eſt, ꝙ non ſolũ natura dictionis taxatiuæ eſt reſtringere, ſeu excludere quãdo ponitur affirmatiuè: & implicare aliud, de quo magis erat dubiũ: quãdo ponitur negatiue, ut dixi ſuprà in prin. Imò natura dictionis taxatiuæ eſt, diuidere qualitatẽ à ſubiecto. Et hinc eſt quòd

licet



licet aliàs confeſſio qualificata nõ poſſet in parte acceptari, & in parte ſperni. l. Aurelius. §. idem quæſijt. & ibi Bar. ff. de liber. leg. & habetur per gl. & omnes in l. Si quidẽ. C. de excep. tamẽ ſi creditor petat centũ: & debitor in iudicio cõfiteatur ſe debere quinquaginta tãtũ, poteſt creditor acceptare cõfeſſionẽ, quantũ ad quinquaginta nõ obſtante taxatiua (tantũ) & poſteà probare de reliquo. tex. eſt not. in l. Si quidẽ. & ibi Bar. Bal. & alij. C. de tranſac. & habetur per eundẽ Bar. in l. ſi cũ dos. in prin. ff. rerũ amota. quod tene menti. ¶ Secundũ eſt, ꝙ natura dictionis taxatiuæ eſt, negare reſiduũ. tex. eſt not. in præal. c. Cũ eccleſia ſutrina. & ibi not. per Io. de Imo. & doc. unde ſi creditor ex certa ſciẽtia dicat in teſtamẽto uel codicillis, Titiũ ſibi debere decem tantũ, cũ deberet uiginti, uidetur legare liberationẽ in alijs decẽ, ut eſt gl. ord. not. in l. rationes. & ibi pulchre per Pau. de Caſt. & doc. C. de proba. quod tene menti. ¶ Tertiũ eſt, quòd inter dictiones exceptiuas (quales ſunt præter, niſi præterquã & dictio, tamẽ, negatiuè poſita) & dictiões taxatiuas hæc eſt differentia: quia dictiones taxatiuæ, affirmatiuè poſitæ unã ſpeciẽ ſeu unum indiuiduũ ponunt, & totũ aliud genus remouent: ut Petrus tantũ currit, id eſt Petrus & nullus alius currit, ſed dictiones exceptiuæ faciũt totum ecõtra: quia à genere remouent unã ſpeciẽ uel unũ indiuiduũ tantũ, ut ſi dico, nullus homo currit niſi Petrus: illa uniuerſalis remanet uera, niſi in Petro tantum. Ita dicit Bar. in l. Si eum. §. Qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. quod tene menti. ¶ Quartum eſt quòd dictiones taxatiuæ impediũt ius accreſcendi inter cohæredes. Vnde ſi teſtator inſtituit duos hæredes unum in duabus uncijs tantũ: alium in decẽ uncijs tantum: uno repudiante, alteri non accreſcit. tex. eſt ſing. in

G 3 l. Lucius

l.Lucius.§.Quæ habebat.in fi.ff.ad Trebell.quem tex.ad hoc alleg.Bal.in repetitione.l.j.in xvij.colum.C.de ſacroſanc.eccle.& idem Bald.in l.Si arrogator.in vj.colum.ff.de adop.& Iaſon in præall.l.j.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp.quem omnino uide,quia pulchrè loquitur.Vide etiam Feli.aliquid ponentem de natura taxatiuæ in c.Contingit.de fide inſtru. ¶ Hinc etiam eſt, quòd ſi duobus ſint relicti fructus pro alimentis, uno eorum repudiante uel mortuo, non accreſcit alteri:quia legatū alimentorū dicitur habere taxatiuā.tex.eſt.ſing.iuncta glo.in l.Dominus.§.Per fideicommiſſum.& ibi Bald.not.ff.de uſufruc.quod tene menti. ¶ Quintum eſt, quòd paria ſunt à principio limitatè diſponere uel diſpoſita ex poſtfacto limitare.text.eſt in d.l.Lucius.§.Quæ habebat,quam ad hoc ponderat Pau.de Ca.in l.Si mihi.in princip.ff.de ſeruitu.ruſtico.prædio.& fit limitatio ex poſtfacto ratione adiunctionis cauſæ.l.Cum pater.§.Dulciſſimis.ff.de lega.ij.limitata enim cauſa limitatum producit effectum.l.In agris.ff.de acquiren.rerum domi.&.§.Quod autem.& ibi Bald.& Ange.notant Inſti.de legit.agna.tutela,& habetur pulchrè per Feli.in c.Cum ordinem.in iiij.col.de reſcrip.ubi uide.Et uide quod dixi ſuprà in loco à ratione legis ſtricta,ſeu limitata ad reſtrictionem ipſius legis,quæ omnia tene menti tanquā pulchra,ſingularia,utilia & quotidiana.

## LOCVS A' SENTENTIA AD TESTAMENTVM. LXXI.

PRæterea habemus in iure locum à ſententia ad teſtamentum, à quo ſumptum argumentum nedum eſt probabile,ſed forte,quia æquiparantur à iure.l.Seruus hac lege.ff.de manumiſ.tit.generali.cum ſimilibus.& quia teſtamentum dicitur ſententia.l.Hac conſultiſſima.§.At cum humana.C.qui teſtamen.face.poſſ.Et formatur hoc modo. Diſpoſitum in ſententia ſeruandum eſt in teſtamento, iuribus præalleg.Vnde ſicut per ſententiam iudicis cum cauſæ cognitione latam poteſt impediri alienatio, & translatio dominij.d.l.Seruus hac lege.& l.De pollicitationibus.in fi.ff.de pollici.qui text.eſt ad hoc ſingularis ſecundum Bal.in l.per diuerſas.in ix.q.in fi.C.manda.licet aliud ſit in laudo ſeu arbitrio.c.Raynaldus.cum ibi nota.per Innocen.Panor.& doct.de teſtamen.ita etiam poteſt impediri alienatio per teſtatorem in teſtamento,l.Filiusfamiliâs.§.Diui.& ibi habetur pleniſſimè per doct.ff.de lega.j.Hinc etiam dixit ſingulariter Oldradus in conſilio ſuo cxix.incipiente Titius condidit teſtamentum,quòd quemadmodum ſcriptura,quam habet iudex ante formare uel concipere,& poſteà in mundum redigere,non eſt ſententia:ſed quædam præuia diſpoſitio ad ſententiam,ut eſt tex.not.in l.ij.C.de ſenten.ex pericu.recitan. ¶ Ita etiam diſpoſitio præuia ad teſtandum,ſeu nuda uerborum enunciatio in teſtamentum poſtea redigenda:non eſt teſtamentum,& ita etiam reperio ſentire Ioan.And.in addi.ad Spec.in titu.de inſtru.edit.in.§.Compendioſe.in uerſi.quid ſi prius.in addi.quæ incip.Si primum teſtamentum,poſt medium,& idem uult Paul.de Caſt.in conſil.ccclxv.circa finem.incipiente In Chriſti nomine amen.Viſa dicta facti narratione,&c.in antiquis.& faciunt nota.per Panor.& canoniſtas in c.j.de ſucceſ.ab inteſta.& notata.per legiſtas in.l.Si is qui.& in l.Ex ea ſcriptura.in princ.ubi ſunt tex.ad hoc notabiles.ff.de teſta.quod tene menti:quia eſt quotidianum,& habui de facto.

¶ Et ſimiliter econtra ualet argumentum à teſtamento ad ſentẽtiam.dicta l.Seruus hac lege.unde ſicut in breuiaturis, ſeu prothocollis notariorũ non creditur, niſi conſtet quòd ſint lectæ uel lecta corã teſtibus et teſtatore. ut ex tex.ſing. in l.Fideicõmiſſa.§.j.cum ibi not.per glo.Bar.& doc.ff.de leg.iij. ita etiã eſt in ſentẽtia, ut licet appareat eam ſcriptã manu notarij publici,ſi tamẽ non apparet q̃ fuerit lecta & promulgata, ei non ſtabitur: & ideò uidemus cõmuniter in fine ſentẽtiarũ,poni illa uerba lecta,lata & ſentẽtialiter ꝓmulgata,&c.ita ſing.dicit Bal.in d.§.j.& ſequitur ibi Florianus de ſancto Pe.quod tene menti: & uide quod dixi ſuprà in loco ab ultima uoluntate ad iudicia,& in loco à milite ad piam cauſam.

## LOCVS A' TRIBVTO AD DECIMAM. LXXII.

PRæterea habemus in iure locum à tributo ad decimã, à quo ſumptũ argumentũ nedũ eſt probabile,ſed fortè,frequens,& utile:quia æquiparatur à iure.c.Tua nobis. de deci.& c.decimæ.xvj.q.j.¶ Et hinc eſt,quòd ſicut à ſententia lata in cauſa tributi non appellatur.l.Abſtinendum. & l.fi.C.quorum appel.non recip. Ita nec à ſententia lata in cauſa decimarũ.ita tenet Specu.in ti.de appel. in.§.ij.in uerſi.quarto:& uidetur expreſſum in d.c.Tua nobis.in fi. & ibi uide pulchrè per Panor. ¶ Hinc etiã eſt, q̃ ſicut tẽpore feriarum proceditur in cauſa tributi.l. publicas. C.de ferijs.ita etiã procedi poſſet tempore feriarũ in cauſa decimarũ.Et ita uidetur tenere Spec.in ti.de ferijs. in. §.ij.in uerſi. quid de cauſa decimarum. Et eſt hodie expreſſum in cle.diſpendioſam.de iudi.iuncta cle.ſæpe.de uerbo.ſig.

Hinc



¶ Hinc etiam eſt,quòd ſicut onus annonæ & tributorum, eſt ius reale:adeò quod q̃s oneratur prout poßidet & fructus percipit.l.j.C.de anno.& tribu.li. x.ita etiã ius ſoluẽdi decimas,ſecundũ And.de Barrulo,& doct.in præall.l.j. ¶ Hinc etiã eſt, q̃ ſicut ualet,& ſeruanda eſt cõſuetudo in ſolutione tributorũ : ut ſi dominus terræ conſueuit ſoluere tributũ ſeu publicas functiones,& non colonus ſeruetur cõſuetudo.Et ecõtra,ſi colonus cõſueuit ſoluere,& non dominus,ab illo exigatur & ſeruetur cõſuetudo,ut eſt tex. opti. in l.litibus.circa fi.C.de agri.& cenſi.li.xj.ita etiã ualet & ſeruanda eſt cõſuetudo in ſolutione decimarũ:ut ſi colonus conſueuit decimã ſoluere,ſeruetur conſuetudo.Et ecõtra ſi dominus cõſueuit decimã ſoluere,& non colonus,ſeruetur cõſuetudo.Ita dicit glo.ord.in d.l.Litibus.quã refert & ſequitur Panor.in c.cum non ſit in homine.de decimis, quod tene mẽti.¶ Hinc etiã eſt,q̃ ſicut præſtatio tributi quæ fit in recognitionẽ uniuerſalis dominij, non tollitur præſcriptione uel tẽpore. l.cõperit. C.de præſcri.xxx.uel xl.anno. Ita etiã contra præſtationẽ decimarũ non poſſet præſcribi. Et ita uidetur uelle Bar. & clarius Salic.in d. l. Cõperit.in prin.ſed uidetur obſtare.c.de quarta.de præſcrip. Sed illud loquitur in quarta decimarũ,debita epiſcopis,quã ferè ubique præſcripſerũt curati:nec mirũ:quia res de facili reuertitur ad naturã ſuã c.Ab exordio.xxxv.diſt. & l.Si unus.§. pactus ne peteret.ff.de pac.Item uidetur obſtare. c.ſi diligẽti.& c.Cũ nobis. de præſcrip.cum utrobiq; not. In quibus notatur,quòd una eccleſia poteſt præſcribere contra aliã: ut ſibi & non illi dentur decimæ : ſed non obſtat, quia licet hoc uerũ ſit,nullibi tamen habetur quòd laicus poßit præſcribere,ne teneatur ad decimas:quas in tributum & reco-

 gnitio

gnitionẽ uniuerſalis dominij, dominus præcepit reddi. d. c. Tua nobis. Ita expreſsè dicit Sali. in d. l. Cõperit. & Panor. in d. c. Tua nobis. & idẽ Panor. in præal. c. Cũ nobis. & in d. c. Si diligẽti. & quod decimæ nõ poſſunt præſcribi, nec in toto nec in parte ut nulli præſtẽtur, allego glo. ord. no. in c. quæcũq;. xvj. q. vij. de quo tamẽ uide latius per Arch. in d. c. quicũq;. & in c. maiores ea. cauſa, & q. & per eũdẽ in præalle. c. decimæ. & per gl. & Panor. in c. in aliqbus. de deci. & ampliſsimè per Hoſti. in ſua aurea ſumma in ti. de deci. in. §. Vtrũ præſcribi poſsũt. in uer. ſeptimo. Quæritur utrũ cõſuetudo excuſet, ubi omnino uide: quia exactiſsimè hunc articulum examinat melius & plenius, quàm aliquis alius. ¶ Hinc etiã eſt, ꝙ ſicut aduerſus ſolutionẽ tributi non poteſt obijci cõpenſatio l. iij. C. de cõpẽſ. cũ ſimi. Ita nec cõtra ſolutionẽ decimæ. gl. eſt ſing. in d. c. decimæ. quã multũ cõmendat Lud. de Roma in ſuis ſingularibus ſingulari cclvij. ¶ Hinc etiã eſt, ꝙ ſicut poſſeſsio eſt obligata pro tributo: ut eſt tex. in l. Imperatores. ff. de publi. ita etiã eſt obligata pro decima. ut ꝓbat tex. no. in c. Paſtoralis. de deci. per quẽ tex. dicũt ibi Hoſt. Io. And. & doc. ꝙ ſi uẽditur ager ex quo multis annis retro præteritis non fuit ſoluta decima, quòd emptor poteſt cõueniri pro decimis præteritorũ annorũ. & hoc ſequitur ibi Panor. & idẽ Panor. in c. Cũ homines. eod. tit. & eſt de mente Federi. de Senis in conſil. lxxxj. quæ omnia tene menti tanquam pulchra, utilia & quotidiana.

## LOCVS A' DISPOSITIONE VLTImarum uoluntatum. LXXIII.

PRæterea habemus in iure locum à diſpoſitione ultimarum uoluntatũ, ad reſcriptũ motu proprio conceſ-

ſum.



ſum, à quo ſumptũ argumẽtũ nedum eſt probabile, ſed forte: quia æquiparantur à iure. tex. eſt not. in c. j. & in c. Auctoritate Martini. de cõceſs. præbẽ. li. vj. Vbi ſic arguit ſummus põtifex, nec mirũ: quia reſcripta uel gratiæ motu proprio cõceſſa uel conceſſæ, ita fauorabilẽ ac pleniſsimam interpretationẽ accipiunt, ſicut ultimæ uoluntates. c. Si pluribus. & c. Si motu proprio. de præben. lib. vj. ¶ Hinc dicit ſingu. Ludo. de Roma in conſilio ccclxxxviij. incipiente, Omnipotentis domini poſtulato ſuffragio, in caſu propoſiti thematis &c. quòd ſicut ille cui in teſtamento relicta ſunt alimẽta poteſt intentare actionẽ hypothecariam contra poſſeſsores bonorũ obligatorum: quando perſonalis actio contra nominatim obligatum fruſtrà intentaretur (ut eſt tex. ſing. in l. Libertis quos. §. Ab hæredibus. iuncta glo. ſuper uerbo. Peruenerunt. ff. de alimẽ. & ciba. lega.) Ita etiã ille cui eſt per ſedem apoſtolicam reſeruata penſio, ſuper fructibus ſeu redditibus certi beneficij: poterit agere actione hypothecaria cõtra poſseſsores fructuũ ſeu reddituũ ſibi obligatorũ: quãdo perſonalis actio contra obligatũ fruſtra intentaretur. arguendo à diſpoſitione ultimarũ uoluntatum ad gratiã motu proprio cõceſſam, quod tene menti: quia eſt quotidianũ, & habui pluries de facto. ¶ Ne tamen decipiaris, uolo te ſcire quòd nõ procedit argumẽtũ (ab ultimis uolũtatibus) ad materiã beneficialẽ ſeu gratiã ſine dicta clauſula (motu ꝓprio expeditã) capiẽdo terminũ beneficiũ propriè, prout capitur in ti. de præbẽ. & ſeq. ſed capiẽdo terminũ beneficium, prout capitur in l. fi. ff. de cõſti. prin. Validum eſt argumentum ab ultimis uoluntatibus ad beneficia fundatum in loco à minori. Ita not. dicit glo. ordi. ſi bene põderetur, præall. c. j. §. Econtra. in uerbo, Vltimis,

& pro

& probatur in c.Cum dilecti.in fi.de dona.quod tene mēti, quia facit ad multa: & uide quod not.per Ioan. Andr.in c. Olim.de uerb.ſigni.& not.per glo. & legiſtas in præalle. l.fi.& not.per Ioan.de Platea in l.Si quando.j. C.de bonis uacan.lib.x.ubi recurre.

## LOCVS À PROPORTIONE, SEV à proportionalibus. LXXIIII.

PRæterea habemus in iure locum à proportione,ſeu à proportionalibus,à quo ſumptū argumentū eſt probabile,frequens & utile,& formatur ſic.In habentibus inuicem proportionē,licitū eſt arguere:uel ſic.Sicut ſe habet unum proportionale ad aliud:ita aliud ad reliquum.tex.eſt not.Inſti.quod cum eo,qui in alie.poteſt.eſt.in prin. iuncto §.quæ diximus.eo.ti.& bonus tex.cū glo.in l.Sufficit.ff.de condi.indeb.& tex.not.in l.Si filiusfamiliâs.& ibi gloſ.& Bal.ff.ſi cer.pe.& pulcher tex.in l.De quibus.& ibi Ang. not.ff.de leg.& bona glo. in procœmio Inſti.in prin.& de iſto argumēto cōmemoratur per Bal.in l.j.in fi. ff.de rerū diui.& per Bal.in l.Si emancipati.C.de colla. & per eundem Bal.in auct.Sed & ſi quis.in prin.C.de ſecun.nup.ubi etiā eſt bonus tex.& per Io.de Platea in l.fi.C.de cōmeatu lib.xij.Hoc argumento utitur etiam Oldra.in conſil. cxxj. incip. Ad primam quæſtionē,qua quæritur in deciſione primæ q.& Gandinus in tract.ſuo malefic. in ti. de præſump. & indicijs indubitatis,in quotidiana quæſtione: & doc. in pluribus alijs paßibus,quos cōmemorare magis eſſet laborioſum,quàm ſubtile. ¶ Et quia iſtud argumentū magnam habet ſimilitudinē cum argumēto à ſimili, & cum argumēto ab æquipollentibus,idcirco ibi dicta,hic habeas pro repetitis:



petitis:& ultra ibi dicta,uolo te ſcire duo.¶ Primò, quòd iſta argumentatio tunc demum procedit,quando per omnia eſt proportio: & quando proportionalia ſunt eiuſdem rationis & conditionis:ſecus autē, ſi ſint diuerſæ uel aduerſæ rationis uel conditionis.ut not.dicit Bal.in d.l.Si emancipati.Aliqua enim poſſunt cōuenire,& eſſe paria ſeu proportionalia,reſpectu effectus & finalis cauſæ,& tamē non eſſe paria ſeu proportionalia,reſpectu initij obligationis uel actionis:ut eſt tex.in d.l.ſufficit.& ibi hoc pulchrè declarāt Bar.& Pau.de Caſt.Ea autē quæ conueniunt ſecundum formam,dicuntur ſimpliciter conuenire: & econtra, quæ differunt ſecundum formam, dicuntur ſimpliciter differre. l. Iulianus.§.Sed & ſi quis.ff.ad exhiben.& dixi ſuprà in loco à defectu formæ,quod tene menti.¶ Secundò uolo te ſcire,quòd iſtud argumentū, à proportione, differt ab argumento à ſimili,in hoc:quia illud procedit quādo eſt identitas rationis inter ea quæ dicūtur ſimilia.Sed iſtud procedit, quādo eſt ſimilitudo rationis.Itē iſtud fit reſpectu diuerſorum ad inuicē comparatorū:quia pariter in alterū operantur. Exempli gratia, ut ſicut ſe habet magiſter ad ſcholas: ita rector nauis ad nauē.Sed ille debet eſſe ſolicitus,ergo & iſte.Et ſicut ille debet eligi meritis & arte,nō ſorte:ita & iſte.Sed argumētū à ſimili fit ex æquiparatione duorū inter ſe.¶ Hinc eſt,ꝙ quotidie arguimus à iudice ad arbitrū.l.j. ff.de arbi.À quadrupede ad bipedē.l.pe.ff.ſi quadr.paupe. feciſ.di.À dominio ad quaſi dominiū,& ecōtra.§.Sed iſte. Inſti.de actio.& l.j. ff.de pollicita. à lege ſcripta ad cōſuetudinē,præal.l.de quibus.ff.de legi.cum ſi. ¶ Vnde ſi rectè penſemus argumentum à ſimili,eſt tanquam antecedēs: & argumentum à proportione eſt tanquam conſequens.Primò

mò enim ſumenda ſunt duo ſimilia, & ex illis adinuicē cōparatis (quia pariter in alterum operantur) fit argumentatio à proportione hoc modo. Sicut ſe habet filius ad patrem: ita ſeruus ad dominū. Item, ſicut ſe habet curator ad adultū: ita tutor ad pupillū, circa adminiſtrāda negocia. Et ſicut ſe habet procurator cum mandato, circa negocia gerenda: ita negociorū geſtor ſine mādato. Item, ſicut ſe habet translatio dominij à principio: ita cōſumptio ex poſtfacto. Item, ſicut ſe habet promiſſum in diem certū & promiſſum purè, cuius ſolutio ex poſtfacto dilata eſt in diem certum: ita promiſſum in diem incertū ab initio, & purè promiſſum, cuius ſolutio dilata eſt ex poſtfacto in diem incertum cum ſi. ¶ Ex quibus patet, quòd inter filiū & ſeruum: inter tutorem & curatorem: inter procuratorē & geſtorē: inter translationē dominij à principio, & cōſumptionem ex poſtfacto: inter promiſſū in diē certū, & promiſſū in diem incertū, eſt quædā proportio, d. ti. inſti. q. cum eo. in prin. iuncto. §. quæ diximus. eo. ti. & l. ſi curatorē habēs. C. de in integ. reſti. mino. & l. j. ff. de procu. & l. j. ff. de neg. geſt. & d. l. ſi filiusfa. & præal. l. ſufficit. cū ſi. Et iſto argumentandi modo ſæpe utebatur Iac. Bu. in diſputa. ut refert Bal. in d. l. ſi filiusfamiliâs, quæ oīa tene mēti, tanquā pulchra, utilia, &c. ¶ Verū qa oppoſita iuxta ſe poſita (teſte philoſopho) magis eluceſcūt, poſſet nō ineptè hic ſubiungi locus à ſeparatis: qui contrario nititur fundamento ab illo, à ſimili. Locus enim à ſimili in idētitate uel maioritate ratiōis ſuū capit fundamentū, iſte autē ecōtrariò ex diuerſitate rōnis. Et argumētū ab hoc loco à ſeparatis ſumptū nedū eſt ꝓbabile, ſed fortiſſimū, formaturq; hoc modo. Separatorū ſeparata eſt ratio l. ſi. & ibi not. ff. de calum. nec mirū, quia ratio in omnibus



bus dominatur: & identitatē uel diuerſitatem iuris inducit. Hinc uulgariter dicimus in practica, alia ratio reformat pactū. l. Interpoſitas. C. de trāſa. hinc etiā elegāter alibi ſcribitur. Nō ꝓbat hoc eſſe, quod ab hoc cōtingit abeſſe. l. Neq; natales. C. de proba. l. Non hoc. C. unde cog. & c. In præſentia. de proba. cum ſimilibus: pro cuius pleniori intelligentia, uidenda ſunt ea quæ dixi ſuprà in loco à ſimili quò breuitatis gratia te remitto.

## LOCVS À CONTRARIIS, SEV OPPOSITIS. LXXV.

PRæterea habemus in iure locū à cōtrarijs, ſeu oppoſitis, à quo ſumptū argumentū nedū eſt probabile: ſed forte frequēs & utile, et poteſt formari dupliciter ad duplicem effectū, uno modo ſic. Contrariorū eadē eſt diſciplina: nā cognito uno de cōtrarijs cognoſcitur & reliquū. l. & ſi cōtra. in fi. ff. de uulg. & pup. & inſti. de his qui ſunt ſui uel alie. iuris. in prin. & ibi Io. Fa. & Ang. & l. j. & ibi Bal. ff. eo. ti. & inſti. de tut. in prin. & bo. tex. in. §. illud. & ibi glo. inſti. de ſocie. & tex. not. in l. pe. & ibi Bal. C. de ſolu. cū ſi. Et de iſto argumēto cōmemorat Bal. in l. cōuenticulā. C. de epiſ. & cler. ſi enim diminutio nō minuit, nec argumētū auget: ut in d. l. pe. & in d. l. & ſi cōtra. ¶ Hinc eſt, q. ſicut ſtatutū non poteſt habilitare forenſem in territorio ſtatuentiū aliquid facientem: ut concludunt Bar. Bal. & doc. in l. Cunctos populos. C. de ſum. trini. & fide cath. ubi dicunt quòd ſi per ſtatutum huius oppidi permittatur filijsfamiliâs teſtari: tamen forenſes filijfamiliâs huc uenientes, non poterunt hîc ualidè teſtari: ita etiam ſtatutum non poteſt inhabilitare forenſes in territorio ſtatuentium, aliquid facientes

cientes: quia contrariorũ eadẽ eſt regula & diſciplina ſecundũ Bal. & alios in d.l. Cunctos populos. in vij. col. quod tene menti: quia eſt quotidianũ, & facit ad multa. ¶ Hinc etiã eſt, ꝙ ſicut tempus nõ tollit obligationẽ. l. Obligationũ ferè. §. Placet. ff. de act. & obli. ita nec inducit. l. Si certis annis. C. de pact. quia contrariorũ eadẽ eſt diſciplina: de quo per doc. in d.l. Si certis annis. & in l. Cum de in rem uerſo. ubi pulchrè per Bar. ff. de uſur. & per gl. & doc. in c. Peruenit. de cenſi. & per canoniſtas in c. Querelam. de elect.

¶ Hinc etiam eſt, ꝙ habitus facit cognoſcere priuationẽ, & ecõtrà. ut eſt text. in l. Manumiſſiones. & ibi Bald. ff. de iuſti. & iur. & bonus tex. Inſti. de liber. in prin. & ibi Ange. not. Vnde quãdo cõtractus eſt bonæ fidei, tũc etiã diſtractus ſeu liberatio ab eo cõtractu eſt bonæ fidei. tex eſt not. in l. Ab emptione. & ibi Bar. Ang. & doc. id no. ff. de pact. & bonus tex. in l. j. C. quãdo lic. ad emp. diſc. & ibi Bal. & Pau. de Caſt. qui dicunt ꝙ ubi habitus eſt bonæ fidei, ſimiliter eius priuatio: & hoc eſt ualde utile, ut ibi uidere poteris per eos, & per Iaſo. in d.l. Ab emptione. Contrariorum enim eadẽ eſt regula & diſciplina, iuribus ſuprà alle. quod tene mẽti. ¶ Hinc etiã eſt, ꝙ apud quem eſt onus & periculum apud eundẽ debet eſſe lucrũ. l. Vnica. §. Pro ſecundo. C. de cad. toll. & §. Cum autẽ. Inſti. de emp. & uend. & regula, qui ſentit. & ibi habetur pulchrè per Dy. de reg. iu. li. vj.

¶ Hinc etiã dicit Bal. in d.l. j. ꝙ ſi teſtis qui dicit delictum fuiſſe commiſſum de nocte, interrogatur qualiter eſt facta dies, & dicat neſcio: non probat quòd delictũ eſt cõmiſſum noctis tẽpore. Et idẽ ſi teſtis dicat ꝙ Titius eſt malæ famæ, & interrogatus, qd intelligit per bonã famã, dicat neſcio; quod dicit nõ probat. Cõtraria enim cõtrarijs probantur,





ut albũ per nigrũ. Nam teſte Ariſtotele ſecũdo de cœlo & mundo, oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcũt, de quo latius ꝑ Bal. ĩ d.l. j. ¶ Hinc etiã dicimus, ꝙ cõtraria cõtrarijs curantur. c. j. de pœnitẽ. diſtinc. ij. & c. Legitimus. de cõſecra. diſt. v. Et iſto argumẽto utitur Paul. de Ca. in l. Vt uim. ff. de iuſti. & iure, dicens quòd ſicut ubicunq; offenſa eſt à iure ꝑmiſſa, ibi defenſio eſt denegata. l. Si ſeruus. in fi. & ibi doc. C. de his qui ad eccle. confug. ita ecõtrariò, ubicũq; eſt prohibita offenſa, ibi permiſſa eſt defenſio. l. ut uim. de quo ibi latius per eũ. Hoc argumẽto etiã utitur Iaſon in l. Manifeſtæ turpitudinis. ff. de iureiu. & idẽ Iaſon in repeti. l. Admonendi. in xxxij. colũ. ff. eo. ti. in illa ſubtili & quotidiana quæſtione. An actore nihil probante, reus teneatur neceſſariò ſubire iuramentũ, ſibi ab actore delatũ, uel illud referre: de quo plenè per eũ ibi, & per Panor. in c. fi. de iureiurã. ad quos recurre. Hoc argumẽto utuntur etiã Card. & Ioã. de Imo. in c. Relatũ. j. de teſta. Vbi dicunt, ꝙ ſicut ad ualiditatẽ legati ad pias cauſas ſufficiũt duo teſtes (d.c. relatum. j.) ita etiã ad reuocationẽ legati, pij ſufficiũt duo teſtes, quia contrariorũ eadẽ eſt diſciplina, & nihil eſt tam naturale, quàm eodẽ genere quodq; diſſoluere, quo ligatũ eſt. l. Nihil tam naturale. ff. de reg. iu. & c. j. eo. ti. in antiquis. & hoc dictũ refert & ſequitur Alex. de Imo. in rubri. ff. de acquir. poſſ.

¶ Hinc etiam eſt, quòd tot teſtes requirũtur ad probandũ pœnitentiam uel errorem, quot requiruntur ad probãdum ipſum teſtamentum. Ita not. dicit Bal. in l. fi. C. de fideicom. per glo. quam. reputat ſingu. in l. Cum proponebatur. ff. de lega. ij. & ſequitur Alexã. in d. rubri. quod tene menti.

¶ Hinc etiam eſt, quòd ſicut uaſallus non debet copulare amicitiam cum inimicis domini ſui, & ſi contrarium fece-

rit, poteſt priuari feudo, ut eſt gl. ord. in l. Liberi. & ibi hoc firmãt Bal. Sali. Iaſon & doc. C. de inoffi. teſta. & bona glo. in l. j. §. cũ patronus. ff. de offi. præfecti urbis. Ita etiã nõ debet copulare inimicitias cũ amicis domini ſui, uel offendere amicũ domini ſui: quia contrariorũ eadẽ eſt diſciplina. Ex quo ſequitur, q́ uaſallus offendẽs dominũ dñi ſui, & ſic amicũ domini ſui poteſt priuari feudo. tex. eſt not. in l. Imperialẽ. §. illud quoq;. & ibi Bal. Iac. de Aluaro. & doc. not. de probi. feud. alie. per Fede. in uſi. feud. q d' tene mẽti. ¶ Circa iſtud tamẽ uolo te ſcire, quòd licet cõtrariorũ ſit eadẽ diſciplina, id eſt notitia, ut in iuribus ſuprà alleg. cõtrariorũ tamen non eſt eadẽ diſpoſitio, imò cõtraria. Nam cõtrariorũ contrarij ſunt effectus, & cõtraria ratio. l. qui accuſare. ff. de accu. & l. fi. ff. de calum. Ita not. dicit Bal. in pulchra q. in l. Imperator. j. ff. de ſtatu homi. & idem Bal. in repeti. l. cum mulier. in xxj. col. ff. ſolu. matr. ubi dicit quòd ſicut ſe habet cauſa ad effectum in productione, ſic ſe habet deſtructio cauſæ ad deſtructionẽ effectus: quia par eſt potẽtia cõtrariorum. d. l. Ab emptione. in fi. & l. fi. §. fi. ff. de lega. iij. Et hinc quotidie dicimus in practica. Quod operatur propoſitum in propoſito: operatur oppoſitũ in oppoſito d. l. fi. in fi. & §. Plus autem. inſti. de actio. cum ſimili. Hoc tamen intellige uerum quando non eſt eadem ratio in utroq; contrariorũ, ut in d. l. fi. §. fi. et in d. l. Qui accuſare. et in l. Inter ſtipulãtem. §. Sacram. ff. de uerbo. obliga. aliàs autem eadem eſt diſpoſitio contrariorum ut in d. regula qui ſentit. & in præalle. §. Cum autem. & in d. l. penul. cum ſimili. Ita ſentit Dy. in d. regula, Qui ſentit. & eſt de mente Bart. in d. l. Inter. ſtipulantem. §. Sacram. & de mente Ioan. Fabri & Ange. inſti. de his qui ſunt ſui uel alieni iuris. in prin. & faciũt not.



not. per glo. in d. regula, Qui ſentit. & no. per glo. in regula, Secundum naturam. ff. de re. iu. quod tene menti: quia per hoc reducuntur ad cõcordiam multa iura diuerſimode loquentia: quorum aliqua dicunt cõtrariorum eandem eſſe diſciplinã, ut iura in prin. ſuprà alleg. alia dicunt contrariorum eandem eſſe diſpoſitionem: ut d. l. penul. & l. fin. C. de fructibus & lit. expenſ. Alia dicunt contrariorum contrariam eſſe diſpoſitionem: ut in d. l. fi. §. fi. ff. de leg. iij. cum ſimili. Alia autem dicunt, quòd contrariorum contraria eſt ratio: ut præallega. l. fi. ff. de calum. cum ſimili. ſed concordantur modo prædicto. ¶ Secundò iſtud argumẽtũ poteſt formari aliter ſic: Poſito uno contrariorũ in eſſe remouetur & reliquum. tex. eſt not. in l. Si inter me & te. ff. de excep. rei iud. & in l. Pomponius. §. Si is. in fi. ff. de procu. & pulcher tex. in l. Hæc uerba ille aut ille. ff. de uerb. ſigni. cum ſimi. Iſta enim duo ſunt cõtraria, ſcilicet, q́ una & eadẽ res ſit mea inſolidum, & etiam tua inſolidũ: quia duo non poſſunt eſſe domini eiuſdẽ rei inſolidum: nec duo poſſunt eandem rem in ſolidũ poſſidere. l. Si ut certo. §. Si duobus uehiculũ. ff. cõmodati. ſi ergo ponitur unũ, ſcilicet, quòd res mea ſit: ſequitur deſtructio alterius, ſcilicet, quòd ſit tua: q́a non poteſt eſſe mea & tua, ut dixi. Et ergo ſi per ſententiã pronuncietur, quòd res mea ſit: cenſetur tacitè pronunciatum, quòd non ſit tua. d. l. Si inter me & te. & prælle. l. Pomponius. §. Si is. in fi. & ex hoc ſequitur, quòd argumẽtum à cõtrario ſenſu habet locũ in ſentẽtijs, ut dixi ſuprà in loco à cõtrario ſenſu, ubi recurre. Et iſtud facit pro deciſiõe illius quæſtionis quotidianæ, an delictum commiſſum in aurora, cùm alter ab altero diſcerni poteſt, ante tamen ortum ſolis dicatur commiſſum de nocte uel in die: quod expedit ſcire,

 pro

propter ſtatuta diuerſorum locorum: quæ grauius puniunt delicta perpetrata de nocte, q̃ in die. In qua quæſtione multi multa dixerũt: & quia materia eſt longa, remitto te ad not. per Panor. & alios Cano. in c. Si perfodiẽs. de homic. & ad no. per Bar. in l. Aut facta. §. Tempus. ff. de pœn. & ad not. plenius per eundẽ. Bar. & Ludo. de Ro. in l. j. §. Hoc autem ſenatuconſultũ. ff. ad Sillanianũ. & ad not. per Bal. in l. Titius. §. Lucius. ff. de libe. & poſthu. ubi pro deciſione huius quæſtionis, uidetur caſus ſecundum Bal. ibidẽ qui illic not. quòd id quod fit de mane in aurora, dicitur fieri de die, ubi recurre. Sic etiam econtra illud quod fit de ſero, dicitur fieri de die & non de nocte: quando agitur de pœna imponẽda, ut ſing. decidit Gandinus in tract. malefic. in ti. de pœnis reorum. in uerſic. præterea pone contineri in ſtatuto, &c. & Albe. de Roſa. in ij. parte ſtatut. q. xix. quod tene menti: quia poteſt frequenter cõtingere. ¶ Hoc tamẽ uolo te ſcire, quòd licet ad poſitionem unius contrariorum ſequitur remotio ſeu deſtructio alterius: ut in iuribus ſuprà allega. tamen ad deſtructionem unius non ſequitur conſtructio alterius. tex. eſt not. in d. l. ſi inter me & te. & ibi Pau. de Caſ. not. Vnde ſi deſtruitur unum cõtrariorũ: (quia ſcilicet fuit pronunciatũ per ſententiã, quæ in rem tranſiuit iudicatam, rem non eſſe meã) non ſequitur cõſtructio alterius, quia per hoc non ſequitur quòd ſit tua: nec hoc cenſetur tacitè pronunciatum. d. l. Si inter me & te. in fi. quia poteſt eſſe tertij. Et ſic oppoſitũ cõſequentis ſtat cum ueritate antecedentis: nec probat hoc eſſe, quod ab hoc cõtingit abeſſe. l. Neq; natales. cum ibi no. per Sali. & doc. C. de proba. & l. Nõ hoc. C. unde cogna. cum ſimili. Sic etiam non ſequitur, iſtud non eſt album, ergo eſt nigrum: quia poteſt eſſe glaucum uel rubeum. Nam inter duo contraria, ſæpe reperitur medium: ut eſt glo. not. in l. j. §. Scientiam. ff. de tributo. & glo. not. in l. Sed & ſi lege cõmiſſoria. §. Scire. & ibi Pau. de Caſt. not. ff. de peti. hæredi. ubi recurre. Sic etiã non ſequitur, Titius nõ ſedet, ergo ambulat: quia poteſt accumbere ſeu iacere: ut eſt tex. not. in d. l. Hæc uerba ille aut ille. ¶ Secũdò uolo te ſcire, quòd quædã ſunt diuerſa ſeu ſeparata, ita q̃ nõ cõtraria: & iſta ſe nullo modo habent inferre nec eſſentialiter nec excluſiuè, imò ſtant ſimul: quædã autẽ ſunt diuerſa ſeu ſeparata, ita q̃ cõtraria: & tũc per unum non infertur ad aliud per eſſentiã: ſed bene per excluſionẽ: ut eſt tex. in l. Sed & ſi pupillus. §. Si inſtitoria. & ibi gl. ff. de inſt. & pulcher tex. in d. l. Hæc uerba ille aut ille. ita no. dicit Bal. in l. Si maritus. j. C. de don. inter uir. & uxo. qđ tene mẽti. ¶ Itẽ tertiò uolo te ſcire, q̃ illa propriè dicũtur cõtraria, quorũ finis eſt cõtrarius & incõpaſſibilis. Illa autẽ quæ ſe cõpatiũtur in origine & effectu nõ ſunt ꝓpriè cõtraria. ita not. dicit Bal. in l. unica. in viij. nò. et ix. oppo. C. ſi ſeruus extero emi ſe mãd. ¶ Item quartò uolo te ſcire & memoriæ cõmẽdata, q̃ licet uno cõtrariorũ poſito in eſſe remoueatur reliquũ (ut in iuribus ſuprà allegatis) tamẽ uno cõtrariorũ poſito in potẽtia, non remouetur potentia cõtrarij: quia eadẽ potẽtia poteſt ſe habere ad duo contraria. text. eſt not. in l. j. C. de fur. quem ad hoc not. Bal. in præal. l. Cõuenticulam, quæ omnia tene menti tanquã pulchra, ſingularia utilia & quotidiana.



## LOCVS A' CORRELATIVIS. LXXVI.

PRæterea habemus in iure locum à correlatiuis, à quo ſumptum argumẽtum nedum eſt probabile: ſed forte, utile

utile & multùm frequens,& procedit conſtructiuè & deſtructiuè: quia in correlatiuis eſt natura relationis,quæ requirit duo extrema. In actu neceſſe eſt, quòd aut utrunq; ſit uerũ,aut utrũq; falſum,ſecundũ Bal.in l. Conuenticulã.C. de epiſ.& cle.correlatiuũ en im nihil aliud eſt,quàm duorũ uel plurium adinuicem mutua relatio:uel duorum, aut plurium ultrò citroq; repræſentatiuum. Cõponitur enim correlatiuum ex dictione cor,quæ exponitur pro ſimul,& hoc uocabulo relatiuũ: & per conſequẽs etymologia huius uocabuli(correlatiuũ)importat idẽ,quòd ſimul relatiuũ.arg. l.Labeo.§.Contractũ.ff.de uerb.ſig.& l. Reos.in prin. ff. de duob. reis. Et dixi notanter duorũ uel plurium:ad denotandũ,quòd correlatiuũ ad minus conſtat ex duobus. ¶Et iſtud argumentũ formatur dupliciter. Vno modo conſtructiuè ſic.Poſito uno correlatiuorũ, ponitur et reliquũ:ut ſi pater eſt,filius eſt:ſi maritus eſt,uxor eſt:ſi uẽditor eſt,emptor eſt:ſi locator eſt,conductor eſt:ſi actor eſt,reus eſt: ſi mandãs eſt,mãdatarius eſt, et ſic de ſimilibus De hoc habes bonã glo.in cle.unica,in prin. ſuper uerbo Aeternaliter. de ſum.tri.& fide.cath.Vel magiſtralius ſic.Statutũ ſeu diſpoſitum in uno ex correlatiuis uidetur etiam diſpoſitũ in alio. tex.eſt not.in l.fi.C.de indic.uidui.& in l.fi.ff.de acceptila. & in l.j.C.de cypreßis lib.xj. cum ſi. ¶Secundò iſtud argumentũ formatur deſtructiuè, ſic:Vno correlatiuorũ deſtructo,deſtruitur & reliquũ.Vel ſic,ad remotionem unius correlatiuorũ,ſequitur remotio alterius.tex.eſt no.in præal.l.fi.ff.de acceptil.& in d.l.j. & ibi Bar.& Io. de Platea not.& pulcher tex.in præalleg.l.fi.C.de indic. uidui. ¶Et hinc eſt, quòd ubi non eſt reperire petitorium, ibi etiam nõ eſt reperire poſſeſſorium, quia poſſeſſorium & petitoriũ ſunt correlatiua. Et per hoc deciditur quæſtio illa quotidiana.Aliquis pluribus annis ſoluit mihi par caponũ,uel x. florenos:modò recuſat ſoluere,an cõpetat mihi interdictũ: de qua quæſtione uide plenè per Cy. in l. Si certis annis. C. de pact.& per Bar.in l.fi.ff.quorum bono. & per Panor. & Canoniſtas in c.peruenit.de cenſi.& per omnes canoniſtas in c.Querelam, ubi eſt tex.ſingularis, de elec.Et quòd uno correlatiuorũ deſtructo,deſtruatur & reliquũ,eſt adeò uerum,quòd etiã lex noua corrigens in uno correlatiuorũ: puta,in uxore:intelligitur etiam corrigere in alio,& ſic in marito. tex.eſt not.in præal.l.fi.C.de indic.uidui.& ibi hoc not.Bar.Ang.Iaſon,& doc.& uolunt Bal.Pau.de Caſt.& doc.in auct.quas actiones.C.de ſacroſan.eccl.dominus Pet. de Anch.in repeti.c. Canonum ſtatuta.in vj. q.principali, de conſti.& dominus Ioã.Baptiſta in repetitione.l.Omnes populi,in nona fallentia.ff.de iuſtitia & iure. ¶Hinc etiã uidemus, quòd lex corrigens in actore extenditur, ut etiam corrigat in reo, ut eſt glo.ordi.in l. Per interuallum. ff. de iudi.& glo.in auct. qui ſemel, ſuper uerbo Triginta dierũ. & ibi Salice.& doct.C.quomodo & quando iudex.

¶Præmiſſa tamen limita & intellige uera, quando eadem eſt ratio in utroq; correlatiuorum : tunc enim diſpoſitum in uno ex correlatiuis uidetur etiam diſpoſitum in alio, ut in iuribus ſuprà allegatis,aliàs autẽ ſecus.tex. eſt not. in l. Curatorem.cum ibi not.per glo.Cy.& doct.C. de interdic. matri. & in l.fin.& ibi Salice. not. C. de reſcinden. uendi. & habetur pulchrè per Iaſo.in l.Tranſigere. in .j. colum. C.de tranſac. ¶Et hinc ſingulariter dixit dominus Benedictus de benedictis,in cõſilio ſuo primo,quòd licet diſpenſatum ſit cum filio ſpurio, ut poſſet ſuccedere parentibus ſuis:

ſuis: tamẽ uigore huiuſmodi diſpẽſationis nõ poterũt parẽ
tes ſuccedere filio ſpurio: quia nõ eſt eadẽ ratio diſpẽſandi
cum parẽtibus, ſicut cũ filio ſpurio: cum ipſi parẽtes deli=
querint cõmittẽdo adulteriũ, & nõ ipſi filij ex adulterio ge
niti. c. naſci. lvj. diſt. ꝓpter quod nõ ita de facili princeps cũ
parẽtibus ueriſimiliter diſpẽſaſſet. ¶ Vnde cum nõ ſit eadẽ
ratio diſpoſitũ in uno ex correlatiuis, non habebit locum in
alio. d. l. Curatorem. cum ibi not. maximè per Cy. quod tene
menti. Et quẽadmodũ lex noua correctoria, loquens in uno
ex correlatiuis extẽditur ad reliquũ (ut ſuprà dixi) ita etiã
lex pœnalis loquẽs in uno correlatiuorũ dũtaxat uerifica=
tur in alio, & fit extẽſio de uno ad aliud: quãdo eadẽ ratio
militat in utroq; correlatiuorũ: licet ſolũ de altero correla
tiuorũ fiat mẽtio in cõſtitutione uel lege pœnali. Ita no. uult
Bar. in præall. l. fi. per illũ tex. ff. de acceptil. & idẽ Bart. in
d. l. fi. per illũ tex. C. de indic. uidui. & ibi Ang. Iaſ. & doct.
& idẽ Bar. & Io. de Plat. in præalle. l. j. C. de cypreſ. lib. xj.
& Ang. Inſti. de ſucceſ. bon. ſubla. in princ. & Bal. in l. Ne=
mo martyres. in fi. C. de ſacroſan. ecc. & idem Bald. in l. j. in
prin. C. de cõmu. ſer. manu. & Salic. in l. iij. C. quæ res uendi
non poſ. & do. Fabianus de monte ſancti Sauini in ſuo not.
tract. contractuũ. in ij. q. prin. circa fi. & Panor. in prooe=
mio decretaliũ, in quibus locis præfati doct. per hoc dicũt,
quòd ſtatutũ puniẽs uenditorẽ, punit etiã emptorẽ propter
correlationẽ: quando eadẽ ſubeſt ratio in utroq;, licet in ſta
tuto de emptore nulla fiat mẽtio. Et ita cõſuluit Bar. ut ipſe
met refert in præal. l. fi. C. de indic. uidui. Et eſt cõmunis opi
nio legiſtarũ, ut dicit Panor. in c. Quia clerici. de iure patr.
In correlatiuis enim idẽ eſt iudicium & eadẽ diſciplina, ut
quod ſtatuitur in uno intelligitur ſtatutũ & in alio iuribus
præalle.



præalle. & l. Si cum dies. §. pe. ff. de arbi. & l. ueteres. ff. de
actio. emp. & l. Cũ emptor. ff. de reſcin. uen. Et regula cor=
relatiuorũ eſt regula pariũ ſecundũ Bal. in l. Cum te in Gal
lia. C. ſi cer. pe. qui ad hoc alleg. l. Iulianus. §. Si procurator.
in fi. ff. de actio. emp. quod tene mẽti. De hoc tamẽ uide ple
nius per Domi. & Phil. Fran. in c. j. de tẽp. ord. li. vj. & per
Panor. in c. j. de loca. & per Iaſ. qui magiſtraliter loquitur
in præall. l. fi. C. de indic. uidui. & per Fabianũ de mõte ſan
cti Sauini in d. ſuo tract. ¶ Hinc etiam eſt, ꝙ ſicut uaſallus
cõmittendo feloniã uel infidelitatẽ aduerſus dominũ, eo defi
ciente in probatione poteſt per dominum prouocari ad pu
gnã perſonaliter, nec admittitur per campionẽ ſecundũ le=
gem Longobardorũ. Ita eadẽ ratione, præſuppoſita dicta l.
Longobardorũ, poterit dominus feloniã uel infidelitatẽ cõ
mittens cõtra ſuum uaſallũ: puta, eum cucurbitando prouo
cari ad pugnã ſeu duellũ perſonaliter, nec admittetur uolẽs
dare campionẽ niſi in caſibus per d. l. Exceptis. tex. eſt iun=
cta ſua ſing. gloſ. in c. Non eſt cõſuetudo. in tit. de alie. feudi
pat. in uſi. feud. & ibi hoc no. Iac. de Aluar. & doct. ubi re=
curre. ¶ Hinc etiã dixi aliâs in quæſtione de facto occurrẽ
te quòd licet. c. Pro humani. de homi. lib. vj. grauiter puniẽs
mandantes hominẽ Chriſtianũ occidi per aſſaßinos, ſit pœ
nale & nõ imponat pœnã aſſaßinis ſeu mãdatarijs, tale tur
pe mandatũ in ſe ſuſcipientibus: ſed duntaxat mandantibus
& fieri procurantibus: debeat etiã ſibi uendicare locũ quo
ad pœnã in huiuſmodi aſſaßinis ſeu mãdatarijs, propter na
turã correlatiuorũ: ita quòd diſpoſitũ uel ꝓhibitũ in uno,
cenſeatur etiã diſpoſitũ uel prohibitũ in alio. iuribus ſuprà
alleg. ¶ Ex quo ſinglariter poteſt inferri, ꝙ cum tales ſint
per ius canonicũ in cõſilio generali editũ à toto Chriſtia=

no populo perpetuò diffidati.d.c.pro humani. circa fi.iun=cta ſupraſcriptione:poterunt impunè etiam per priuatos occidi,& eos occidẽs ſi de hoc accuſetur,& eos tales fuiſ=ſe probauerit abſolui debet,ſicut dicimus in bãnito, quẽ ex ſtatuto licet impunè offendere.de quo per Bart.& doct.in d.l.Omnes populi.& per Panor.& cano.in c.fi.in iij. col. de conſue.& hoc pro indubitato quo ad mandantes tenet Domini.in d.c.Pro humani.circa fi.poſt Ange.de Peru.in quodã conſil.per eum alleg.Imò plus dicit, uidelicet, quòd clericus tale crimen cõmittens poſſet per iudicẽ ſecularem puniri abſq; alia degradatione,ut ibi latius per eum, ſed ꝙ idem ſit in ipſis mandatarijs ſeu aſſaſſinis,nullibi legi: tamẽ credo idem dicendũ eſſe in eis propter naturam correlati=uorũ.iuribus ſuprà alleg.quod tene menti,quia eſt pulchrũ & ſingulare.¶ Hinc etiã eſt,quòd ſicut per delictum ua=ſalli cõmiſſum in dominũ,uaſallus priuatur feudo, & utile dominiũ uaſalli cõſolidatur cum proprietate domini:ut eſt caſus in.§.Deniq;.quæ fuit prima cauſa bene.amittẽ.in uſi. feud.ita etiã per delictũ domini cõmiſſum in uaſallũ,domi=nus priuabitur directo dominio:& illud cõſolidabitur cum utili dominio ipſius uaſalli.pro quo eſt bonus tex.in c.Do=mino.ſi de feu.fue.cõtro.in uſi feu.& ibi Aluar.not. & eſt bo.tex.in c.Vnico.Qualiter dominus proprie.priue.& eſt glo.expreſſa in.§.Itẽ ꝙ domino.in d.ti.quæ fuit prima cau. benefi.amit.Dominus enim & uaſallus ſunt correlatiua,et iudicãtur ad paria, ut eſt pulcher tex.iũcta gl. in ti.de for. fi.in fi.& ibi Bal.Alua.& doc.hoc no.& ualde exclamãt: quod tene mẽti.¶ Iſtud tamẽ limitatur ſingulariter uerum, quãdo eadẽ ſubeſt ratio in utroq;:aliâs ſecus.Et hinc eſt,ꝙ licet uaſallus interficiẽs aliquẽ proditoriè priuetur feudo.

c.unico.



c.unico.in tit.an ille qui interfe.frat.do.ſui. Tamẽ dominus interficiẽs aliquẽ proditoriè nõ priuabitur proprietate ad inſtantiã uaſalli:quia eius nõ intereſt:nec ſubeſt eadẽ ratio. Ita ſing.decidũt And.de Yſer.Alua.& alij in.d.c.Vnico.an ille qui interfe.frat.domi.ſui in uſi.feu.ubi recurre. De hac materia tamẽ correlatiuorũ,uide pleniſſimè ultra omnes ꝑ dominũ Bap.de ſancto Blaſio in ſuo ſingulari tractatu cor relatiuorũ.ubi reperies ultra centũ caſus,in quibus ſibi lo=cũ uẽdicat regula correlatiuorũ,de qua ſuprà:reperies etiã ultra centũ fallentias,in quibus diſpoſitũ in uno ex correla tiuis non habet locũ in alio correlatiuo, quẽ omnino uide, quia pulchrè & ordinatè procedit,& exactiſſimè hãc ma teriã correlatiuorũ examinat melius & plenius quàm alibi legerim:ad quẽ breuitatis gratia te remitto:quæ omnia te=ne menti tanquam pulchra,utilia,ſingularia & quotidiana.

## LOCVS A' CIVILIBVS AD CRI=MINALIA. LXXVII.

PRæterea habemus in iure locũ à ciuilibus ad crimina=lia,à quo ſumptũ argumentũ nedũ eſt probabile,ſed forte,frequẽs & utile. Et formatur dupliciter. Vno modo negatiuè,ſic.Inter quos nõ poteſt eſſe actio ciuilis,nec etiã actio criminalis.tex.eſt not.in.§.Hi qui.Inſti.de oblig. quæ ex delic.naſc.ubi ſic arguit Iuſtinianus.& ibi hoc no.Ang. & facit tex.cũ ibi not.in l.lis nulla.ff.de iud. ¶ Secũdò for matur affirmatiuè,ſic.In criminalibus ꝓceditur ſicut in ci=uilibus.tex.eſt no.in l.Abſentẽ.ff.de pœnis.¶ Et hinc eſt,ꝙ ſicut in ciuilib.illud ſuꝑ quo fundatur intẽtio actoris debet ꝓbari ſub illis qualitatib⁹ ſub qbus ꝓponitur ĩ iudicio:alio qn debet ſuccũbere.ut eſt tex. no.in l.habebat.in prin.et ibi

doct.

doct not.ff.de inſtit.ita etiã eſt in criminalibus.tex. eſt not. in l.Denunciaſſe.§.Quid tamẽ.& ibi habetur pulchrè per Bar.& doc.ff.ad l.Iuliã.de adult.Aliud enim eſt factũ ſimplex,& aliud factũ qualificatũ,ut in dictis iuribus, de quo uide quod dixi ſuprà in loco ab effectu eorũ, quæ ſimul requiruntur adeſſe.¶ Hinc etiã eſt, ꝙ ſicut in ciuilibus poſtquã reus eſt citatus & libellus oblatus,actor nõ poteſt deſiſtere à lite,ſed cogitur eam ꝓſequi uſq; in finẽ. ut eſt tex. in auct.qui ſemel. C.quomodo & quan.iud.& in corpore unde ſumitur.Ita etiam in criminalibus nõ licet accuſatori deſiſtere,poſtquã reus citatus eſt, & libellus oblatus,licet lis adhuc nõ ſit cõteſtata,arguẽdo à ciuilibus ad criminalia, quod eſt ualidũ d.l.Abſentẽ.Et ita no.decidit Bar.in l.quæſitũ.ff.ad turpil.& Panor.in c.licet.de accuſ. quod tene mẽti,& ad multa alia pulchra & quotidiana induci põt hæc arg.quæ breuitatis gratia omitto,& ſtudioſo in repub.non occupato indagãda relinquo. ¶ Hoc tamẽ uolo te ſcire,ꝙ iſta arg.à ciuilibus ad criminalia nõ procedit quãdo ſubeſt diuerſa ratio: uel quãdo cõtrariũ reperitur expreſsè à iure deciſum.¶ Et hinc ſing.dicit gloſ.ord.iij.q.ij.in ſumma, ꝙ licet in ciuilibus dẽtur induciæ deliberatoriæ auc.offeratur. C.de lit.cõteſt.tamẽ in criminalibus nõ dantur induciæ deliberatoriæ:quia reus debet eſſe certus utrũ uelit crimẽ cõfiteri uel negare,cum ſciat ſe eſſe reum uel non. de qua glo. facit feſtũ Lud.de Ro.in ſuis ſingularibus, ſingul.dcxcviij. incip.Quæro nunquid induciæ.¶ Hinc etiã eſt, ꝙ licet homine occiſo in rixa quẽ conſtat habuiſſe plura uulnera, & plures eum uulneraſſe:deceſsiſſe tamẽ ex uno uulnere letali: ſed quis illud uulnus letale intulerit ignoratur: omnes teneãtur ciuiliter ad reparationẽ ſeu emendã pecuniariã.l. Itẽm

mela.



mela.§.Sed ſi plures.ff.ad l.aquil.tamẽ ſi cõtra omnes ꝑcuſſores agatur criminaliter:neuter poterit cõdẽnari uel capitaliter puniri:ſed oẽs debẽt abſolui:quia cũ agitur criminaliter,ꝓbationes debẽt eſſe luce meridiana clariores.l.Sciant cuncti.C.de proba. Et ſic alia eſt ratio cũ agitur ciuiliter, & alia cùm agitur criminaliter.de quo uide pleniſsimè per Gandinũ in ti.de homicid.in uer.pone quæſtionẽ,quam ego multoties uidi de facto.& per Sali.in l.quoniã multa facinora.C.ad l.Iuliã.de ui publi.uel priua.& per Pe. de Anch.in conſil.ſuo ccxvj.incip.In Chriſti,&c.Nos Bartholomæus de Saliceto,&c.& per Alex. de Imo.in cõſil.xv.j.uolu.incip.Redẽptoris,&c.uiſo proceſſu inquiſitionis, &c.& ꝑ Feli.in c.Significaſti.ij.de homic.& in locis per eos cõmemoratis,ubi recurre:& ſi libet,uidere poteris plures alios caſus in quibus nõ procedit hæc argumẽtatio à ciuilibus ad criminalia,per Bar.in d.l.Abſentẽ.ad quem(quia magiſtraliter loquitur)breuitatis gratia te remitto, quæ omnia tene menti tanquam pulchra,utilia,ſingularia & quotidiana.

## LOCVS AB IMPOSSIBILI. LXXVIII.

PRæterea habemus in iure locum ab impoſsibili, à quo ſumptũ argumentũ eſt forte,frequẽs & utile.tex. eſt not.in l.Si deceſſerit.ff.qui ſatiſd.cog.ubi ſing. probatur,ꝙ præceptũ iudicis continens impoſsibile eſt ipſo iure nullũ: etiã ſi iudex hoc ignoret.& ita uolũt ibi Alb.de Roſa. Bal. Ange.Pau.de Ca.Alex.& doc.¶ Hinc eſt,ꝙ à tali præcepto uel ſentẽtia,cõtinẽte ꝗd impoſsibile,nõ eſt opus appellare.tex.eſt not.in l.pe.in fi.& in l.fi.ff.quæ ſen.ſine appel. reſcin.& in l.de qua re.§.fi.ff.de iudi. ¶ Et procedit iſtud arg.ab impoſsibili,etiam in teſte:ut ſi teſtis dicat ꝙ tali die

Titius

Titius nõ fuit uulneratus: qa præcedẽti die fuit occiſus. Ita no. dicit Bal. in l. Cõuẽticulã. in ul. col. C. de epiſ. & cleri. & ꝓbatur in l. j. cũ ſua gl. ſecũdũ quintã lectu. C. qui accuſ. nõ poſ. de quo uide qđ dicã infrà in loco à diuerſitate tẽporũ. ¶ Præmiſſa tamẽ limita & intellige uera, qñ præceptũ iudicis cõtinet omnino impoßibile, ſecus ſi non erat omnino impoßibile, ſed difficile: qa tũc ſi iudex fuit ignorans, ualet præceptũ ſeu ſentẽtia: licet pars cõtra quã eſt lata talis ſentẽtia, poßit petere reſtitui in integrũ aduerſus dictã ſententiã: ſecus ſi iudex fuit ſciẽs. tex eſt not. in l. Quæſitũ. cũ ſua gl. & ibi Bar. ff. de re iu. & uolũt expreßè Ang. Pau. de ca. Alex. & doc. in d. l. Si deceſſerit, quod tene menti. ¶ Secundò limita præmiſſa, niſi præceptũ iudicis à princi. cõtineat quid poßibile explicandũ intra certũ terminum. Nam licet tunc impoßibilitas ſuperueniat ex poſtfacto, intra terminũ præceptũ nõ redditur nullũ: quia in tali præcepto ſubintelligitur cõditio, dũmodo fuerit poßibile fieri, aduenĩẽte termino. ita no. uult Pau. de Caſt. in d. l. ſi deceſſerit. per illũ tex. Et ergo ſi pœna fuerit appoſita, illa nõ cõmittetur, ex quo non ſtat per illum qui iuſſus fuit illud facere, ſecundum eum & alios ibidem, quod tene menti, quia ſeruit ad multa, & poteſt frequenter cõtingere in practica. De multiplici autẽ impoßibilitate & eius effectu, ex quo reſultat utilitas huius argumenti: uide glo. not. & docto. in. §. Impoßibilis. Inſti. de hæredi. inſti. & gloſ. magiſtralem in regula, Nemo poteſt ad impoßibile obligari. de reg. iur. lib. vj. & Bar. & legiſtas in. l. j. ff. de cõdi. inſti. & in l. impoßibilis. ff. de uerbo. obli. & Ioã. Fab. Ang. & doc. in §. Si impoßibilis. Inſti. de inuti. ſtipu. & cano. in c. fi. de condi. appo. & in d. regula, Nemo poteſt, ad quos breuitatis gratia te remitto.





## LOCVS DE TANQVAM. LXXIX.

PRæterea habemus in iure locũ de tanquã, à quo ſumptum argumentũ eſt utile & frequẽtißimũ, ut dicam infrà. Et formatur à qualitatibus: ut à qualitate nominis. l. ſi pater. §. qui duos. & ibi glo. ponit cõcord. ff. de adop. l. Sociũ qui in eo. in prin. ff. pro ſocio. c. Cõqueſtus. cum ibi no. per glo. & doc. de uſur. l. Emancipatũ. §. fi. ubi eſt pulcher tex. ff. de ſena. & l. Cũ aliquis. C. de iure delibe. A` qualitate perſonæ. l. Si ignorãs. ff. loca. iuncta. l. Milites. & l. fi. C. eo. & c. Si uero. ij. & c. In audientia. de ſen. excõ. c. Poſtulaſti. de cõceſ. præbẽ. c. A` collatione. de appel. li. vj. c. Ex trãſmiſſa. in fi. de renũ. & c. Eſto ſubiectus. xcv. diſt. cũ utrobiq; notatis per gloſ. & doc. A` qualitate rei: cauſæ, uel officij. l. fi. ff. de inſti. l. cum quædã. C. de admini. tuto. l. Tutorem. ff. de his quibus ut indig. & . §. Si tutor. Inſti. de inoffic. teſta. & c. Cum inter uniuerſas. circa fi. de elec. & c. Quod ſicut. §. Super eo. in fi. eo. ti. cum utrobiq; not. per glo. & doc. Item à qualitate loci uel temporis. l. Aut facta. ff. de pœnis. & l. Prætor edixit. §. fin. ff. de iniur. & . §. Atrox. Inſti. de iniur. cum ſi. ¶ Et iſtud argumẽtũ (ut ſuprà dixi) eſt utile & frequentißimũ in omnibus, quæ poſſunt fieri diuerſis reſpectibus, ſecundũ Bal. in d. §. qui duos. & ꝓbatur in l. Poſt mortẽ. ff. quãdo ex facto tut. & in l. Si ita ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de uer. obl. & in l. Procurator qui pro euictione. ff. de ꝓcu. cũ ſi. de quibus infrà, & eo utitur gl. in prin. auctẽn. & gl. in d. l. Emãcipatũ. §. fi. in pulchra q. & glo. in l. adoptiuũ. §. fi. ff. de in ius uoc. & glo. in l. Diui fratres. ff. de iure pa. et tã legũ ꝗ canonũ cõditores, ac utriuſq; iuris doc. in diuerſis paßibus, ut ſuprà patuit, & infrà latius patebit. ¶ Hinc quotidie dicimus in practica, inſpiciendũ eſſe quo

nomine aliquid fiat, quo reſpectu, & qua contemplatione: iuribus ſuprà alleg. & l. Si quis domum. §. pe. in fi. ubi pulcher caſus. ff. loca. & l. Debitor. §. fi. ff. ad Trebel. l. profectitia. in prin. ff. de iure dot. l. Si uerò. §. Itẽ quicquid. ff. ſol. mat. & l. Sed ſi plures. §. In arrogato. & ibi glo. ponit concord. ff. de uulg. & pup. & pulcher tex. in c. Requiſiſti. extra de teſta. & in d. l. Cũ aliquis. cũ utrobiq; not. quod facit ad multa ¶ Et gratia exempli, pro inſtructione iuuenum, iſtud primò facit ad quæſtionẽ de donatis ambaſiatoribus, utrum acquirãtur ipſis ambaſiatoribus, an uerò mittẽti. & cõmuniter cõcluditur, quòd acquirũtur ambaſiatoribus, & non mittẽti: quia non ut tales ea receperũt, ex quo mandatũ eorũ ad hoc non extẽdebatur: uerius tamẽ uidetur, ꝙ in hoc cõſiderari debeat qualitas rei donatæ, & cuius cõtẽplatione fiant huiuſmodi dona, de quo arti. pulchro & quotidiano uide per glo. & doc. in d. §. In arrogato. & per gl. Bar. Bal. & doc. in præal. l. Si uerò. §. Item quicquid. & per glo. & doc. in l. Qui proprior. §. Procurator. ut in cæteris. ff. de procu. & per Bar. & doc. in d. l. ſociũ qui in eo. §. fi. Vbi pro deciſione huius dubij eſt pulcher text. & per Cy. in l. Manifeſtiſſimi. circa fi. C. de fur. & per Ange. & doct. in præal. l. Cum aliquis. & per Bal. in cõſil. lvij. j. uolu. & per Panor. Io. de Imo. & cano. in d. c. Poſtulaſti. & per Domi. Phil. Fran. & alios in præal. c. à collatione, ubi recurre.

¶ Secundò iſtud facit ad hoc, quòd cõſul uel præſes habẽs filios, poteſt illos apud ſemetipſum et ſua auctoritate emãcipare, uel in adoptionẽ dare: quia non tanquam pater, ſed tanquã cõſul uel præſes hoc facere uidetur: & ſi cõſul uel præſes eſt filiusfa. poteſt apud ſemetipſum emancipari, uel in adoptionẽ dari: huic actui tãquã cõſul uel præſes auctoritatem

ritatem



ritatem interponendo, & uice duorũ fungendo. ut eſt tex. cũ glo. in l. ſi cõſul. & in l. ſeq. ff. de adop. ¶ Tertiò iſtud facit ad hoc, ꝙ ſi quis in teſtamento relinquat cuilibet fratrũ prædicatorũ decẽ: & priori bibliã: prior habebit decem, ut unus ex fratribus, & bibliã ut prior: quia plures qualitates in eo cõcurrunt. de quo uide latius per Bal. in d. l. Si conſul. & per Cy. & omnes legiſtas in l. Cũ quæſtio. C. de legatis.

¶ Quartò iſtud facit ad hoc, ꝙ Rex ſuperiorẽ non recognoſcens poteſt cum filijs ſuis ſpurijs diſpenſare, ut ſuccedant & ſint capaces ſucceſſionis: quia non cenſetur talẽ actũ exercere, tanquã pater cum filijs, ſed tanquã princeps cum ſubditis: ut eſt tex. ſing. in c. Per uenerabilẽ. §. Inſuper. qui filij ſunt legit. & ibi habes bonã glo. quæ ponit plures pulchras concordãtias. ¶ Quintò iſtud facit ad hoc, quòd ſi archiepiſcopus Colonieñ. exiſtens canonicus Traiecteñ. interſit capitulo Traiecteñ. ut canonicus, & ipſe unà cum capitulo ſit negligẽs in cõferendo beneficiũ, cuius collatio ad eũ tanquã canonicũ & capitulũ cõmuniter ſpectat: poterit idem archiepiſcopus Collonieñ. tanquã archiepiſcopus poſt lapſum termini iuris tale beneficium cõferre iure deuoluto: quia non interfuit capitulo, nec fuit negligens, ut prælatus uel archiepiſcopus, ſed ut canonicus: & non confert iure deuoluto, ut canonicus, ſed ut archiepiſcopus. tex. eſt not. in d. c. poſtulaſti. ¶ Sextò iſtud facit ad hoc, ꝙ ſi à collatione beneficij per epiſcopũ (ut canonicũ) & capitulum in mei præiudiciũ facta uolo appellare: debeo appellare ad epiſcopũ & non ad archiepiſcopũ: qa ex quo epiſcopus non interfuit collationi ſic factæ ut & tanquã epiſcopus, ſed ut & tanquam canonicus, non appellatur ab eodẽ ad eundẽ, ſed ab inferiore ad ſuperiorẽ. tex. eſt not. & menti tenen

ti tenendus, in præal.c.A' collatione. ¶ Septimò iſtud facit ad hoc, quòd iniuria illata clerico uel magiſtratui punitur ut publicũ crimen, etiam clerico uel magiſtratu non proſequente, imò expreſſe remittente iniuriã, ubi ceſſante qualitate dignitatis ſacerdotalis uel officij, iniuria in eadẽ perſona cõmiſſa cenſeretur crimen priuatũ. tex. eſt in l. Si quis in hoc genus ſacrilegij. C. de epiſ. & cler. & in l. j. §. huius ſtudij. ff. de iuſti. & iure. & in c. Cõtingit. j. & in c. Parochianos. cum utrobiq; not. per glo. & doc. de ſen. excõ. & hinc ſing. dicunt Pau. de Caſt. & Alex. de Imo. in l. Quãuis. in fi. ff. de in ius uoc. quòd ſi officialis regis uolẽs ſit percuſſus: ut quia alio dicẽte, ſi non eſſes officiarius regis egregiè te percuterem, dixit non obſtãte officio percute me ſi audes: uel ſum cõtentus ꝙ me percutias, ſi audes, iniuria nihilominus dicitur inferri regi, per l. j. §. Vſq; adeò. cum ibi pulchrè no. per Bar. ff. de iniur. & optimè facit. d. c. Cõtingit. j. iuncta ſua glo. ¶ Hinc etiã dixit ſing. Bal. in. §. Iniuria. in princ. in ti. de pace iura. firman. in uſi. feud. quòd ſi quis det alapã poteſtati alicuius terræ ꝓpter ſingularẽ inimicitiã quã habet cum eo, poteſt puniri capitaliter propter atrocitatẽ facti: quod non eſt propter aliã cauſam niſi propter qualitatem perſonæ iniuriã paſſæ. ¶ Hoc tamẽ uidetur limitandũ uerũ quãdo talis iniuria inferretur poteſtati exercenti officium ſuũ, aliàs ſecus, per not. Bar. in extrauagãti, quoniã, in uerbo rebellando, in prim. qui ſunt rebelles. quẽ refert & ſequitur Feli. quẽ omnino uide, in c. ſi qñ. de offi. delega. ¶ Hinc etiã dixit ſing. Bal. in l. tutor petitus. §. Quæ tutoribus. ff. de excuſ. tut. per illũ tex. quòd executor deputatus in teſtamẽto ad diſtribuẽdũ bona in pauperes, poteſt eligere filiũ proprium uerè pauperẽ: cum ſuſtineat duplicẽ perſonam, ſcilicet patris & executoris: quod tene menti. Poſſunt enim in eadẽ perſona concurrere diuerſæ qualitates. Et ergo ſemper inſpiciendũ eſt, cuius qualitatis reſpectu actus ſit uel geritur: quia ex hoc diuerſus reſultat effectus iuris, ut patet in iuribus & exẽplis ſuprà adductis. Et ſæpe poteſt quis aliquid facere ut alius, quod nõ poteſt ut ipſe. d. l. Si pater. §. Qui duos. cũ alijs iuribus ſuprà alle. Vnde uidemus, q̃d' licet auus ut auus nõ poſſet fieri pater adoptione, & multò minus poſſet habere nepotẽ ex duobus filijs natũ, cum hoc ſit naturaliter impoßibile: tamẽ emãcipando nepotẽ ex uno filio natũ, poteſt eũ quaſi ex altero filio ſterili natũ adoptare, ſicut poſſet quilibet alius extraneus. Poſt emãcipationẽ enim non facit hoc, ut auus ſed ut quilibet. caſus eſt not. in d. §. qui duos, quod eſt utile ualde: q̃a hoc caſu filius ſterilis de cuius cõſenſu facta eſt adoptio: q̃d' eſt neceſſariũ: ut eſt tex. in. §. Licet. Inſti. de adop. & in l. Cum nepos. ff. eo. ti. nõ poterit huiuſmodi nepotẽ adoptatum per auum, ut quemlibet, quaſi ex ſe ſterili, ſcilicet filio natũ priuare ſua ſucceſſione: & idem cõtingeret ſi tam filium ſterilẽ, quàm nepotem ex altero filio natũ ſibi adoptaret in filios, ut dicit notabil. Bald. in d. §. Qui duos. circa finem. ¶ Hinc etiam eſt, quòd licet ſuffragium filij ut filij non poßit prodeſſe patri ad officia uel honores, cũ eo reſpectu ſit ꝑſona domeſtica: tamen ſuffragiũ filij, ut decurionis nõ ut filij, prodeſt patri ad officia uel honores, ut eſt tex. in l. Item eorum. & ibi glo. no. ff. quod cuiuſq; uniuer. no. ¶ Hinc etiã eſt, quòd licet filius qui impugnat teſtamẽtũ patris, ut filius, debeat priuari legato & omni cõmodo ſibi in eo relicto: & econuersò, ſi approbet teſtamentũ patris, in quo eſt exhæredatus, perdit querelã: tamẽ ſi hoc non facit ut filius, ſed ut tutor uel cura-

tor aut legitimus adminiſtrator alterius, ſecus eſt quia ius ſuũ non perdit. Nam quãdo plura iura cõcurrunt in perſona unius perinde eſt ac ſi cõcurrerẽt in perſonis diuerſorũ. tex. eſt no. in præal. l. tutorẽ. & in d. §. Si tutor. & in d. l. cũ quædã. cũ alijs iurib. ſuprà alleg. ¶ Hinc etiã eſt, quòd licet tutor curator uel alius legitimus adminiſtrator, ſi ſe obligauerit nomine officij, nõ teneatur depoſito officio: ut eſt tex. in præal. l. poſt mortẽ. in prin. & . §. j. & in d. l. fi. ff. de inſti. & ſentẽtia lata cõtra tutorẽ, curatorẽ uel aliũ legitimum adminiſtratorẽ, non mãdatur executioni cõtra adminiſtratorẽ finito officio: ſed cõtra eũ cuius fuit adminiſtrator. ut eſt tex. in l. iiij. §. Tutor quoq;. ff. de re iud. & in l. j. C. quãdo ex facto tuto. Secus tamen eſt quando non nomine officij, ſed ſuo proprio nomine adminiſtrator ſe obligauit fidem ſuã aſtringẽdo. ut eſt tex. not. in præal. l. Procurator qui pro euictiõe, de quo uide latius per Bar. in d. l. poſt mortem. & per omnes in d. l. Procurator qui pro euictione. & præcipuè per Bal. ibidẽ, qui meo iudicio melius et perfectius loquitur, quàm aliquis alius. ¶ Hinc etiã eſt, ꝙ licet ſuſcipiẽs defenſionẽ alterius, ut defenſor, teneatur cauere de iudicato ſoluendo, etiã ſi ſit coniuncta perſona, ut pater, uel filius. l. filiusfamiliâs. ff. qui ſatiſda. cog. Secus tamẽ eſt, ſi ſuſcipiat defenſionẽ cauſæ pro ſuo particulari intereſſe. l. j. C. de bo. mater. ita not. uult Bal. in d. l. Filiusfamiliâs. dicẽs quòd quãdo pater uenit ad defenſionẽ cauſæ motæ contra filiũ, debet eſſe cautus, ut eo nomine ueniat quò ſibi utilius eſt uenire: quod tene menti. ¶ Hinc etiam eſt, quòd licet notarius ſeu tabellio, tanquã priuata perſona, non poſſit alteri ſtipulari: tamen tanquam perſona publica, poteſt alteri ſtipulari, etiã in extra iudicialibus: ut eſt glo. ordi. ſingu. in. §. Siquis alij. inſti.



inſti. de inuti. ſtip. Et ideo notarij in eorũ inſtrumentis ſemper dicũt. Promiſit mihi, tãquã publicæ pſonæ recipiẽti & ſtipulãti: imò quod plus eſt, licet dicta uerba (tanquã publicæ perſonæ, &c.) non apponantur per notarium in inſtrumento, tamen intelliguntur. Quia in eo quod facit officialis publicus, ſemper intelligitur facere nomine officij. d. l. Poſt mortẽ. ita ſing. dicit Bal. in l. Nec ei. §. ſatiſdatio. ff. de adop. quod tene menti. ¶ Hinc etiam eſt, quòd capitaneus uel locum tenens alicuius regis uel principis, licet aliàs eſſet minor alijs: tamen nunc propter imperium & adminiſtrationem ſibi conceſſam, eſt maior omnibus, & ab omnibus ſibi eſt obtemperandum, & præ omnibus uenit honorandus: quia repræſentat perſonam cõmittentis. tex. eſt not. in c. fi. xciij. diſtin. & notatur in ſumma eiuſdem diſtinct. per glo. Nec obſtat quod par in parem, & minor in maiorem non habet imperiũ. l. Labeo. §. Tractemus. cum l. ſeq. ff. de arbi. quia nũc nõ eſt par uel minor, ſed maior. Intelligitur enim d. regula, Par in parẽ. &c. niſi unus habeat officiũ, alius nõ: quia tũc etiã minor ſi habet officiũ, ratione officij efficitur maior & poterit imperare aliàs maiori, ut eſt tex. in l. Ille à quo. §. tempeſtiuũ. iuncto. §. Si quis filiusfa. ſit. cum. l. ſeq. in prin. ff. ad Treb. ubi filius qui eſt in magiſtratu poteſt imperare & præcipere patri, qui aliâs eſt maior, et in illo magiſtratu pater debet honorare filiũ. & ei obedire) Nõ enim hoc facit tanquã filius, ſed tanquam magiſtratus, ut ibi dicit glo. & ideo Ariobarzanes, qui ceſſit filio ſuo regnũ Capadociæ in cõſpectu Pompeij, poſtquã filium ſuũ in humiliori loco ſedẽtẽ cõſpexiſſet, non ſuſtinuit infra ſe collocatum intueri, ſed protinus ſella deſcendit, hortariq; cœpit filium ut eò tranſiret, unde ipſe ſurrexerat: quod non feciſſet niſi

patriæ uoluntati auctoritas Pompeij acceßiſſet, filium enim & regẽ appellauit, & dyadema ſumere iuſſit, & in curruli ſella ſedere coëgit, ut refert Vale.maxi.lib.v.c.vij.in fi. nec per hoc q, aliàs maior ſubeſt minori habenti officiũ & dignitatẽ, dicitur perdere honorẽ ſuũ: imò ordo Hierarſicus id expoſcit, qui confunderetur, ſi unicuiq; ſua iuriſdictio, et honor, & dignitas nõ cõſeruaretur. c. Peruenit. xj.q.j. & d.c.fi.xciij.diſt.quod tene mẽti. ¶ Hinc etiã eſt, quòd macula patris non nocet filio, quo minus ipſe filius uti poßit priuilegio & dignitate ex perſona aui: ut eſt tex.ſing. & mirabilis in d.l.emancipatũ.§.fi. ¶ Ex quo ſequitur, quòd ſi filius commiſit culpam propter quam debeat priuari feudo, propter hoc nepos non debet amittere feudũ: ſed id poterit ex perſona aui retinere, ut not.glo.in d.l.Emancipatũ.§.fi. & glo.in d.l.Adoptiuum.§.fi. Videmus enim quòd aliqua iura habet filius, ut & tanquã filius, licet non ſit hæres, aliqua uerò habet, ut filius, & ut hæres: ut declarat glo. magiſtralis ſemper menti tenenda & nunquã obliuioni tradenda in d.l.diui fratres. De hoc arti.tamẽ pulchro & quotidiano uide latius per Dy.Philip.Fran. & doc. in regula. Non debet. de reg.iu.lib.vj. & per Bar.in l.iij.ff.de interdic. & relega. & per Bal. in d. l.Emancipatum.§.fi. & per eundem Bal.in c.j.§. Hoc quoq;.de ſucceſ. feudi, & plenè per eundem in c.j.in ti.ſi uaſal.feudo.priue. cui defera. & per Iac. de Alua.in.§. Deniq;.in iiij. conclu. ubi breuiter & ſuccinctè hanc materiam tractat, quæ fuit prima cauſa beneſi. amitten.in uſi.feudo. ad quos breuitatis gratia te remitto. ¶ Hinc etiam eſt, quòd licet nemo paganus, ut talis, & inquantum huiuſmodi poßit decedere pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus, l.Ius noſtrum.ff.de reg.iu. tamen certa conſi





ta conſideratione habita, & maximè ubi poteſtas diſponẽtis eſt limitata contrarium reperitur. Pono exemplum in caſu quotidiano, Statutum diſponit quòd ſpurius poſſet inſtitui à patre: uel quòd filiusfamil. poſſet condere teſtamentum, præſuppoſita ualiditate dictorum ſtatutorum: de quo plenè per Bald.in l.Cunctos populos. C.de ſum.trini. & fi. cath. dubitari poteſt probabiliter utrum inſtitutio filij ſpurij, uel teſtamentum conditum per filiumfa. porrigatur & trahatur ad bona, quæ ſunt extra territoriũ ſtatuentis. & cõmunis cõcluſio Bar. Bal. & doc.in d.l.Cunctos populos, eſt quòd non. Ex quo ſequitur quòd in utroq; caſu talis teſtator, licet ſit paganus, decedet pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus: quia bona extra territoriũ ſtatuẽtis ſituata pertinebũt ad hæredes teſtatoris ab inteſtato: bona autẽ ſituata intra territoriũ, ſpectabũt ad inſtitutũ: ita ſing. decidũt Bar. Bal. et doc.ĩ d.l.cũctos populos. Et ratio eſt, qa poteſtas diſponẽtis fuit limitata, ut dixi: et ſic actus geſtus cẽſetur diuerſo iure reſpectu territoriorũ et bonorũ intra uel extra territoriũ ſtatuẽtiũ ſituatorũ. ¶ Itẽ cape aliud exẽplũ, Ecce impubes poſt mortẽ naturalis, nullo cõdito teſtamẽto defuncti arrogatur: & depoſt arrogator ſubſtituẽdo dicto impuberi arrogato pupillariter, in quarta ſibi debita ex cõſtitutiõe diui Pij, iuxta.§.Cũ aũt.Inſti.de adop. & l.ſi arrogator.ff.e.ti.decedit: deinde moritur impubes in pupillari ætate: hoc enim caſu iſte impubes etiã decedit ꝑ parte inteſtatus: puta, quo ad quartã ſibi debitã ex cõſtitutiõe diui Pij: & ꝑ parte inteſtatus, puta, quo ad bona ſibi ab inteſtato relicta per patrẽ ſuũ naturalẽ, in quibus ab inteſtato ſibi ſuccedẽt proximi ſui cõſanguinei contra regulã d.l.Ius noſtrũ. quod ideo contingit, quia poteſtas arrogatorijs eſt limitata

mitata, ut non poſſet ſubſtituere impuberi arrogato, niſi in quarta iuribus præal. & limitata potētia limitatū ꝑducit effectū: quia uirtus & potētia cauſæ efficiētis ſemper reſtringēda eſt, ut eatenus operetur, quatenus pōt in paſſum & in ſuſcipientē materiam. l. in agris. ff. de acqui. re. do. & habetur pulchrè per Feli. in c. Cum ordinē. in iiij. col. de reſcrip. ¶ Cōtingit etiā hoc ex alio: quia iſte impubes cenſetur diuerſo iure propter diuerſos patres, ſcilicet arrogatorem & patrē naturalē. Cēſetur enim loco duorū filiorū ex natura correlationis. Et ergo nimirū ſi regulæ iuris infringuntur propter diuerſitatē patrū & reſpectuū. ita ſingu. dicit Bal. in d. l. Si arrogator. & eſt ipſa ueritas, licet gl. in d. l. Si arrogator dicat ſe non audere hoc dicere, propter regulā d. l. Ius noſtrum. ¶ Hinc etiā eſt, ꝙ ſi ego Selandinus origine, & Brabātinus ratione domicilij & maioris partis bonorū condam teſtamentū in quo ſubſtituā filio meo impuberi emancipato, quod de cōſuetudine Selandiæ cōformi iuri cōmuni non licet. Inſti. de pupil. ſubſti. in prin. ſed ex cōſuetudine Brabañ. Ponamus licet hoc caſu in bonis ſituatis in Brabañ. ſeruabitur cōſuetudo Brabantiæ: in bonis uerò ſituatis in Selandia, ſeruabitur cōſuetudo Selādiæ cōformis iuri cōmuni. Et ergo filio meo impubere emancipato, decedente in pupillari ætate, admittetur ſubſtitutus ex teſtamento meo dūtaxat ad bona ſituata in Brabantia: in alijs autem bonis admittentur cōſanguinei filij mei ab inteſtato. Et ſic ipſe decedet pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus, cōtra reg. d. l. Ius noſtrū. Sed diuerſitas patriæ meæ, & per cōſequēs filij mei inducit hanc diuerſitatē: ſicut diuerſitas patrū in exēplo præcedenti: nec mirū: quia patri patria æquiparatur. l. Veluti. ff. de iuſti. & iur. & l. Minimè. ff. de reli. & ſump.



& ſump. fune. ita ſing. dicit Bal. in d. l. Si arrogator. & ſequuntur ibi poſteriores, quod tene menti. ¶ Hinc etiā eſt, quòd licet nemo paganus, ut talis, & inquantū huiuſmodi poſſet decedere cum duobus teſtamētis, imò ſemper primū rumpitur per poſterius. l. j. & ij. ff. de iniuſt. rupt. irri. teſt. & §. Poſteriore. Inſti. quibus mod. teſta. infir. licet in milite ſecus ſit. l. quærebatur. ff. de mili. teſt. tamen certa cōſideratione habita contrarium reperitur. Pono exemplū in caſu quotidiano, impubes poſt mortē patris naturalis, qui eidē ſuo filio impuberi pupillariter ſubſtituit, arrogatur: et depòſt arrogator ſubſtituēdo dicto impuberi pupillariter, in quarta ſibi debita, ex conſtitutione diui Pij decedit, deinde moritur ipſe impubes in pupillari ætate. Nam hoc caſu iſte impubes decedet, cū duobus teſtamētis cōtra iura ſuprà alleg. Sed hoc toleratur propter diuerſitatē patrū, & diuerſos auctores ſeu cauſas efficientes: unde nimirū ſi dinumeratio cauſarū dinumerat effectus, & faciat unum & idem cenſeri aliter, id eſt diuerſo iure: ſubſtitutio enim facta per arrogatorē, quæ eſt poſterior, nō infringit ſubſtitutionem pupillarē, factā per patrē naturalē, quæ eſt prior: cum una in alterā nihil poſſet propter diuerſitatē patrū. ita admirādo dicit glo. ord. ſing. in d. l. Si arrogator. & poſt eam Bal. & poſteriores ibidē, quod tene mēti. ¶ Hinc etiā eſt, ꝙ ſi cōſuetudo Louanieñ. permittit relinqui uxori ſecundū ius cōmune: & contrariū ſtatutū ſit Antuerpiæ, prout in caſu occurrēte de facto expertus ſum: & quidam Antuerpieñ. origine ciuis tamē Louanieñ. & domiciliū ibidē fouēs relinquit uxori, ualebit legatū quo ad bona ſituata Louanij, ſed non quo ad bona ſituata Antuerpiæ. Nam cum maritus diſponēs ſit ſub utraq; patria ſeu oppido: ſeruabitur ex di-

uerſitate patriæ ſeu oppidorũ diuerſitas ſtatutorũ: cũ enim iſte ſit ſubiectus diuerſis patrijs (ſicut in exẽplis præcedentibus diximus de impubere ſubiecto diuerſis patribus) cenſebitur quo ad bona ſituata Louanij Louanieñ. & quo ad bona ſituata Antuerpiæ Antuerpieñ. & fiet ſeparatio bonorũ, ſicut facit prætor in d.l.j.ff.de ſepa.bo. ita ſingu. dicit Bal. referẽs ſe ſic cõſuluiſſe, in d.l. Si arrogator. ubi etiã dicit ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ mater poſſet filio impuberi pupillariter ſubſtituere: quod eſt cõtra ius cõmune, quia requiritur quòd ille qui ſubſtituit, habeat eum cui ſubſtituit pupillariter in poteſtate. inſti. de pupilla. ſubſti. in prim. cũ ibi not. Si contingat tam patrẽ quàm matrẽ ſubſtituere filio pupillariter, in bonis paternis præferetur ſubſtitutus à patre, & in bonis maternis præferetur ſubſtitutus à matre. Nam quo ad effectũ iſtarũ ſubſtitutionũ, iſte decedit cũ duobus teſtamẽtis ſecũdũ Bal. ubi ſuprà, qui dicit idẽ eſſe in tutela, ſtatuto permittẽte æquè matri relinquere tutorẽ abſq; ope confirmatiõis, ut patri, ut tutor deputatus à patre adminiſtret bona paterna, & deputatus à matre bona materna, qd' tenementi, quia eſt quotidianũ. ¶ Hinc etiã uidemus, ꝙ ſi cõſuetudo unius patriæ, puta regni Angliæ diſponat primogenitũ debere ſuccedere in omnibus bonis, ſaluo quòd ille teneatur ſuos fratres & ſorores intertenere & alimentare: quæ cõſuetudo ualet iuxta no. per Io. An. & canoniſtas in c. Licet. de uoto. & in alia patria, puta in Lombardia ſeruetur ius cõmune: hoc caſu ſi baro Angliæ habẽs bona in Anglia et in Lõbardia decedat inteſtatus, propter diuerſitatẽ patriarũ, diuerſimode iudicabitur quo ad ſucceſſionẽ bonorum. Nam in bonis ſituatis in Anglia ſuccedet ſolus & in ſolidũ primogenitus, in alijs uerò bonis ſituatis in Lombardia, ſeruabitur



ius cõmune. & ſic in illis ſuccedẽt æqualiter, iuxta l. Maximũ uitiũ. C. de lib. præte. ita ſing. determinant Guil. de Cunio. Cy. Bar. Bal. & doc. in d.l. Cũctos populos. Hinc etiã eſt, ꝙ quãdo diuerſæ cõſuetudines & ſolẽnitates in teſtando reperiuntur in diuerſis locis, puta Louanij, requiritur ꝙ in teſtamẽto intereniãt ſeptẽ teſtes: Bruxellæ autẽ pone ſtatutũ eſt, ꝙ interueniant decẽ teſtes: modò teſtamentum eſt conditũ Louanij, & hæres in eo inſtitutus uigore eiuſdẽ teſtamẽti petit omnia bona, & inter alia bona ſituata Bruxellæ: obijcitur autẽ ſibi, ꝙ teſtamẽtũ non ualet: quia in eo non interuenerunt decẽ teſtes, ut habet ſtatutũ Bruxelleñ. hoc caſu propter diuerſitatẽ cõſuetudinũ & ſolẽnitatũ, quæ reperiuntur in dictis locis, hæres inſtitutus habebit bona, quæ ſunt Louanij: alia autẽ bona quæ ſunt Bruxellæ habebit hæres ab inteſtato. ita ſing. cõcludunt Bart. Bal. Fulg. & doc. in d.l. Si arrogator. ¶ De hoc tamẽ arti. pulchro & quotidiano brocardico tamẽ, & dubio uide latius per eundẽ Bar. Cy. Sali. & alios doct. in præalle. l. Cunctos populos. ubi de hoc reperies ſatis plenè. Hinc etiam eſt, ꝙ ſtãte cõcordia qua cauetur ꝙ ad curatũ ſpectẽt omnes oblationes quæ offerẽtur die dominico: & ad decanũ, oblationes quæ offerẽtur in feſtis noſtræ dominæ, ſi cõtingat feſtũ noſtræ dominæ occurrere die dominico: hoc caſu omnes oblationes quæ tũc fient nõ ſpectabũt ad curatũ, ſed ꝓ rata eius quod cõſueuit offerri die dominico ſpectabit ad curatum: reſiduum autẽ ſpectabit ad decanum, propter diuerſitatem reſpectuum. ita ſingulariter dicunt Cyn. & Ioan. de Imo. in l. Qui ſolidum. §. j. ff. de lega. ij. & ita de facto fuit iudicatum in ciuitate Senarum ſecundum eos, quod tenementi. ¶ Hinc etiã poteſt attentari, quòd uaſallus plurium domi

dominorum,reſpectu diuerſarũ patriarũ:ut eſt comes Flandriæ,qui reſpectu comitatus Flandriæ & Artheſij eſt uaſallus regis Frãciæ,& idẽ ut dux Brabãtiæ,& comes Hãnoniæ,Hollandiæ,Selãdiæ, Namurci,Limburgi, & Lucẽburgi,eſt uaſallus Imperatoris:argui non poteſt de felonia uel infidelitate ad effectũ perditionis feudi,ſi faciat ligã ſeu cõfœderationẽ cũ Anglicis ſuis uicinis,quia nõ ut ipſe hoc eſt tãquã comes Flãdriæ & Artheſij & uaſallus regis Frãciæ id facere cẽſetur: ſed tanquã alius, puta ut & tanquam dux Brabãtiæ,& comes Hãnoniæ, Hollãdiæ,Selãdiæ,&c. reſpectu quorũ dominiorũ nihil cõmune habet cum rege Franciæ:unde cũ in eo cõcurrant plura iura,perinde cẽſeri debet ac ſi cõcurrerent in perſonis diuerſorũ.d.l.Tutorem. cum cõcord.de quibus ſuprà.Certum autẽ eſt, quòd ſi alius poßideret dicta dominia tẽta in feudũ ab imperatore, ipſe poſſet facere huiuſmodi ligam ſeu cõfœderationẽ cum rege Angliæ ſine aliqua reprehẽſione:ergo & comes Flandriæ, in quo huiuſmodi iura ſeu dominia cũcurrũt, licitè hoc facere poteſt.Nec obſtant no.per gl.Bal.Sali.& doc.in l.Liberi.C.de inoffi.teſt.& not.per gl.Bal.& doc.in l.j.§.cum patronus.ff.de offi.præfec.urb.quæ rex Frãciæ poßet allegare pro ſe. Quia illa loquuntur in uaſallo habente ſolum unã qualitatẽ:nos autẽ loquimur in uaſallo habente plures qualitates.Et ratio naturalis eſt,quia feudũ cẽſeretur quodãmodo inutile,& plus incõmodi quàm cõmodi afferret:ſi illius occaſione comes Flãdriæ ita eſſet ſubiectus regi Frãciæ,quòd pro cõſeruatione aliorũ ſuorũ dominiorũ longè maioris importantiæ,ligã ſeu cõfœderationẽ facere nõ poſſet,quod non cẽſetur cogitatũ in cõceßione feudi. Et ſic nõ ponderandũ,arg.c.Veniens.cum ibi not.de iureiur.& l.Si

libertus



libertus ita iurauerit.ff.de oper.libe.Pro quo etiã facit,qđ liga ſeu cõfœderatio ſecunda ſemper intelligitur facta ſine præiudicio iuris primi,cũ quo facta eſt liga ſeu cõfœderatio,iuxta not.per Hoſt.& Io. And.in c.recolẽtes. de ſtatu mona.Pro iſto etiã facit,quòd copulare amicitiã non eſt de genere malorũ:imò eſt uirtuoſum. l.latæ culpæ.§.Amicos. ff.de uer.ſig.& hinc eleganter dicit Bal.in.§.Porrò.in tit. quæ fuit prima cauſa benefi.amit.in uſi.feud.quòd uaſallus non tenetur pro domino ſuo gratis inimicitias procurare, uel alienus fieri à cõuerſatione amicorũ.Imò quod plus eſt, licitũ eſt uaſallo copulare amicitiam cum inimicis domini, quando hoc non facit in damnum & iniuriam domini, ſed cauſa ſibi cõſulendi,uel quãdo iuſtus timor eum ad hoc impellit.arg.l.j.§.Deniq;.ff.de aqua plu.arcẽ.& l.At quæ natura.§.Cũ me abſente.ff.de neg.ge.& l.Nouißimè.ff.qđ falſo tut.aucto. Ita ſing.determinãt Martinus Lauden. & Alua.in c.j.in ti.hic poteſt eſſe titulus,quib.mod. feu.amit. & Bal.in d.ti.quib.mo.feud.amit. & Iacobinus in ſuo not. tract.Inueſtituræ,ſuper illis uerbis, Dictiq; uaſalli promiſerunt non cõmittere feloniã,&c.Et iſtud firmat And.Siculus & ualde exclamat in c.Cæterum.in antepe. col. de iudi. Pro hoc etiã faciũt not.ꝑ Bal.in l.j.in xxiij.q.ff.de re. diui. ubi pulchrè loquitur de uaſallo pluriũ dominorũ habentiũ inter ſe uel cõtra tertiũ guerrã,quomodo ſe debeat gerere. De quo etiã pulchre per Spec.in tit.de feudis.in.§.quoniã. in uer.duodecimò quæritur:& elegãter ac plenè per Lud. de Ro.in ſuis cõſilijs,cõſi.xlvij. Vbi copioſe tãgit de comite habẽte confœderationẽ cum duobus regibus, guerrã inter ſe mouẽtibus,cui ab utroq; requiſitus adhærere debeat. & aliquid per Præpoſi.in c.Omnes filij.ſi de feud.fuer.cõtrouer.

trouer.& in l.ij.ubi pulcher tex.de probib.feud.aliena.per Lotha.& pulchrè per Bal.in l.unica.§.ne autẽ.in fin.C.de cad.tol.& per ſcribentes in l.Imperialem.§.præterea ducatus.&.§.Illud quoq;.in ti.de probib.feud.alie.per Fede.& per Iacobinũ in d.ſuo notabili tract.inueſtituræ,ſuper illis uerbis,Et promiſerunt eidẽ domino ſuo præſtare debita ſeruitia.& per Bal.in l.In operis. Vbi eſt tex.no.ff.loc.& ſatis plenè per And.de Yſernia in præal.§.Porrò.& egregiè in ſimili q.per Ioan.And.in d.regu. Contractus.de reg.iur. lib.vj.in Mercurial.& aliquid per gloſ. & canoniſtas in c. Ex ore.de priuil.quod tene menti.¶ Hinc etiã eſt,quòd interdum quis cõſequitur ex perſona alterius, quod ex perſona ſua nõ cõſequeretur.ut eſt caſus pulcherrimus in.c.Auctoritate Martini.de cõceſ.præben.lib.vj.& in c. penul.de præbẽ.eo.li.quod facit ad multa quotidie occurrẽtia in practica,eleganter collecta per Iaſ.in l.Si emãcipati. in iij.& iiij.col.C.de colla.quẽ omnino uide:quia magiſtraliter loquitur.¶ Hinc etiã eſt, quòd,licet hæres non poßit uenire contra factũ defuncti.l.Cum à matre.C.de rei uendic. & l. Ex qua perſona.ff.de reg.iur.cum ſi.Tamen hæres uẽditoris poteſt retrahere rem alienatã per defunctũ ſtante conſuetudine retractus,de qua in c.Cõſtitutus.de in integ.reſt. & in.l.Dudũ.C.de contrah.emp.& uend.cum ſi.quia non facit hoc ut hæres:ſed ut,& tanquã proximior de genere. Quare ex eo capite & reſpectu admittẽdus eſt,ar.d.l.Debitor.§.ſi.per quẽ.§.Henri.Boic in d.c. Cõſtitutus.dicit ſe Aurelianis audiuiſſe iſtam quæſtionẽ determinari,per bonæ memoriæ dominũ Alabelori quõdã epiſcopum Trecorẽ. nepotẽ beati Yuonis:quam determinationẽ etiam ibidẽ approbat.Et reſpõdet ad iura quæ allegari poſſent in cõtrarium:

rium:



rium:quod tene mẽti,quia eſt pulchrũ, ſingulare & quotidianũ:& uidi in caſu de facto occurrente multũ de hoc dubitari propter regulã.d.l.Cum à matre.cum ſi. & propter regulã illã,quẽ de euictione tenet actio,eundẽ agentẽ repellit exceptio.de qua in.l.Vendicantẽ.ff.de euict. & propter not.Ioan.Fab.in.§.Ecõtrario.in ſi.Inſti.de lega.Sed hæc nõ obſtant:quia ad duo prima optimè reſpõdet Henri. Boic in d.c.Conſtitutus.circa princ.quẽ omnino uide.¶ Et quantum ad tertiũ.facilis eſt reſponſio: quia ipſe Ioã.Fab.loquitur in caſu omnino diuerſo,ut uidere poteris per teipſum: & pro dicta determinatione facit deciſio glo. ſingu.in l.ſi. §.In cõputatione.circa ſi.C.de iure delibe.& quæ ſcribuntur ſuper ea maximè per doct.nouißimos.& not. per Alber.de Roſa.in ij.parte ſtatu.q.cxcij.¶ Poteſt & ad multa alia induci hæc arg.de tãquã, quæ breuitatis gratia omitto,& ſtudioſo in rebus pub.nõ occupato indagãda relinquo.¶ Ne tamen erres,uolo te ſcire, ꝙ dicta theorica poteſt,quis,ut alius quod nõ poteſt,ut ipſe. d.l.Si pater. §.qui duos.cũ cõcor.de quibus ſuprà procedit regulariter.¶ Sed fallit in tribus caſibus.Primò enim fallit, ubi impedit aliquẽ fides debita ratione cõuẽtionis, ut in l.j.C.de dol.& in l.Si mãdato Titij.§.j.ff.mãda.Hoc tamẽ limita et reſtringe, ut ꝓcedat eatenus quatenus facta eſt cõuẽtio ſeu promißio hoc eſt,reſpectu rei,reſpectu cuius facta eſt cõuentio: ꝓut loquũtur dicta iura in ꝗbus facta eſt cõuẽtio ab uno uni, reſpectu certæ rei,puta, à fideiuſſore debitori de luẽdo rẽ per eũ pignoratã:aliâs autẽ ſecus.Et ſic procedũt ea quæ dicta ſunt ſuprà,de uaſallo pluriũ dominorũ,reſpectu diuerſorũ feudorum:quia ibi fides promittitur pluribus perſonis, reſpectu diuerſorum feudorum ſeu dominiorum:Vnde nimirum

rum

rum ſi diuerſitas reſpectuũ inducat aliud in dicto caſu, quã in caſu dictorũ iuriũ: & ergo ſi in caſu.d.l.j.C.de dolo.& præal.l.Si mãdato Titij.§.j.Creditor uellet uendere pignora, quæ haberet à debitore pro debito, pro quo ille fideiuſſor non fideiuſsiſſet, crederem ſine aliquo dubio, quòd fideiuſſor reſpectu alterius debiti poſſet ea emere ut quilibet. Nam non diceretur rumpere fidem, reſpectu dictorum pignorum ea emendo: quia quo ad ea nihil promiſit, & ſic eſt in uaſallo plurium dominorum, reſpectu diuerſorũ feudorum: ut latius uidere poteris in paſsibus ſuprà commemoratis. quod tene menti pro limitatione dictorum iuriũ: quia dum quæſtio eſſet de facto, uidi diuerſos diuerſimodè ſentire, & aliquos (niſi fallor) enormiter errare.

¶ Secundò fallit dicta theorica, ubi aliquem impedit fides debita ratione coniunctionis, ut in l. Si non ſortem. §. Si filius.ff.de condit.indebi. & in l. fi.§. Quatuor.ubi eſt text. not.ff.de lega. ij. ¶ Tertiò fallit dicta theorica, ubi impediret aliquem fides debita ratione contrarietatis, quam incurreret agẽdo.l.Si proponas.§.j.ff.de inoffi.teſt.Breuiter ergo quod non poteſt quis, ut ipſe, poteſt ut alius, niſi eum impediat fides debita ratione conuentionis, uel ratione cõiunctionis, uel ratione contrarietatis: ita dicunt Bar. Lamber.de Ramponibus, & doc.in d.l.Si pater.§.Qui duos.& Cy.Salice.& doc.in d. l. j. C.de dolo.quæ omnia tene menti, tanquam pulchra, ſingularia utilia & quotidiana.

## LOCVS À TOTO AD PARTEM. LXXX.

PRæterea habemus in iure locũ à toto ad partẽ, à quo umptum argumẽtum eſt probabile, non neceſſarium ſecundum ſecundũ glo.in l.j.§.Si ex dodrãte.ff.de colla.bono. Et procedit ſecundum quid, ſed non ſimpliciter, ſecundũ glo.in l.Si quid earũ.§.j.ff.de lega.iij. & de eo tangitur per Pet. Dy. Bar. Alberi.de Roſa.& alios in l.j.ff.de uſufru.leg. & per eundem Bar.in l.Qui uſumfruc. ff.de uerbo.obliga. & per Bal.in l.Cõuenticulã.C.de epiſ.& cleri.ſed minus perfectè. Ego autẽ Deo duce pleniſsimè declarabo infrà quando hæc argumentatio à toto ad partẽ procedit: & quando non. Et auſim dicere, ꝙ hæc argumentatio (à toto ad partẽ) quãdo ſumitur ut debet: nedũ eſt probabilis: ſed fortis, frequẽs & utilis. Quod (ut euidẽtius appareat) uolo te ſcire, quòd hoc argumentũ (à toto ad partẽ) formatur dupliciter, ad duplicem effectum. Vno modo, ſic. Quod iuris eſt de toto quo ad totum, idem iuris eſſe debet de parte quo ad partem.tex.eſt not.in l.quæ de tota.in prin.& ibi glo.& Bar.not.ff.de rei uen.& bonus tex.in l.Iuriſgentium.§.Adeò.& ibi habetur pulchrè per Iaſ.& doc.ff.de pac.et bonus tex. in l.Si unus. §.Si cum tibi.cum ſeq.& ibi etiã doc.tangunt, illo eo.ti.& bonus tex.in c.Super quæſtionũ.§.fi. & in c. Paſtoralis.§. Item cum totũ.& ibi glo.Bal.Card.Io.de Imo.Panor.And. Sicul.& Feli.not.de offi.deleg.& bonus tex.in c.Si diligẽti.in prin.& ibi etiã Panor.not.de præſcrip. cum infinitis ſimilibus, quæ enumerare magis eſſet laborioſum, quàm ſubtile: quod facit ad multa. ¶ Et inter alia gratia exẽpli, pro inſtructione iuuenum iſtud primò facit ad hoc, quòd peregrini & tranſeuntes ſi decedãt itinerando infra parrochiã alicuius, licet in loco ſi eccleſia cathedralis, ſepeliendi ſunt in eccleſia parrochiali: & non in eccleſia cathedrali. Ita ſing.concludit Panor.contra Ant.de Bu.in c.j. in ij. col. de ſepulturis.& idẽ reiterat ipſe in c.j.de celebr.miſſa.de quo

uide ibi latius per eum: quia materia eſt pulchra, dubia & quotidiana. ¶ Secũdò iſtud facit ad hoc, quòd ſi aduocatus pluriũ cauſarũ ſit pactus ratione uictoriæ ſibi dari centũ, ſicut cõſequetur integra centũ, ſi in omnibus cauſis uincat: ita ſi in aliquibus cauſis uincat, & in aliqbus cauſis nõ uincat, cõſequetur pro rata: quia idẽ iuris debet eße in parte, quo ad partẽ, q d' eſt in toto, quo ad totũ. d. l. quæ de tota. et alijs iuribus ſuprà alleg. Ita ſing. dicũt Cy. Bal. Sali. & doc. in l. unica. C. de ſuffra. Et ad multa alia ex præmißis & alijs iuribus colligibilia, induci poteſt hæc argumentatio, à toto ad partẽ: quæ ſtudioſo in rebus publicis nõ occupato indaganda relinquo. ¶ Et procedit iſtud argu. à toto ad partẽ etiã in exceptionibus tex. eſt no. in l. ij. et ibi Bal. & Sali. not. C. de non nu. pec. & eſt bonus tex. in l. qui ſolidũ. in prin. ff. de le. ij. & in l. Vir uxori. in fi. ff. ad Velleia. quod tene mẽti. ¶ Ne tamẽ erres uolo te ſcire, ꝙ hic arguẽdi modus à toto ad partẽ procedit tũc demum, qñ totius & partis non eſt ratio diuerſa: aliàs ſecus. Ita not. uolũt Cy. Sali. & doc. in l. Cũ notißimi. §. In his. in pulchra q. C. de præſcrip. xxx. uel. xl. anno. & Cy. in preal. l. ij. C. de non nu. pec. & Cardi. Panor. And. Sicul. Feli. & doc. in d. c. Paſtoralis. §. Itẽ cum totum. Et de hoc eſt glo. multũ not. in cle. ij. in uerbo Defenſor. de reb. eccl. nõ alie. quã ad hoc ponderat Panor. in d. §. Item cum totũ. & eſt de mẽte gl. in l. eam quã. in fi. C. de fideicõ. cum reſpondet ad. §. hi qui ſolidũ. & probatur multum bene in l. Sed & ſi lege commiſſoria. in. §. Conſuluit. iuncto uerſi. adeò. & ibi glo. ff. de peti. hæredi. & in l. Papinianus. §. Sed nec impuberes. ff. de inoffi. teſta. & in l. Ex mille. in princ. & ibi glo. ff. de euict. & hinc ſing. dicit Panor. in præalleg. c. j. de celebra. miſſa. Quòd licet ſummus





pontifex poßit diſpenſare circa mutationem officij diuini, cle. ij. de celebr. miſſ. Non tamen poteſt diſpenſare, ut clericus non teneatur dicere aliquod officiũ: cum alia ſit ratio in toto, quàm in parte, ut ibi latius per eum, ad quem recurre. ¶ Secundò non procedit hic arguendi modus, quando aliud reperitur diſpoſitũ à iure in parte, & aliud in toto: ut in cõſeruatore, qui poteſt cõmittere citationẽ & denunciationẽ ſententiæ, ſed non poteſt cõmittere uices ſuas in totũ: ut eſt tex. in c. fi. §. Vices. de offi. deleg. li. vj. ¶ Tertiò non procedit hic arguendi modus, in indiuiduis. tex. eſt in. l. Pro parte. ff. de ſeruitu. & not. Bar. in l. Per fundũ. ff. de ſeruit. ruſtico. prædiorum. ¶ Quartò non procedit hic arguendi modus à toto ad partem, in falſa demonſtratione: quia falſa demonſtratio non uiciat legatum quãdo eſt in totum falſa. l. Falſa demonſtratio. in prin. ff. de cõdi. & demon. ſed quãdo eſt falſa in parte, tunc uiciat legatũ in parte. tex. eſt not. in l. ſerui electione. §. fi. & ibi hoc not. Raph. Cumanus, & Alex. de Imo. ff. de lega. j. & ſequitur Iaſon in d. l. Iuriſgentium. §. adeò. quod tene menti. ¶ Secundò iſtud argumentũ poteſt formari alio modo ſic. Totũ infert quãlibet ſuã partẽ de neceßitate, ſiue ſit totũ uniuerſale, ut in l. lucius. cũ ſua not. glo. ff. de fund. inſtru. & in l. Grege. & ſeq. cum ibi no. per Bar. Bal. Pau. de Caſt. & Alexã. de Imo. ff. de lega. j. & in l. peculiũ. ff. de lega. ij. & in l. Cum pater. §. menſe. ubi eſt text. ſing. illo eo. ti. ſiue ſit totum generale, ut in l. fi. §. Qui indiuiſam. & ibi not. per Ioan. de Imo. & alios doct. ff. de lega. ij. & eſt bonus text. in l. Si ita. ff. de auro & arg. lega. ſiue ſit totum in quãtitate, ut in l. Diem proferre. §. Si plures. in uerſi. inde quæritur. ff. de arbi. & in c. j. eo. tit. lib. vj. Siue ſit totum integrale, ut in l. Si quis cũ totum. in princ.

ff.de excep.rei iudi.& in l. Qui ſit.in prin.& ibi glo. ponit cõcordantias pro & contra.ff.de uſu.cũ ſimi. ¶ Vt autem in hac materia plenius inſtruaris, habeaſq; bonam & claram reſolutionem,& non decipiaris, uolo te ſcire, quòd multiplex eſt totũ. Quoddã enim eſt totũ integrale, ut domus. Quoddã uniuerſale: ut animal, fundus inſtructus, grex peculium, hæreditas, menſa, nummularia,& ſimilia. Quoddam generale, ut ueſtis, ornamentũ & ſimilia. Quoddam in quantitate, ut decem,& de quolibet uideamus per ordinem.

¶ Et in primis, à toto integrali ad partem integralem uel eſſentialem non ualet argumentũ negatiuè: ſed bene affirmatiuè. Non enim ſequitur, non eſt domus, ergo non eſt paries: ſed affirmatiuè bene ualet, domus eſt, ergo paries eſt.

¶ Econtra autẽ à parte integrali ſeu eſſentiali, ad totũ integrale, ualet argumentũ negatiuè: ſed non affirmatiuè. Vnde bene ualet. Non eſt paries, ergo non eſt domus. Sed nõ ſequitur, paries eſt, ergo domus eſt, potes etiam ponere aliud exẽplũ de toto, & parte integrali in uſufructu & dñio: uſusfructus enim eſt pars integralis dñij: q̃a uſusfru. et nuda ꝓprietas ſimul iũcta, faciũt dominiũ plenũ: ſed uſusfructus non eſt pars dominij ſubiectiua uel prædicamẽtalis, ut uult glo.ord.not.in l. Rectè.ff.de uerb.ſigni.& glo.in l.iiij.ff.de uſufruct.de quo uide plenè per Bar.in d.l. Qui uſumfructũ, & tantum de toto & parte integrali. ¶ A` toto autẽ uniuerſali ad partẽ ſubiectiuã, ualet argumẽtum negatiuè, ſic. A` quocunq; remouetur genus, remouetur & quælibet eius ſpecies, de quo dixi ſuprà in loco à remotione generis: & ſimiliter affirmatiuè, ſi ad uim cõprehẽſiuã reſpectũ habeamus: dictis legibus lucius, grege, peculiũ, cum pater.§.menſæ.cum ſimi. Sicut dicimus in ſimili, ꝙ exceptio eſt de regu-





la: quantum ad uim comprehenſiuã, ut dixi ſuprà in loco ab exceptione ad regulã: ſed ſi ex ſubſiſtentia totius uniuerſalis arguere uelimus affirmatiuè ad ſubſiſtẽtiã alicuius particularis, non ualet cõſequentia. ¶ Exẽplũ primi, bene ualet cõſequentia: non eſt animal, ergo nõ eſt homo. ¶ Exemplũ ſecundi, bene ualet conſequentia, grex legatus eſt, uel peculium legatum eſt, ergo hoc particulare animal, quod eſt de grege: uel hæc particularis res, quæ eſt de peculio, cenſetur legatũ uel legata: iuribus ſuprà proximè allegatis. ¶ Exẽplum tertij nõ ſequitur: animal eſt, ergo homo eſt: quia poteſt uerificari in aſino. Nec ſequitur grex eſt, ergo ouis, quæ heri fuit de grege, hodie ſubſiſtit. l. Si grege.ff.de lega.j.ubi eſt caſus. ¶ Hoc tamen uerũ eſt, ꝙ quando ſignũ uniuerſale præcedit genus uel totum uniuerſale: tũc poſito genere ſeu toto, neceſſariò ponitur quælibet eius ſpecies: unde bene ualet cõſequentia omne animal currit, ergo omnis homo currit. l. Si is qui ducenta.§. Vtrũ. & ibi Bar. & doct.ff.de rebus dubijs.& aliquid habetur per eundẽ Bar. in l.j.§. Nunciatio.ff.de noui oper.nũcia. ¶ Hoc ultimũ tamẽ limito & intelligo uerũ, niſi aliqua ſpecies probetur excepta uel exẽpta. tex.eſt iuncta ſua not.glo.in l.fi.C.ſine cẽſu, uel reliquis fundũ cõparari nõ poſſe.& in c. Cũ epiſcopus.de offi.ord. lib.vj. quod tene menti, quia poteſt quotidie accidere, quãdo alicui oppido uel cõmunitati datur priuilegium generale, in præiudiciũ alterius, qui habet ſpeciale priuilegiũ cõtrariũ: de quo uide latius per doc.in regula Generi, de regulis iuris li.vj.& in c.j.de reſcri.in antiquis. ¶ Hoc tñ uolo te ſcire, ꝙ ſi ſigno uniuerſali affirmatiuo præponatur uel poſtponatur negatio, ut ſi dicatur, nõ omne animal currit: uel omne animal nõ currit, hæc negatio præpoſita uel poſtpoſita alte-

rat omnino uim & uirtutẽ primæ propoſitionis uniuerſa= lis affirmatiuæ. pro cuius intelligẽtia ne decipiaris, uolo te ſcire, ꝙ negatio præpoſita ſigno uniuerſali affirmatiuo fa= cit æquipollere ſuo cõtradictorio. tex. eſt in l. j. & ibi Bal. Sali. & doc. not. C. quomo. & quã. iud. & probatur in l. in= ter cauſas. §. Nõ omnia. ff. mãdati. & in l. pe. ff. de flumi. & in l. Iuſiurãdũ & ad pecunias. §. Nõ ſemper. ff. de iureiu. & in l. ſolutum. §. fi. & ibi glo. not. ff. de pigno. actio. ¶ Sed ſi negatio poſtponatur ſigno uniuerſali affirmatiuo, tũc facit æquipollere ſuo contrario. tex. eſt in l. legitimos. §. An er= go. & ibi glo. Bar. Bald. & doc. ff. de legit. tuto. & uult idẽ Bal. in præal. l. j. C. quo. & quan. iud. & Sali. in l. ij. C. de cu= ſto. & exhibi. reor. & eſt bonus tex. in l. fi. circa med. & ibi Sali. not. C. de bon. liber. Hoc uerũ, niſi contrariũ appareat eſſe de mente loquentis. l. Si ſeruus. §. Si pluriũ. & ibi Bar. ff. ſi quis cautio. & c. ſi cõtra unũ. & ibi Io. And. Domini. Phil. Frã. & doc. canoniſtæ not. de offi. deleg. li. vj. ¶ Nega= tio uerò præpoſita & poſtpoſita, æquipollet ſuo ſubalter= no. tex. eſt in l. unica. in prin. C. de cadu. toll. et uult not. Bar. in extrauagãti, Quoniã. in prin. in ti. qui ſint rebelles. quod tene menti. Et iſtud eſt utile ualde, quia habens ius in toto uel in uniuerſo, fundat intentionẽ ſuã in qualibet eius parte. d. c. Cũ epiſcopus. ¶ Et hinc eſt, ꝙ comites & domini tẽpo rales fundãt intẽtionẽ ſuã de iure cõmuni, quo ad res ſitas in fra limites ſuæ terræ, reſpectu iuriſdictionis, & epiſcopus in ſua diœceſi. d. c. cũ epiſcopus. Sicut imperator fundat in tentionẽ ſuam reſpectu totius orbis. l. Bene à zenone. C. de quadriẽ. præſcrip. cũ ſimi. De quo tamẽ uide latius per Pa= nor. & alios in d. c. ſi diligẽti. et in c. Per uenerabilẽ. qui fi= lij ſunt legit. Econtrà autẽ, à parte ſubiectiua ad totum uni= uerſa



uerſale, ualet argumẽtatio affirmatiuè. ſed nõ negatiuè. Be= ne enim ualet cõſequẽtia: homo eſt, ergo animal eſt: ſed non ſequitur, nõ eſt homo, ergo nõ eſt animal, de quo uide quod dixi ſuprà in loco à remotione generis, & in loco à poſi= tione ſpeciei. & quod not. per glo. & Archid. in c. pœnale. xiiij. q. v. ubi recurre, & tantũ de toto uniuerſali & parte ſubiectiua. ¶ A' toto autẽ generali etiã procedit argumẽ= tatio affirmatiuè: & infert quamlibet ſuam ſpeciem, ſed non econtrà, ut patet in d. l. fi. §. Qui indiuiſam. & in d. l. Si ita. ¶ Magna autem eſt differentia inter totum uniuerſale, & totum generale, ut uideri poteſt ex nota. per Pau. de Caſt. & Alexã. de Imo. in d. l. Grege. & per Ioan. de Imo. in d. c. fin. §. Qui indiuiſam. & per Cy. in l. fi. C. quæ res pignori obliga. poſſ. ad quos breuitatis gratia te remitto. ¶ A' toto autem in quantitate ad partem ualet argumẽtatio affirma= tiuè. Vnde poſito uel cõceſſo toto, cenſetur poſita uel cõceſ ſa quælibet pars totius. d. l. Quæ de tota. & d. l. Diem pro= ferre. §. Si plures. & d. c. j. & præal. l. ſi quis cũ totũ. Vnde qui poteſt totam cauſam delegare poteſt & quemlibet eius articulũ delegare. d. c. paſtoralis. §. Itẽ cum totũ. ubi de hoc eſt caſus. ¶ Procedit etiã argumentatio à toto in quãtitate ad partẽ negatiuè, ut probatur in d. c. Super quæſtionũ. §. fi. & ibi Card. not. quod tene menti. ¶ Ecõtra autẽ à parte ad totũ in quãtitate regulariter procedit argumentũ nega= tiuè. d. l. ſi quis cũ totum. cum ſimil. ¶ Et iſto argumento à parte ad totũ negatiuè utitur Pau. de Caſt. in l. j. C. de epiſ. aud. quẽ omnino uide: quia decidit ꝑ hoc unã q. quotidianã. iſto argumento etiam utitur Bal. in l. maximũ uiciũ. C. de li= be. præte. et de eo cõmemorat gl. in c. prudẽtiã. ſuper uerb. Cõtra formã. de offi. deleg. & doc. in pluribus alijs paſſibus

 quos

quos commemorare magis eſſet laborioſum, quàm ſubtile. ¶ Interdũ tamẽ iſtud argumẽtũ, à parte ad totũ, in quãtitate procedit affirmatiuè: quãdo aliàs res non haberet effectũ. tex. eſt not. in l. qui ꝓcuratorẽ dat. ff. de procu. ubi ꝓbatur ꝙ cui cõceditur antecedẽs, cõceditur et cõſequẽs, de quo uide quod dicam latius, infrà in loco à cõceſſione antecedẽtis. Et procedit iſtud argumentũ à toto ad partem, etiam in teſte, ut uult Bal. in præal. l. Cõuenticulã. in pe. col. ¶ Semper enim totũ infert quamlibet ſuã partẽ: ſiue loquamur de toto integrali, ſiue de toto in quãtitate, aut numerabili, ſiue de toto generali, ſiue de toto uniuerſali. Exẽplũ primi, ut ſi formaui articulũ de poſſeſſiõe partis, et teſtis dicat de toto: includit partẽ. Exemplũ ſecũdi, ut ſi formaui articulum de quinq;, & teſtis deponat de decẽ: ꝓbat. Exẽplũ tertij, ut ſi formaui articulũ ꝙ Titius promiſit chlamydẽ uel ueſtẽ, & teſtis dicit quòd promiſit omnia: probat. l. pe. cum gl. C. qui bo. ced. poſ. Exemplũ quarti, ut ſi formaui articulũ ꝙ Titius reliquit mihi mobilia, & teſtis deponit ꝙ reliquit mihi hæreditatẽ: probat. Et ratio præmiſſorũ eſt: quia quotiẽs uno conceſſo, alterũ de neceſſitate ſequitur: probato eo ex quo ſequitur: ꝓbatur id quod ſequitur de neceſſitate, ſecũdũ Bal. ubi ſuprà: quod tene menti, quia ſeruit quotidie in practica.

## LOCVS À NOMINE OFFICII DIgnitatis uel appellatiuo. LXXXI.

PRæterea habemus in iure locũ à nomine officij, dignitatis uel appellatiuo, à quo ſumptum argumentum eſt forte, frequẽs & utile. Et formatur dupliciter ad duplicem effectũ. Vno modo ſic. Vnũquodq; eſt tale, quale denominatur ab appellatiuis. tex. eſt not. in l. Annua. §. j. ff. de ann. lega. & bonus tex. in l. Lucius. §. j. ff. de fideicõ. liber. & in l. j. in fi. C. de offi. præfe. urb. Romæ, quos tex. ad hoc not. Bal. in l. Conuenticulam. C. de epiſ. & cleri. ego autẽ ad hoc allego tres alios tex. not. cum una ſingu. limitatione. Vnus eſt in c. quoniã abbas. cum ibi not. per gl. & doc. de offi. deleg. Vbi habetur, ꝙ multũ refert, an cõſtituto dignitate cõmittatur cauſa à ſede apoſtolica, ſub nomine dignitatis uel appellatiuo: an ſub nomine ꝓprio. Quia primo caſu, eo mortuo etiã re ĩtegra trãſit cõmiſſio ſeu delegatio ad ſucceſſorẽ ĩ dignitate: nõ autẽ ſecũdo caſu. Alius tex. eſt in l. Nonnunquã. ff. ad Trebel. ubi ſingulariter habetur quòd fideicõmiſſum relictum pluribus hæredibus, ſub nomine appellatiuo hæredũ debetur pro portionibus hæreditarijs: ubi aliàs relictũ pro prijs nominibus expreſſis, debet pro uirilibus portionibus. Alius & tertius text. eſt in l. Si communis ſeruus ita. ff. de ſtipul. ſeruo. Vbi habetur quòd multũ intereſt, an ſeruus cõmunis ſtipuletur dominis ſuis ſub nomine appellatiuo: an ſub nomine proprio. quia primo caſu acquiritur ipſis pro portione, qua ſunt domini. ¶ Secundo uerò caſu acquiritur ipſe pro uirilibus portionibus. Sed iſtud limitatur uerum, quando diſpoſitio per omnia pariter eſt proportionabilis perſonæ, uel dignitati: & ita procedunt iura ſuprà allega. Vbi autem ſunt coniecturæ magis urgentes, quòd perſona fuerit contemplata quàm dignitas: diſpoſitio erit cenſenda perſonalis, licet fiat expreſſio dignitatis, officij uel nominis appellatiui. tex. eſt de hoc ſing. in c. Requiſiſti. de teſt. ubi ſingulariter probatur, quòd legatum relictum epiſcopo ab extraneo præſumitur relictũ intuitu eccleſiæ, ſed legatum relictũ epiſcopo à cõſanguineo uel propinquo præſumitur relictũ intuitu perſonæ: nec diſtinguit ibi tex. utrum ſit ex-

preſſum nomẽ propriũ uel appellatiuũ.imò ſemper loquitur in nomine dignitatis.de quo uide ibi latius per Panor. And.Sicu.& poſteriores,et in locis per eos cõmemoratis, quòd tene menti,quia eſt quotidianum: & ſeruit ad multa. ¶ Quid autẽ erit,ſi expreſſo nomine proprio & appellatiuo diſponẽs in altero errauerit.uide tex.ſing.in l.habebat. cum ibi not.per doc.ff.de reb.dub. Et quid ſi utrunq; nomẽ tam propriũ quàm appellatiuum eſt expreſſum,& in eius expreſſione nõ eſt erratũ:quid tunc erit,& quod inſpicere debemus,uide in d.l.Si cõmunis ſeruus ita.& in d.c.Quoniã abbas cum utrobiq; not.ad quæ loca, breuitatis gratia, te remitto. ¶ Secundò iſtud argu.poteſt formari aliter ſic. Talia ſunt ſubiecta,qualia prædicata demõſtrant ſeu permittũt.tex.eſt in l.iij.in prin.& ibi Bar.no.ff.de fun.inſtru. & bonus text.in l.Si defenſor. §.Qui interrogatus. & ibi Bal.no.ff.de interro.act.& bonus text.in.§.præterea.in fi. Inſti.de inuti.ſtipu.& tex.pulcher in c.Inter dilectos.cum ſua gl.in uer.Nequiuiſſet.de fide inſtru.& ibi Car.& Feli. dicunt illã gl.eſſe ſing.ut ibi uidere poteris per eos:& nullam mentionẽ faciũt de prædictis legibus,nec de glo.c.Dudum.in fi.de deci.quæ idẽ dicit.A` quocũq; enim remouetur prædicatũ,remouetur & ſubiectũ:quia prædicatũ qualificat ſubiectũ, ut ſic ſubiectũ intelligatur, ſecundũ naturam prædicati,ut patet in dictis iuribus: quod facit ad multa. ¶ Et inter alia gratia exẽpli pro inſtructione iuuenũ iſtud primò facit ad hoc,ꝙ ſi teſtis ꝑducatur ſuper ueritate alicuius facti,& ſuper fama,& interrogatus ſuper articu.de ueritate,dicat ſe nihil ſcire:uel dicat ſe nihil aliud ſcire, qđ per hoc nõ uidetur depoſuiſſe de fama:quia de fama nõ fuit interrogatus,& reſpõſio refertur ad interrogata,& ideo ſuper



ſuper fama debet interrogari.Ita ſing.dicit Bal.poſt Mart. Sillamadi in d.§.Qui interrogatus.per illum tex.quod tene menti. ¶ Secũdò iſtud facit ad hoc,ꝙ ſi teſtis dicat Titium poſſediſſe x.annis,ut habet articulus,& interrogatus quomodo ſcit,dicit quia uidit,licet dicta cauſa ſciẽtiæ uideatur inſufficiens prima facie: quia potuit uidiſſe per unã diem, tamẽ quia ratio intelligẽda eſt ſecundũ d.§.Qui interrogatus, iudicanda erit ſufficiens:quia illa quæ ſunt in termino ad quem fit relatio,intelliguntur ſpecificata in termino referente.l.in ſumma.ff.de re iudi.ita ſing.dicit Bal.in præal. leg.§.Qui interrogatus,quod tene mẽti. ¶ Tertiò iſtud facit ad hoc,ꝙ ſi ſecuritas uel ſaluus conductus fuit determinatè petita uel petitus,& conceſſa uel cõceſſus indeterminatè,tunc illa cõceſſio indeterminata intelligitur ſecundũ petitionẽ determinatã.per d.§.Præterea.Inſti.de inuti.ſtipu.& alia iura ſuprà alleg.Ita ſingu.dicit Bart.in l.j.ff.ad legẽ iul.maieſt.& ſequitur Panor.in c.ij.de treuga & pace.& eſt de mente Ang.in d.§.Præterea.quod tene menti. ¶ Quartò iſtud facit ad hoc,quòd ſi teſtator in teſtamẽto ſubſtituẽdo dicat,ſi filius meus deceſſerit ſine hærede(quod intelligitur,id eſt ſine liberis:ut eſt tex.ſingu.in l.Ex facto. §.fi.ff.ad Trebell.)ſubſtituo Titium & eius hæredes: hoc caſu filio teſtatoris decedente ſine liberis, & Titio ſimiliter decedente ſine liberis, non uocabitur iure ſubſtitutionis pater Titij, nec frater Titij uigore uerbi hæredes, ſed euaneſcet hoc caſu ſubſtitutio:& remanebunt bona apud proximos hæredes teſtatoris. Nam talia ſunt ſubiecta,qualia prædicata demõſtrãt.d.l.Si defenſor.§.Qui interrogatus. ita not.dicit Bal.in c.Vnico.de natura.ſucceſ.feudi in uſib. feudo.quod tene menti:quia eſt ſubtile & ualde ſingulare. Quintò

¶ Quinto iſtud facit ad hoc, ꝙ uigore cõſuetudinis Selan-
diæ diſponentis quòd per contractũ matrimonij omnia bo
na cõmunicẽtur inter uirũ & uxorẽ: ita ꝙ uno decedẽte ſu-
perstes ſuccedat in dimidia omniũ bonorũ per eos cõmuni-
ter poſſeſſorũ: uxor ſuperstes nõ poterit ius prætendere in
bonis mariti, extra territorium comitatus Selãdiæ ſituatis,
niſi quatenus tribuit cõſuetudo loci ſituationis bonorũ: etiã
ſi in teſtamẽto primi decedẽtis dicatur, quòd uult cõiugi ſu
perſtiti ſeruari dictã cõſuetudinẽ, & ꝙ ipſa poſſet auctori
tate ꝓpria apprehẽdere medietatẽ omniũ bonorũ, per eos
cõmuniter poſſeſſorũ: etiã ſi addatur clauſula (ubicũq; lo-
corũ illa fuerint ſituata) quia talia debẽt eſſe ſubiecta: ideſt
uerba teſtatoris, qualia prædicata demonſtrãt: hoc eſt cõdi
tio & natura cõſuetudinis, qua inductus eſt teſtator ad te-
ſtandũ uel relinquendũ: modò ſic eſt ꝙ natura cõſuetudinis
eſt non includere bona extra territoriũ ſituata: ut eleganter
dicit Io. And. in addi. ad Spec. in ti. de inſtru. edi. in. §. Cõpen
dioſe. in uerſi. quid de cõſuetudine. & uolũt doct. in l. Cun-
ctos populos. C. de ſum. tri. & fi. cath. ergo eodẽ modo in-
telligenda erũt uerba teſtatoris. Nec obſtat generalitas illo-
rum uerborũ (ubicunq; locorũ, &c.) quia illa generalitas
relata ad locũ debet intelligi & reſtringi ſecundũ ſubiectã
materiã, ſicut generalitas relata ad bona, ut not. per gloſ. in
l. Si duo. in prin. in uer. ubiq;. ff. de conſti. pecu. & facit tex.
in c. Vt animarũ. §. ſtatuto. de conſti. li. vj. & l. fi. §. Cui dul-
cia. ff. de uino, triti. oleoq; leg. Ita ſing. decidit Pe. de Anch.
in cõſil. ſuo cxliij. incip. In Chriſti, &c. Viſis & diligenter
inſpectis, &c. quod tene mẽti: quia eſt ſingulare, ſubtile et
quotidianũ. ¶ Sextò per iſtud ſing. dixit Bal. in l. j. §. Quod
ſi nemo. ff. quod cuiuſq; uniuerſi. nomi. quod dictante ſtatu
to



to quòd quælibet uilla in qua ſunt xxv. focularia uel ultra de
beat tenere x. equos exercitus, uel ſoluere centum aureos in
menſe: licet regulariter omne onus ſolui debeat per ſolidum
& librã. ut not. uult Inno. in c. Grauẽ. de ſen. excom. Tamen
in hoc caſu, tale onus ſolui debebit per focos & nõ per ſo-
lidũ & librã: ex quo in ſtatuto fit cõmemoratio foculariũ,
arg. d. l. fi. §. Cui dulcia. ibi ex collatione uini amphorarij:
& quia talia debẽt eſſe ſubiecta, qualia prædicata demon-
ſtrant, iuribus ſuprà alleg. quod tene menti. ¶ Septimò per
iſtud ſing. dixit Bal. in l. Ius pluribus. in fi. ff. de iuſti. & iur.
quòd illa clauſula quæ poni cõſueuit in literis papæ (quod
iuſtum fuerit decernatis, &c.) reſtringitur ad petita. & ſic
etiã debet intelligi illud reſponſum principũ, fiat ius, ſecun
dum cum ibidem, quod tene menti. ¶ Octauò iſtud facit ad
hoc, quòd ſi non appareat de libello, quia acta fortè ꝓpter
antiquitatẽ ſunt perdita, debemus ex uerbis ſentẽtiæ præſu
mere qualitatẽ libelli ſeu petitionis: quia talia ſunt ſubiecta
qualia prædicata demonſtrant ſeu permittunt. ita ſingu. di-
cit glo. & poſt eam Panor. in d. c. Dudum. quod tene mẽti,
quia eſt ſingulare & quotidianũ. ¶ Et quemadmodũ dixi
ſuprà, quòd talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata demõſtrãt
ſeu permittũt: ita etiã econtra. Talia debent eſſe prædicata,
qualia permittunt ſubiecta. text. eſt not. in l. j. in fine. & ibi
Odofr. not. C. de ſer. fugi. & bonus tex. in l. j. §. j. ff. depoſi-
ti. & in l. Tranſigere. & ibi etiã Odofre. C. de tranſact. &
bonus tex. in l. Nam quod liquidè. in fi. ff. de penu leg. ubi ha
betur quòd ſi lego omnẽ penũ dempto uino quod eſt Ro-
mæ, cẽſetur legata ſola penus, quæ eſt Romæ: ſequẽtia enim
declarant præcedẽtia, & ecõtra. l. Si ſeruus plurium. §. fi. ff.
de leg. j. cum ſimi. ¶ Hoc tamen uolo te ſcire, & memoriæ
commen

commendare, quod clauſula præcedens eſt maioris efficaciæ ad determinationem ſequentium, quàm clauſula ſequẽs ad determinationem præcedentiũ. de hoc eſt tex. cum gloſ. in l. Quiſquis. & ibi Bar. not. ff. de leg. iij. & idem Bart. in l. Auia. in prin. ff. de condi. & demon. quod tene menti, quia facit ad multa: & uide quod dixi ſuprà in loco à generalite, & in loco à ratione legis larga, ampla, ſeu generali ad extenſionem ipſius legis, & in loco à ratione legis ſtricta ſeu limitata ad reſtrictionem ipſius legis, ubi recurre.

## LOCVS À NATVRA DICTIONIS IMPLICATIVAE. LXXXII.

PRæterea habemus in iure locũ à natura dictionis implicatiuæ (qualis eſt dictio maxime, etiã, præſertim, et ſimiles) à quo ſumptũ argumentũ eſt forte, frequẽs & utile. Et formatur hoc modo, Dictio implicatiua deſignat, implicat, ſeu importat idem eſſe in caſu cõtrario. glo. eſt ord. in l. Illud. ff. ad l. aquil. & glo. in l. Quod ſi minor. §. Reſtitutio. ſuper uerb. In uenditione. in fi. ff. de mino. & glo. in c. Auditis. de elect. & glo. in c. Ad abolendam. de fil. præſbyt. & glo. in c. Sacro. ſuper uerbo, laudabilis. de ſen. excom. & glo. in c. Per tuas. & ibi Panor. de ſimo. & uolunt Panor. Ioan. de Imo. & doct. in c. Damnamus. de ſum. trini. & fide cath. & probatur in l. Si quis pro uxore. in prin. ff. de dona. inter uirum & uxo. & in l. qui ſe patris. C. unde liberi. ¶ Hinc eſt ꝙ, in lege uel canone ubi ponitur dictio implicatiua, non poteſt ualidè ſumi argu. à cõtrario ſenſu, ut eſt glo. ord. in l. Cõuenticulã. & ibi doc. C. de epiſ. & cle. Et ratio eſt: quia argumentũ à cõtrario ſenſu, procedit dũtaxat, ubi eſt cõtraria rõ: ut eſt tex. in l. Si extraneus. ff. de condi. cauſ.



cauſ. da. cau. nõ ſecu. quã ad hoc põderat Bal. in l. Apud antiquos. C. de fur. ¶ In duobus tamẽ caſibus dictiones implicatiuæ perdũt officiũ & naturã propriã. Primò quãdo genus præcedit dictionẽ implicatiuã, ut in extrauag. ad reprimẽ. & in cõſtitutione habita. C. ne fil. pro pat. Tũc enim dictio implicatiua in ſpecialiter expreſsis ſignificat rationẽ fortius uigere. ¶ Secundò, quando reſultaret correctio iuris. Tũc enim dictio implicatiua abũdat uel impropriatur, & ponitur pro tantũ: ut pulchrè declarat Bar. in d. extrauag. ad reprimen. ſuper uer. maxime. & dixi ſuprà in loco à cõtrario ſenſu, quod tene mẽti, quia facit ad multa.

## LOCVS À TRACTATV, SEV À PERPLEXITATE. LXXXIII.

PRæterea habemus in iure locũ à tractatu ſeu à perplexitate: per quem quicquid reſpondetur ſemper cõcluditur reſpondẽtẽ dicere falſum. tex. habes & exemplũ in l. qui quadringenta. ff. ad l. falci. ¶ Circa quod uolo te ſcire, ꝙ quæſtio perplexa & quodãmodo indiſſolubilis apud dialecticos uocatur tractatus: ut dicit text. in d. l. qui quadringenta. Apud legiſtas uerò uocatur implicita: ut eſt glo. ord. in l. Ita ſtipulatus. ſuper uerb. Spondes. ff. de uerb. obli. quã ad hoc not. Alex. in d. l. Qui quadringenta. ¶ Secundò uolo te ſcire, quòd in perplexis ſeu implicitis regulæ legiſtarũ ſicut dialecticorũ fallunt. text. eſt no. in l. ſi Titius. & ibi Bal. Ang. & Ioan. de Imo. hoc not. ff. de uerb. oblig. & uult Azo in ſumma. C. de contrahen. & committen. ſtipula. & gloſ. ord. notab. in d. l. Ita ſtipulatus. ſuper uerbo, ſpondes. quẽ omnino uide, quia declarat præmiſſa per exẽpla. ¶ Tertiò uolo te ſcire, quòd duplex eſt perplexitas. Quædam indiſſolu

diſſolubilis, & illa uiciat actū. text. eſt in l. Si Titius. & ibi habetur pulchrè per Pau. de Caſt. ff. de condi. inſti. Alia eſt perplexitas quæ aliquo caſu diſſolui poteſt: & illa non uiciat actū: & ſic loquitur præal. l. Si Titius. ff. de uerb. obli. & iſtud facit ad infinitas pulchras & quotidianas quæſtiones, quas uidere poteris per Ioā. And. in regula, Fruſtra. de reg. iur. lib. vj. in Mercurial. & per Pe. de Ancha. in repeti. regulæ, Acceſſoriū, in. vj. vij. viij. q. de reg. iur. eo. lib. & per Inno. Panor. & cano. in c. Præterea requiſiſti. de appel. & per Bal. in l. Deo nobis. C. de epiſ. & cle. & per Pau. de Ca. in l. Si quis id quod. in prin. ff. de iuriſdi. om. iudi. per glo. & Archid. in c. Vaſis iræ. in. §. Quāuis. xxiij. q. iiij. per Ange. & doct. in l. Arethuſa. ff. de ſtat. homi. per gl. Bal. & Ang. in. l. Arboribus. §. De illo. ff. de uſufruc. per glo. & Archid. in c. Cum renunciatur. xxxij. q. j. per glo. Bal. Ang. & doct. in. §. j. Inſti. de his qui ſunt ſui uel alie. iuris. & per gloſ. & Odofr. in l. Non ſolum. ff. de reſt. in integ. Et inter alia iſtud facit ad quæſtionē illā de duobus ſeruis diuerſorū dominorum, quorū uni dixit dominus, uade ſupra pōtē, & ſi obuiaueris ſeruo, liber eſto. Alteri uerò dixit dominus eius, uade ſupra pontē, & ſi obuiaueris libero, liber eſto, ipſi ſibi inuicem obuiarunt, quæritur quis eorū erit liber, an primus, an ſecundus, an neuter, an uterque: hic eſt quæſtio de puncto. nam in prima obuiatione quilibet reperitur ſeruus, & ſic uidetur quòd primus, cui dictū fuit, Si obuiaueris ſeruo, liber eſto, efficiatur liber, & non alter. Econtrà uidetur quòd etiam alter efficiatur liber: quia ſi primus efficiatur liber, hoc cōtingit eo inſtanti quo obuiat, ſine aliquo interuallo temporis: ergo uerū eſt dicere quòd alter cui dictū fuit, Si obuiaueris libero, liber eſto, ſit liber, quia obuiat libero: de

qua



qua quæſtiōe uide per doc. in præal. l. Arethuſa. & pulchrè per Bar. in l. Si poſt mortē. in prin. ff. de leg. j. & cōmuniter cōcluditur quòd primus cui dictū fuit. Si obuiaueris ſeruo, efficitur liber, & non ſecūdus: de quo uide latius in paſſibus ſuprà cōmemoratis, & pulchrè per Ange. in d. §. j. inſti. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. & aliquid per glo. & doc. in l. Sed & partus. in fi. ff. quod met. cauſ. ¶ Quartò uolo te ſcire, quòd non poteſt quis eſſe taliter poſitus inter duo mala quòd ſit perplexus, ita ꝙ neceſſariò debeat incurrere peccatū mortale, uel etiā ueniale: ſed huiuſmodi perplexitas ſurgit ex fatua & erronea opi. illius, qui ſe perplexū puta: & ſic perplexitas in delictis non eſt dabilis, niſi quo ad fatuam & ſtultā opinionē hominū: ut magiſtraliter declarat glo. ordi. not. xiij. diſt. in prin. & probatur in c. duo mala. & in c. Nerui teſticulorum. eadē diſt. & utrobiq; not. per doc. & propterea iſtud argumentū à perplexitate maximè in delictis eſt apparens, ſed non exiſtens: quod tene menti.

## LOCVS AB EXTREMIS. LXXXIIII.

PRæterea habemus in iure locū ab extremis, à quo ſumptum argumentū eſt forte, frequens & utile. Et formatur dupliciter ad duplicē effectū, Vno modo ſic. Mediū ſapit naturā extremorū. tex. eſt not. in l. Si uerò. §. quod ſi ex mediano. ff. de his qui deiec. uel effud. & bonus tex. in l. Arbor quæ in cōfinio in princ. ff. cōmu. diuid. per quam. l. dicit ibi Bal. quod ſi maleficium cōmittatur in cōfinio: & homo reperiatur proſtratus, ita quòd tangat de utroq; confinio, uterq; dominus poterit procedere cōtra malefactorem: & idem uult ipſe Bal. in l. ij. C. ubi de crimi. agi opor. & Ange.

L in l.

in l.Sanè.ff.de iniur.& habetur pulchrè de hoc per Ioan. And.in regula,In obſcuris.de reg.iu.lib.vj.in mercuria,quē omnino uide.¶ Hinc etiam eſt, quòd ſi unus eſt in confinio duarum prouinciarū,ita quod non appareat de qua ſit: & aliquis habēs domiciliū in aliqua dictarum prouinciarum præſcribit rem ſuam,quòd dicatur præſcribere cōtra præſentē,& non contra abſentē,& ſic ſufficient decē anni:ar gu.d.§.quod ſi ex mediano.Ita not.dicit Io.de Plat.in l.j.C. de fundis limitrophis.li.xj.quod tene menti:quia ſeruit pro intellectu.l.fi.C.de præſcrip.longi tempo.¶ Hinc etiā eſt, quòd quando extrema ſunt licita ſeu permiſſa, tūc etiā medium cēſetur licitum & permiſſum:ut ſic extrema permiſſa trahant ad ſe medium,& ergo citatio decreta intra territorium cōtra ſubditum exiſtentē extra territoriū,ad cōparendum in territorio:eſt ualida,& arctat abſentem,licet notificatio & inſinuatio fiat extra territoriū.Ita notabiliter dicit Bal.in l.Omnes.§.Si uerò apparitor.C.de epiſ.& cler.& Philip.Fran.in c.Romana.§.Cōtrahentes.de foro competen.li.vj.& habetur latè per Card.in cle.Paſtoralis. in uerſic.ut illud.in iij.q.de re iudica. quod tene menti.Nec obſtat.d.cle.paſtoralis.ubi uidetur probari contrariū:quia ad eam dantur multæ ſolutiones & limitationes, ut uidere poteris per docto.in locis preal.& per Bar.in l.j.ff.de requirē.reis & per Bal.in l.Executorē.C.de execut.rei iudi. in duab.ulti col.ubi recurre.¶ Interdum tamē medium non ſapit naturam extremorum,ſed in eo reperitur media iuris diſpoſitio:puta,quando extrema ſunt omnino cōtraria,& in eis reperitur contraria diſpoſitio.tex.eſt in l.Si paterfamiliâs.& in l.Et hoc Tiberius.ff.de hæred.inſti.& in.§.fi. inſti.de uulga.ſubſti.& bonus tex.in aucten.ſed & ſi quis. & ibi



& ibi Bal.no.C.de ſecun.nup.quod tene menti. ¶ Secundò iſtud argumentum formatur aliter ſic:per extrema probatur medium:uel ſic:probatis extremis præſumuntur media. Hinc dicit glo.ordi.not.in c.Volumus.xvj.q.iij.quòd ad probandum præſcriptionē in qua requiritur poſſeſſio cōtinuata,à tempore diffinito à lege uel canone,ſufficit probare poſſeſſionem in princ.& in fi.qua probata præſumitur quòd talis medio tempore poſſedit.& illam gloſ.ſequitur Archid.in d.c.uolumus.& idē imo plus uult Bar.in l.Celſus.ff.de uſucap.& Petrus de Ancha.in conſilio ſuo.v.incip.In Chriſti.& c.pro parte nobilis.& c.in pe.col.& Panor.in c.Accedentibus.de priuile.& idem Panor.in c.Accedens.de conuerſi.coniug.& ibi eſt bona glo.uolens quòd per extrema colligitur medium,adeò quòd ſi in initio actus conſtet aliquē non fuiſſe uoluntariū,& multo tēpore tranſacto idem appareat:præſumitur quòd medio tempore non fuit uoluntarius,quod tene menti.¶ Sed iſtud fallit, quādo media ſunt de ſolennitate: quia tunc probatis extremis non præſumūtur media.ita ſing.dicit Feli.in c.j.in vj.col.de iudi.ubi per hoc dicit,quod licet probetur quòd pars petiuit à iudice aduerſariū citari, et quod aduerſarius citatus eſt:tamen per hoc non præſumitur ꝙ iudex dedit cōmiſſionem citandi,niſi aliter cōſtet,quod tamen requiritur in omni citatione tam uerbali,quàm reali,ut ibi latius per eū:quod tene menti:& uide quod dixi ſuprà,in loco à primo ad ultimum.

## LOCVS À CESSATIONE RATIONIS. LXXXV.

PRæterea habemus in iure locum à ceſſatione rationis: à quo ſumptum argumentum eſt forte, frequens & utile:

utile: text.eſt not.in l.Quod dictũ eſt.ff.de pac.& iſto argumento utitur Bal.in l.j.ff.de offi. eius cui mãda eſt iuriſdict.& Io.de Pla.in l.Vnica.C.de ſalgamo hoſpi.non præben.li.xij. ubi per hoc decidit pulchrã & quotidianã quæſtionẽ, ad quẽ te remitto. Hoc argumento etiã utitur Ludo. de Ro.in ſua aurea repeti.aucten.ſimiliter.in v. col. C.ad l. falcid. ¶ Et formatur hoc modo, ceßante ratione legis, ceſſat lex ſeu diſpoſitio.d.l.Quod dictũ.& c.cum ceſſante.de appel.& c.Et ſi Chriſtus.de iureiu. cum infinitis concord. Et iſtud procedit generaliter, quãdo ratio ceſſat in caſu de quo eſt quæſtio: ſiue hoc contingat ex eo, quod ratio legis non eſt proportionabilis caſui.d. l. Quod dictũ: ſiue ex eo, quod ratio legis eſt correcta. Correcta enim ratione legis, cenſetur correcta ipſa lex.tex.eſt cum ſua ſing.glo.in l.j.in prin.ſuper uerbo, prudentia.ff.de legit.tuto.quã ſequuntur ibi Bar.& doc.& eſt tex.in auct. ingreßi.in fi.iuncta.l.generali.C.de ſacroſan.eccl.& ibi pulchrè de hoc per Sali.in j.& ij.col.& aliquid per Bal.in l.j.ff.ſol.mat.& ibi Alex. reputat.d.gl.pro ſingulari.illã etiã reputat ſing.Io.de Imo. in l.Si uerò.§.de uiro.ff.ſolut.matri.ad quod recurre. ¶ Et hinc eſt, ꝙ licet olim cognati non uocabantur ad tutelã, ex quo non uocabantur ad ſucceßionem: hodie tamẽ correcta dicta ratione uocãtur ad tutelã, ſicut ad ſucceßionem.d.l.j. cum ſua ſingu.glo. quod tene menti: quia poteſt adduci ad multa alia, ut uidere poteris ex his quæ latè dixi ſuprà in loco à ratione legis larga, ampla, ſeu generali ad extenſionẽ ipſius legis, circa prin.ubi recurre. ¶ Sed iſtud debet limitari duobus modis. Primò, ut procedat quãdo cauſa ſeu ratio legis eſt finalis: ſecus ſit ſi impulſiua tantùm, quia tunc ceſſante cauſa, nõ ceſſat effectus ſeu diſpoſitio.l.j.§.Sexum. ff.de



poſtulã.& l.ij.§.fi.ff.de dona.& habetur per canoniſtas in c.Poſt translationẽ. de renuncia. & eſt bona glo. in c.Cupientes.in prin.ſuper uerbo, Periculoſis. de elect.li.vj. Hoc tamẽ reſtringe & intellige, ut dixi ſuprà in loco à cõtrario ſenſu, ubi recurre. ¶ Secundò iſtud limitatur uerum, quãdo unica duntaxat eſt cauſa finalis legis: ſecus ſi ſint plures quarum quælibet per ſe ſufficit: tunc enim una ceſſante non ceſſat diſpoſitio, ſed forma remanet.tex.eſt cum glo.in §.Affinitatis.& in.§. Socrum.Inſti.de nup.& tex.pulcher in l.Si non lex Eliaſcentia.& ibi Bal.& expreßius Ioan.de Imo.ff.de hæredi.inſti.& tex.cum glo.in l.Si uentri.§.j.ff. de priuile.credit. quod tene menti: & uide quòd dixi latius ſuprà in loco à contrario ſenſu, ſumendo in uerbis legis. Si autem uis ſcire quomodo cognoſcitur, quòd ratio ſeu cauſa poſita in aliqua lege uel canone eſt impulſiua uel finalis, uide Bal.in l.Generaliter.C.de epiſ.& cleri.& Bart.in extrauagati ad reprimendũ, in uer. Nec ex eorũ abſentia. & Iaſon in auct.quas actiones.C.de ſacroſan.eccle. qui uolunt quòd tunc ratio eſt impulſiua, quando deciſio eſt generalior quàm ſit ratio: ſi autẽ econtra, ratio eſt generalior deciſione uel æquè generalis: tũc eſt finalis & non impulſiua: quæ omnia tene mẽti, tanquã pulchra, utilia & quotidiana.

## LOCVS A' PRAESVMPTIONE EIVSDEM FACTI. LXXXVI.

PRæterea habemus in iure locũ à præſumptione eiuſdẽ facti, à quo ſumptũ argumentũ eſt forte, frequens & utile: & formatur hoc modo: Pluralitas in dubio non præſumitur, niſi probetur.tex.eſt not.in l.Pomponius ſcribit ſi frumentũ.in fi. & ibi Iac.Butriga.ff.de rei uendica.& bo-

nus tex.ſecundũ unum intellectum,in c.Cum Ioannes heremita.de fide inſtru.& hoc tenet Bal.per plures leges,in l.ij. C.de erro.aduoca.& idem Bal.in l.Couenticulã. C.de epiſ. & cleri.& idem Bal.in l.j.in ij.col. C. quando prouo. non eſt neceſ.& idem Bal.in l.Neq; natales.in ij. col. C.de proba.& not.per glo.& doc.in l.Eũ qui.§.In popularibus.ff. de iureiu.& per glo.in l.qui iuraſſe.§.Si pater.& ibi Alex. de Imo.illo eo.ti.& firmat Feli. in d.c.cũ Ioannes heremita.quẽ omnino uide: & idem uolunt Anto.de Butr.Ioan.de Imo.& Panor.in c.in præſentia.per illũ tex.de proba.& idem Io.de Imo.in l.is qui reus.in pe.col.ff.de publi.iudi.& idem Io.de Imo.& Alex.in l.Scire debemus. in princ. ff.de uerb.obli.¶ Et hinc ſing.dicit Bar.in l.triticũ.ff.de uerbo. oblig.quòd ſi cõſtet aliquẽ recepiſſe à me mutuo centũ: & deinde ex interuallo idẽ per ſolẽnẽ ſtipulationẽ promittat mihi ſoluere centũ,ex cauſa mutui: & ego petam bis centũ. ipſe autẽ dicat ſtipulationẽ intelligi de eiſdẽ centum primò mutuatis,quod in dubio ſtipulatio etiã ex interuallo interpoſita, præſumetur eſſe de eiſdẽ centũ, & non de diuerſis: quia in dubio non debet præſumi pluralitas,maximè quãdo ſequens actus poteſt aliquid operari, ut ibi latius per eum, quẽ in hoc ſequũtur ibidẽ Pau.de Ca.Ang.Io.de Imo.Alex. & cõmuniter doc.quod tene mẽti.¶ Hinc etiam dicit ſing. Franci.de Aret.in conſilio xxxvj. & eſt de mente Bal.in l. Teſtium in viij. col.C. de teſti. quòd ſi unus ex teſtibus deponat de certo actu cum loco & tempore certo: & alter teſtis teſtificatur de actu ſine tempore & loco, quia fortè non eſt interrogatus,uel dicit ſe non recordari: tales teſtes ſunt conteſtes & non ſingulares: quia ſecundus præſumitur teſtificari de eodem actu, de quo primus, ne pluralitas actuum



actuum præſumatur: quod tene mẽti.¶ Hinc etiam dicunt ſing.Ioan.de Imo.& Alex.in d.l.Scire debemus.poſt Bart. quòd ſi peto quinquaginta tanquã promiſſa, & probo de centũ:obtinebo in quinquaginta petitis: quia non præſumitur pluralitas promiſſionis ſecundum eos, quod tene menti. ¶ Hinc etiã eſt, ꝙ in actu iterabili abſolutoria lata in primo non parit exceptionẽ rei iudicatæ in ſecũdo: dummodo probetur iteratio quæ non præſumitur:Si ergo non probetur iteratio,obſtat exceptio.Ita uult tex.notab.in l.de eo.§. Sæpius.& ibi Bal.ff.ad exhiben. quod tene menti. ¶ Sed id quod dixi ſuprà, ſcilicet, non præſumi pluralitatẽ uel iterationem actus limitatur dupliciter. Primò ut non procedat, quando actus apparet factus ſub duplici forma: quia tunc præſumitur fuiſſe iteratus.tex.eſt ſing.in d.c.Cũ Ioãnes heremita.inducendo ut eum ibi ponderãt & inducũt Bal. & Feli.de quo ibi latius per eos.& facit.l. Licet. C.locati.ſecũdũ intellectũ quẽ tãgit ibi Ang.¶ Secũdò iſtud limitatur non procedere,quãdo ageretur de cõcordandis dictis teſtiũ cõtrarijs.text.eſt ſing.ſecũdũ unũ intellectũ in c.cum tu.de teſti.de quo uide latius per Io.de Imo. Panor. Feli. & alios ibidem,& per Feli.in præal.c. Cum Ioannes heremita.quæ omnia tene menti tanquam pulchra, ſingularia, utilia & quotidiana: & uide quod dicam infrà in loco ſequenti.

## LOCVS A' DIVERSITATE TEMPORVM. LXXXVII.

PRæterea habemus in iure locũ à diuerſitate tẽporũ, à quo ſumptũ argu.nedũ eſt ꝓbabile ſed forte frequẽs, et utile.Et formatur dupliciter.uno modo in actu iterabili: & tũc formatur ſic,A' diuerſitate tẽporũ ſeqtur diuerſitas facto

factorũ.tex.eſt in l.nũquã plura.ff.de priua.deli.& bo.tex. cũ ſua ſing.gl.in c.Nihilominus.iij.q.ix.& habetur per gl. ord.in c.Cum igitur.in prin.xxxv.q.j.& per Bar.in l.Denunciaſſe.§.quid tamẽ.quẽ legit ſub.l.Qui uxori.ff.ad l.Iul. de adul.& per Bal.in l.j.in xv.col.C.qui accuſa.nõ poſ.& per eundẽ Bal.in l.Cõuenticulã.C.de epiſ.& cler.per Spec. in tit.de teſte.in.§.Iam de interrogatorijs.in uerſic. quid ſi unus.& per Panor.& alios Cano.in c.Cum tu.de teſti.& per Pau.de Caſt.in l.Cũ te.C.de proba.& faciunt not.per glo.ord.ſing.in l.Pãtonius.§.rei perduellionis.ff.de acqui. hære.¶ Et hinc eſt,ꝙ ſi per duos teſtes probetur,quòd tu cõmiſiſti adulteriũ de menſe Maij in tali loco: & per alios duos probetur quòd cõmiſiſti adulteriũ de menſe Auguſti in alio loco: probatũ eſt adulteriũ bis fuiſſe cõmiſſum,ſecũdum Panor.& alios in præal.c.Cũ tu.& ſentit Io.And.in d.§.Iam de interrogatorijs.uer.qd ſi unus.Si aũt unus teſtis deponat de adulterio cõmiſſo uno tẽpore,& alter de adulterio cõmiſſo alio tẽpore,ambo ſunt ſingulares,& nõ probant.c.Bonæ.j.de elect.cum ſi.Et ſi poteſt cõſtare de unitate actus,uel per cõfeßionẽ partis,uel ex dictis ipſorum teſtium:tunc tales teſtes non probant: ſed tanquã falſi teſtes ſunt puniendi.Hoc probatur multùm bene in c.Cũ Ioannes heremita.circa fi.de fide inſtru.& Danielis xiij.c.In teſtibus deponentibus contra Suſannã.Nam ex quo deponebant de eadem hora colligebatur unitas actus.Et ergo diuerſitas in loco cõmißi adulterij induxit cõtra eos præſumptionem falſitatis,ut ibi habetur,& eſt de mente glo.in c.Nihilominus & de mente Panor.Feli.& doct.in d.c. Cum tu.& de mente Bal.in l.In exercendis.in iiij.colum.C. de fide inſtru. ¶ Et hinc Spec.in d.ti.de teſte.§.Iam de interrogatorijs. uerſi.



uerſi.quid ſi unus.dat cautelã quòd fiat poſitio per partem uel interrogatio per iudicẽ de unitate actus.& idẽ uult Io. de Imo.& cæteri Canoniſtæ in d.c.Cum Ioannes heremita. quod tene menti,quia eſt quotidianũ.¶ Hoc tamen uolo te ſcire,ꝙ diuerſitas in tẽpore diuerſificat ſubſtantiã. tex.eſt not.in l.Si cõmunẽ.§.Is qui.& ibi Pau.de Caſt.ff.quemadmo.ſerui.amit.& idem eſt in loco,ut not.per glo. ſingu.in d.l.Pantonius.§.Rei perduellionis.& plenè per Bar.in d.l. Denunciaſſe.Sed illud quod differt ſecundũ plus & minus, nõ dicitur differre in ſubſtãtia.tex.eſt no. in l.is cui uia.illò co.ti.Niſi adiectio qualitatis aliud inducat,ut plenè dixi ſuprà in loco ab effectu eorum quæ ſimul requirũtur ad eſſe: quod tene menti. ¶ Secundò iſtud argumentũ formatur in actu nõ iterabili,uel in actu iterabili: ſed cõſtat per cõfeßionem partis uel aliâs, ꝙ non interuenit niſi unicus actus: & tunc formatur ſic.Diuerſitas temporũ inducit cõtrarietatẽ & incompaßibilitatẽ.¶ Primò de actu non iterabili probatur in d.l.j.ſecundũ quintã lecturã glo.C.qui accuſa.non poſſ.& uult Io.de Imo.in c.Cũ cauſam.j.in iij.col.de teſti. & ſentit Sali.in l.apud antiquos.in ij.col.C.de fur.Exempli gratia,ut ſi duo teſtes dicũt Titiũ occiſum de mẽſe Maij,et alij dicunt eum occiſum de menſe Auguſti.nam ſunt cõtrarij.Et ſic uel neutri de poſitioni ſtatur,uel eligẽtur digniores ſecundum l.Ob carmen.§.fi.cum ſua ſingulari glo.ff.de teſti.ita no.dicit Bar.in l.j.§.Non autẽ.ff.de bo.poſſ. ſecũdum tabulas:quod tene menti.¶ Hinc dixit notabiliter Bal. in d.l.Conuenticulam.in ultima col. quòd argumentum ab impoßibili procedit in teſte: ut ſi teſtis dicat, quòd tali die Titius non fuit uulneratus: quia præcedenti die fuit occiſus,præalleg. l.j. cum gloſ. C. qui accuſa. non poſſ.

¶ Secundũ ſcilicet de actu iterabili unico probatur in præalleg.c.cum Ioannes heremita.& ibi tangitur per doct.canoniſtas & per Spec.in d.uer.Quid ſi unus.¶ Prædicta tamen limita & intellige uera,in actu inſtantaneo non durabili.In actu autem ſucceſſiuo ſeu durabili ad probationem temporum diuerſorũ nulla ſequitur cõtrarietas.l.Inficiando.§.infans.& ibi habetur pulchrè per Bar.& Ange.ff.de fur.& not.per glo.Bar.Bal.Ang.Paul.de Caſt.Alex.Iaſo.& alios doc.in l.Eum qui.§.in popularibus.ff.de iureiurã.ubi recurre,& habetur per Bal.in d.l.Cõuenticulã.& per Spec.in d.uer.Quid ſi unus.¶ Vnde ſi duo teſtes probant quòd ego tenui aliquid appenſum circa uiam publicam de menſe præterito,& duo alij dicũt de menſe præſenti,iſti nõ ſunt cõtrarij.Et ſimiliter ſi duo teſtes dicãt me tenuiſſe uxorem Titij de menſe præterito:& alij duo dicunt de menſe p̃ñti,iſti nõ ſunt cõtrarij.Et pariformiter ſi duo teſtes dicãt,quòd uiderunt Petrum celebrantẽ miſſam hora tertiarum:alij uerò dicunt,quòd uiderunt eum celebrantẽ hora nonarum,tales non ſunt cõtrarij:quia miſſa poteſt tam diu durare ſecundũ Spec.ubi ſuprà.Actus enim cõtinuationem recipiẽs & durãs certo tẽpore cẽſetur unus actus in prin.uſq; ad fi.ut dicit glo.or.not.in d.§.In popularibus.quæ inducitur ibi per doc.ad plures not.& quotidianas quæſtiones,de qbus uide ibi per eos:& ſignãter per Iaſ.ad quẽ breuitatis gratia te remitto.Et ſi uolueris plenè inſtrui,quãdo diuerſitas loci,uel tẽporis uiciat dictũ teſtis,& quãdo nõ.Itẽ quãdo teſtis debeat neceſſariò deponere de tẽpore,& quãdo non.Itẽ quãdo diuerſitas in cauſa dicti teſtiũ inualidat eorũ dictũ,& quãdo nõ.uide pulchrè per Inno.Io.An.& cano.in c.Qualiter & quãdo,ij.de accuſ.& per Spec.

in d.



in d.§.Iam de interrogatorijs.in uerſi.& breuiter ſcias.Et pulchrè per Dominic.in d.c.Nihilominus.& elegãter per Pet.de Anch.in conſil.ccccxxxix.incip.In Chriſti,& c.Ex præmiſſa facti narratione,& c.in ſecũdo dubio.& pulchrè per Feli.& alios in c.Licet ex quadã.de teſti.ubi reperies ad ſacietatẽ quæ omnia tene mẽti tanquã pulchra,utilia & quotidiana,& uide quod dixi ſuprà in loco præcedenti.

## LOCVS A' VI COMPARATIVI. LXXXVIII.

PRæterea habemus in iure locum à ui cõparatiui,à quo ſumptum argumentũ nedum eſt probabile,ſed forte,frequens & utile,& eo utitur Panor.in c.Quæſitũ.de rerum permu.& doct.in pluribus alijs paſſibus.Et formatur hoc modo.Comparatiuus præſupponit ſuum poſitiuũ,& eum infert in ſe & in alio.tex.eſt not.in l.ubi autẽ non apparet.in prin.ff.de uerb.oblig.Econtrà autẽ poſitiuus non infert comparatiuũ in ſe,ſed bene in alio:quia bono melius reperitur.d.l.Vbi autẽ non apparet.& l.certũ.ff.ſi cer.pe.Superlatiuus autẽ uni ſoli cõuenit,& rem certã & perfectam deſignat.præall.l.Vbi autẽ non apparet.& not.per gl.in c.Metropolitano.lxiij.diſt.Inter ſuperlatiuũ enim & poſitiuũ eſt dare mediũ,quod appellatur cõparatiuum,de quo nunc eſt ſermo,ut probatur in l.Si lancẽ.ff.de auro & arg.leg.& in.d.l.Vbi aũt nõ apparet.¶ Hoc tamẽ uolo te ſcire,quòd interdum comparatiuus non ſtat propriè,ſed reſoluitur in ſuum poſitiuũ:ut prudentius pro prudenter.l.Hæres.& ibi glo.Odofre.& doct.ff.de nego.geſt.cautius pro cautè.l.ij.& ibi etiã glo.Odofre.& doct.C.de fur.& uerius pro uerũ.l.In hac.ff.de triti.act.cum ſi.Et tunc non

proce

procedit hoc argumentũ à ui cõparatiui. Et ratio eſt, quia tunc in effectu nõ eſt repetibile cõparatiuum. ¶ Non procedit etiam hæc argumentatio, quãdo id quod uidetur poni cõparatiuè, non ponitur cõparatiuè, ſed abuſiuè ſeu priuatiuè. Exempli gratia, Scandalũ dicitur dictum uel factũ minus rectum alteri præbens occaſionẽ ruinæ. c. Niſi cum pridem. de renun. & c. ij. de no. ope. nun. & Matthæi xviij. cum ſua glo. Minus rectũ autẽ in dicta deſcriptione non dicitur per cõparationem propriè dictã: ut idem ſit quod rectum, quo eſt aliquid rectius: ſed abuſiuè per priuationẽ rectitudinis, ut ſenſus ſit minus rectũ, id eſt deficiẽs à rectitudine: aliâs ſequeretur, quòd dictũ uel factũ rectũ, quo eſt aliquid rectius eſſet ſcandalum, & per conſequens peccatum, arguendo à ui cõparatiui: quod non eſt uerum, & ſic de ſimi. ¶ Regulariter autem de natura cõparatiui eſt relinquere formam poſitiui in extremo: ipſum præſupponere & addere ad poſitiuũ: ut dicit Bar. in l. legata inutiliter. in prin. ff. de leg. j. & idem Bar. in l. Si purè. in prin. ff. de leg. iij. & tunc procedit hæc argumẽtatio. Comparatiuus enim deſignat exceſſum inter caſus cõparatos, nec cadit cõparatio niſi inter plura, ſecundum Sali. in l. Maiorem. C. de falſis. ¶ Item uolo te ſcire, quòd licet in pœnis ſit reperire poſitiuum, cõparatiuum, & ſuperlatiuum: tamẽ comparatiuus nunquã excludit qualitatem poſitiui. Et ergo ſi ſtatutum dicat, quòd pro inſultu ſine ſanguinis effuſione imponatur pœna decẽ ſolidorũ: pro inſultu autẽ cum ſanguinis effuſione, imponatur maior arbitrio iudicis. Et pro inſultu cũ cicatricæ, imponatur maxima: certè iſta maior & maxima pœna nõ poterit eſſe niſi pecuniaria. Ita ſing. dicit Bal. in l. ij. in iij. col. C. de proba. quod tene mẽti, quia eſt quotidianũ.

Locus



## LOCVS À PACTO AD LEGEM, STATVTVM, VEL CONSVETVDINEM. LXXXIX.

PRæterea habemus in iure locum à pacto ad legẽ, ſtatutum, uel conſuetudinẽ, à quo ſumptũ argumentũ nedũ eſt probabile: ſed forte, frequẽs & utile, quãdo bene formatur: & formatur dupliciter. Vno modo affirmatiuè, ſic. Quicquid poteſt fieri per pactũ, poteſt etiã fieri per legẽ, ſtatutum, uel conſuetudinẽ. tex. eſt ſing. in l. fi. & ibi id not. Bar. Bal. Sali. & doc. C. de fideiuſ. & eſt gloſ. ord. in l. Non ſolũ. §. fi. ſuper uer. Hæredis. in prin. ff. de no. ope. nunc. & glo. plenior in rubr. C. de decre. decur. lib. x. & bona glo. in c. ij. ſuper uer. Officiali. in fi. de conſue. lib. vj. Et ratio iſtius eſt, quia maior eſt poteſtas legis, ꝗ hominis qui legi ſubeſt. ¶ Et argumẽtũ à minori ſeu à fortiori ſemper procedit affirmatiuè, ut dixi ſuprà in loco à minori, ubi recurre, quod eſt utile, ſeruiẽs ad multa. Et gratia exẽpli, pro inſtructione iuuenum iſtud primò facit ad hoc, quòd ſicut circunſtãtiæ contractuũ poſſunt tolli per pactũ. c. Vnico. de cõmodato & c. bona fides. de depoſito. ita etiã circũſtantiæ actus poſſunt tolli per legem, ſtatutum, uel cõſuetudinẽ. Ita dicit glo. ord. ſing. in d. c. ij. ſuper uer. Officiali. in fi. cum qua ibi tranſeunt Domini. & Philip. Fran. ¶ Secundò iſtud facit ad hoc, quòd ſicut pacto contrahentiũ fieri poteſt ut pater teneatur pro delicto filij pecuniariter. Ita etiã hoc fieri poterit per legem, ſtatutum, uel cõſuetudinem: & ualebit lex, ſtatutũ uel cõſuetudo hoc diſponens. Ita dicit glo. ordi. ſing. in d. rubri. C. de decre. decur. lib. x. quam ibi approbat Ioan. de Platea. ¶ Tertiò iſtud facit ad hoc, quòd ſicut cõtractu principali exiſtente nullo pacta in eo appoſita nihil operantur

rantur, imò carent effectu. ut eſt tex. not. iuncta gl. in l. ſ. C. de condi. ob cauſ. ita etiã hoc caſu ſtatuta loci idẽ diſponentia non ſortientur effectũ. Ita ſing. dicunt Bal. & Sali. in d. l. j. per illum tex. iuncta l. Si uerò. §. De uiro. ff. ſol. matr. & per glo. in d. rubr. C. de decre. decu. lib. x. quæ æquiparat pactum & ſtatutũ: quod tene menti, quia eſt ſingulare, & poteſt frequenter occurrere in practica. ¶ Secundò iſtud argumentũ poteſt formari negatiuè, hoc modo. Quod nõ poteſt fieri per pactũ, nõ poteſt etiã fieri per legẽ, ſtatutũ, uel cõſuetudinẽ. Nam pactũ, lex, ſtatutũ, & cõſuetudo æquiparantur & paribus paßibus ambulãt. De primo, puta, de pacto & lege eſt tex. in l. fi. C. de re. alie. non alie. & in præal. l. fi. C. de fideiuſ. De ſecũdo, puta, de pacto & ſtatuto eſt gl. ord. in d. rubr. C. de decre. decu. li. x. Et de tertio, puta, de pacto & cõſuetudine eſt tex. in c. Sacroſancta. iũcto c. maſſana. de elec. & not. Ioan. And. in d. c. Sacroſancta. & gloſ. in præall. c. ij. & ibi Io. And. in nouella aßignãs rationẽ, dicit ꝙ hoc eſt ideo: quia cõſuetudo eſt tacitũ pactũ. l. de quibus. in fi. & l. Sed ea. ff. de legi. Sed iſtud debet limitari uerũ, ut procedat qñ aliquid nõ poteſt fieri ꝑ pactũ: quia turpe uel cõtra bonos mores. Tũc enim etiã illud nõ põt fieri per legem, ſtatutũ, uel cõſuetudinẽ. Quia lex debet eſſe honeſta, iuſta, & poßibilis. c. erit autẽ lex. iiij. diſt. aliàs autẽ ceſſante turpitudine, infinita poſſent fieri per legẽ, ſtatutũ uel cõſuetudinẽ, quæ nõ poßẽt fieri per pactũ. Ita declarat not. Bar. in repeti. l. Omnes populi. in iij. q. iij. q. princip. ff. de iuſti. & iure. & idẽ Bart. & Pau. de Caſt. in l. Non impoßibile. ff. de pac. & Io. de Plat. in d. rub. C. de decre. decur. lib. x. Et eſt de mente glo. in l. nec ex prætorio. & in l. Neq; pignus. §. In priuatorũ. ff. de reg. iur. & de mente glo. in l. ij. circa med.



med. C. quæ ſit lon. cõſue. & ibi hoc ſentit Cy. in ulti. col. & Domi. in d. c. ij. & uult expreßè Bal. in præall. l. fi. C. de fide iuſ. & latius idẽ Bal. in repe. d. l. De quibus. in ij. & iij. col. ubi hoc declarat ꝑ plura pulchra & quotid. exẽpla, ad quẽ breuitatis gratia te remitto. ¶ Ecõtra autẽ à lege, ſtatuto, uel cõſuetudine ad pactũ nõ ualet argumẽtatio affirmatiuè ſed bene negatiuè: quia à maiori ad minus nõ licet arguere affirmatiuè: ſed bene negatiuè, ut dixi ſuprà in loco à maiori, ubi recurre. Et iſtud ſentit glo. or. in. §. Cum autẽ impubes. ſuper uerbo, Iubetur. Inſti. de adop. & firmat Bar. in l. Alia. §. Eleganter. circa fi. ff. ſol. mat. & Iaſon in præalle. l. nõ impoßibile: ubi hoc declarat per plura exẽpla, quæ habuit à Bal. in repeti. d. l. de quibus, ad quem breuitatis gratia te remitto: quia ab omnibus habetur. Nec præmißis obſtat d. l. non impoſibile: quia ibi non plus ꝓbatur, quàm quòd in pactum deduci poteſt illud ad quod quis de iure tenetur. Ex quo nõ poteſt inferri, ꝙ omne illud qđ poteſt fieri per legẽ poßet etiã fieri per pactũ: licet gl. Bar. et plures alij ſummã do illam. l. uideantur prima facie aliud ibi ſentire: quod tene menti, quia poßes faciliter decipi, & non perpenderes.

## LOCVS À SENTENTIA AD LIBELLVM, ET ECONTRA. XC.

PRæterea habemus in iure locũ, à ſentẽtia ad libellũ, & econtra: à quo ſumptũ argumentũ eſt forte, frequens, & ualde utile: quia procedũt à pari. l. Vt fundus. ff. commu ni diuid. l. Si præſes. cum ibi not. ff. de pœnis. l. fi. C. de fideicõ. liber. & c. Licet hely. de ſimo. cum ſi. ¶ Hinc ſingulariter dicit Bal. in repetitione. l. ædita. in xvj. col. C. de eden. quòd

quòd omnes leges loquẽtes de ſentẽtia poſſunt trahi ad libellũ, quia debẽt eſſe cõformes. ¶ Hinc etiã dixit not. gloſ. ord. Inſti. de obli. in princ. ſuper uerb. Secundum. in fi. quòd ſentẽtia lata ſuper inepto libello eſt ipſo iure nulla: quam glo. reputat ſing. Bal. in l. Actori. C. de reb. cred. & iureiur. & in l. Ius pluribus. in prin. ff. de iuſti. & iure. ¶ Hinc etiã dicunt ſing. Compoſtol. & Ioã. And. in c. Mandatũ. de reſcrip. & ſequitur Panor. in c. ij. de confeſ. quòd inferior à Papa nihil poteſt in pronunciando facere extra libellum. Vnde ſi in cauſa beneficiali reus cõfitetur ſe ius nõ habere, & actor nihil probat de iure ſuo: inferior à Papa non poteſt procedere ſuper illa inſtantia contra reum confitentẽ ad priuationẽ: ſed inchoando nouam inſtantiã per uiam inquiſitionis poteſt, ut ibi per eos. ¶ Hinc etiã dixit glo. ord. ſing. in c. Dudũ. in fi. de deci. quòd talis præſumitur libellus, qualis eſt ſententia. & ibi ſing. dicit Panor. ꝙ quãdo nõ apparet de petitione uel libello: quia fortè acta propter antiquitatẽ ſunt perdita: tunc ex uerbis ſentẽtiæ debemus præſumere qualitatem petitionis ſeu libelli. ¶ Hinc etiã ſingu. dixit Bal. in l. j. C. ſi plures una ſen. condẽ. fue. quòd ſentẽtia debet eſſe cõformis libello in tribus, ſcilicet in re, in cauſa, & in actione. Primũ probatur in d. l. fin. C. de fideicõ. liber. Secundũ probatur in l. Habebat. ff. de inſtito. actio. Et tertiũ probatur in d. l. edita. C. de eden. ¶ Et hinc quotidie dicimus in practica, ꝙ tria debent eſſe cõformia, ſcilicet libellus, probatio, & ſententia. De qua materia uide pulchrè ꝑ Iaſo. in l. Vinum. in xiiij. col. cum tribus ſeq. ff. ſi cer. pet. & per Feli. in præal. c. Licet hely. in pe. col. ad quos breuitatis gratia te remitto, quia ab omnibus habentur. ¶ Et quẽadmodum dixi procedere argumentũ à ſententia ad libellum:





ita etiã procedit argumentũ à ſentẽtia ad probationẽ. tex. eſt ſing. in l. lege Iulia, & Papia aliàs incipit lege Iulia Petronia. ff. de manumiſ. quẽ tex. ad hoc põderãt & reputant ualde ſing. Bal. & Præpoſi. in ti. hic finitur lex: deinde conſuetudines regni incipiũt. §. j. in uſi. feu. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ ſicuti fauore libertatis diuerſis ſententijs latis per plures iudices ordinarios, nõ diſpari numero, una pro libertate, & alia cõtra libertatẽ, illi ſentẽtiæ ſtãdũ eſt, quæ lata eſt pro libertate. ut eſt tex. in l. inter pares. ff. de re iudi. & in c. ſi. eo. ti. & in d. l. Iulia. in prin. Ita etiam quando aliqui teſtes deponunt pro libertate: & aliqui teſtes non diſpari numero deponũt cõtra libertatẽ cæteris paribus, ſtandũ erit in pronunciando illis probationibus, quæ faciũt pro libertate, per d. l. Iulia & Papia. in fi. Et idẽ crederẽ in pia cauſa eadẽ ratione, ut dixi ſuprà in loco à libertate ad piam cauſam, ubi recurre: extra autem caſus ſpecialis matrimonij, libertatis, dotis teſtamenti, uel ſimiles ſicuti ſtaretur ſententiæ latæ pro reo quando eſſent latæ contrariæ ſententiæ per plures iudices ordinarios, non diſpari numero. d. c. fi. & præall. l. Inter pares. Ita etiam quando teſtes, non diſpari numero, contraria deponerent pronunciandum eſſet pro reo: quia proniores debemus eſſe ad abſoluendum, quàm ad condemnandum. l. Arrianus. ff. de actio. & obliga. quæ omnia tene menti tanquam pulchra, ſingularia, &c.

## LOCVS A' LOCVTIONIS GEMInatione, ſeu actus multiplicata reiteratione. XCI.

PRæterea habemus in iure locũ à locutionis generatione ſeu actus multiplicata reiteratione, à quo ſumptum

*argumentum eſt forte, frequēs, & ualde utile: & formatur ſic, Geminatio locutionis, ſeu multiplicata reiteratio actus importat firmitatē cōſenſus et diuerſitatē iuris ab actu ſimplici. tex. eſt not. in l. quinquaginta. ff. de proba. & in l. Baliſta. ff. ad Trebel. & in l. Si mulier. ij. & in auctē. ſiue à me. C. ad Velleia. & in l. cū ſcimus. primo reſpōſo. & ibi Alex. tangit in apoſtillis. C. de agri. & cenſi. li. xj. cū ſi. de quibus infrà. ¶ Hinc etiam dicit ſing. Bar. in d. l. cum ſcimus. in fi. quòd licet cōfeſſio extraiudicialis facta corā notario et teſtibus non in figura iudicij non præiudicet: tamē ſi fuerit geminata præiudicat, etiam ſi ſit præiudicialis libertati: ut ibi eſt caſus. Ex quo ſequitur quòd cōfeſſio extraiudicialis geminata habet uim & effectū cōfeſſionis iudicialis unicæ. Et hoc dictum, tanquā ſingulare, referūt & ſequuntur Panor. Feli. & alij doc. canoniſtæ in c. Si cautio. de fide inſtrumen. & Pau. de Caſt. in l. Publia. ff. depo. & Ludo. de Ro. in l. Nuda. ff. de dona. Et eſt ratio utriuſq; dicti: quia licet quis non præſumatur uelle ſe obligare abſenti, tamen iſta præſumptio defectus uoluntatis tollitur ratione geminationis, iuribus præal. ¶ Hinc etiā eſt, ꝙ conſenſus geminatus tantum operatur, quantū cōſenſus iuratus: ut colligitur ex no: per glo. Panor. & doc. in c. Cū cōtingat, de iureiurā. iuncta præal. auctē. ſiue à me in quibus iuribus ſimul iunctis patet quòd ſicut cōſenſus mulieris iuratus ualidā reddit alienationem fundi dotalis: ita etiā cōſenſus geminatus. ¶ Hoc idem etiā probatur in d. l. ſi mulier. ij. iūctis not. per gl. ſingularē Panor. Io. de Imo. & doc. in c. ex reſcripto. de iureiu. In quibus locis habetur, ꝙ ſicut mulier quæ fideiuſſit pro alio, non poteſt ſe iuuare beneficio Velleiani, quando iurauit: ita nec quādo interuenit in fideiubendo cōſenſus geminatus: Inter-*

*dum*



*dum tamē ratione ſubiectæ materiæ iuramentū nihi adijcit: quia intelligitur ſecundū naturā materiæ, ſuper qua præſtatur, ut uideri poteſt in l. fi. C. de nō nu. pecu. quæ ad hoc eſt ſing. ¶ Hinc etiā dicit Panor. in d. c. ſi cautio. in fi. & ſequitur ibi Feli. & eſt de mēte Io. And. in addi. ad Specu. in ti. de dona. inter uirū & uxo. ꝙ exceptio nō numeratæ pecuniæ, uel nō numeratæ dotis nō poteſt opponi per eū, qui bis cū interuallo tēporis cōfeſſus eſt ſe recepiſſe pecuniā uel dotē niſi uelit in ſe aſſumere onus probandi. Contrarium tamen illius tenet Lud. de Ro. in ſua not. repeti. l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſol. ma. in xxxj. fallen. in uer. viij. ¶ Hinc etiā eſt, ꝙ licet diſpoſitio legis uel ſtatuti, cōcepta uerbis uniuerſalibus uel gn̄alibus recipiat interpretationē reſtrictiuā de habilitate l. j. iūcta glo. in uer. Vnuſquiſq;. C. de ſacroſan. ecc. & l. Vt gradatim. §. j. ff. de mu. & ho. cū ſimi. tamē hoc nō ꝓcedit, quādo in diſpoſitiōe ſunt uerba geminata: tūc enim nō poſſet fieri cōgruè reſtrictio ad habiles: quia uerba nō paterētur. l. promittēdo. in prin. iūcta gl. ff. de iure do. ¶ Et hinc eſt, ꝙ licet ſtatutū ſimpliciter diſponēs ꝙ occidens hominē decapitetur recipiat reſtrictionē, dūmodo fuerit in dolo, ut dicit ſing. Bal. in l. Data opera. in iij. col. C. qui accu. nō poſ. ut dixi latè ſuprà in loco ab abſurdo, tamē ſi ſtatutū diſponeret, quòd occidēs hominē quouis modo uel qualitercunq; decapitetur, non reciperet reſtrictionē uel diſtinctionē: an dolo cōmitteret uel non. Ita ſing. dicit Sali. in l. ij. in iij. col. C. de noxalib. actio. Et idem dicit ipſe, in ſtatuto diſponēte, quòd quilibet cuiuſuis conditionis poſſit teſtari. Nam tale ſtatutum non reſtringitur ad habiles de iure communi: quia illa uerba cuiuſuis cōditionis, hanc reſtrictionem non patiuntur, ſecundum eum, de quo uide ibi latius per eum.*

 Hinc

¶ Hinc etiam eſt, quòd licet in diſpoſitione teſtatoris, qua relinquit uxori omnia quæ habet in domo, non ueniat frumentum, quod ibi habebat cauſa uendendi. ut eſt tex. not. in l. Generali. §. uxori. ff. de uſufru. leg. tamen ſi ultra terminũ uniuerſalẽ adijceretur dictio quoquo modo (ut quia diceret relinquo uxori omnia quæ in domo quoquo modo habeo) tunc nõ fieret illa reſtrictio, imò ueniret etiã frumentũ uenale propter uirtutẽ geminationis. Ita not. dicit Bar. in d. §. uxori. circa fi. & ſequitur Iaſon in l. j. §. Nũciatio. ff. de noui ope. nunci. quod tene menti. ¶ Hinc etiã eſt, quòd uerba enunciatiua, quæ regulariter nõ probant. l. Ex hac ſcriptura. ff. de dona. cum ſimil. ſi fuerint geminata probant. l. j. in fi. ibi, & ſecũdis cõfeßionibus. C. de plus petitio. & ita not. uult Panor in repet. c. Per tuas. de arb. & Iaſon in l. Ex his uerbis. in j. fallentia. C. de teſta. mili. Et ratio iſtius eſt, quia geminationes ſeu repetitiões arguũt magnã firmitatẽ propoſiti, ut ſuprà dixi. ¶ Hinc etiã eſt, quòd licet, hæreticus paratus corrigi non tradatur curiæ ſeculari. c. pe. §. Si qui. de hære. tamẽ ſi geminata uice labitur ĩ hæreſim puta, binies uel trinies nõ auditur. c. Super eo. & c. Accuſatus. de hære. lib. vj. ¶ Hinc etiã eſt, q̃ ſi in inſtrumento uenditionis bis dicatur (& ſi plus ualet donat) uel ſi dicatur (omne, totum uel quicquid plus ualet donat) ceſſat remedium l. ij. C. de reſcin. uendi. ut non reſcindatur uenditio ob deceptionẽ ultra dimidiam iuſti precij, ubi aliàs haberet locum dictum remedium, ſecundũ Bal. in d. l. ij. vij. q. ¶ Hinc etiam dicit Bal. in l. Magis puto. §. Ne paßim. ff. de rebus eorum. quòd licet nullo iure caueatur decretum bis eſſe interponendum, tamen eſt optima cautela quòd bis interponatur.

¶ Hinc etiã eſt, quòd licet ſufficiat obijcere teſti crimina in genere, ut habetur & notatur in c. Præſentiũ. de teſti. tamen ſi lex uel canon mandat quid exprimi, cum adiectione illorum uerborum multiplicatiũ omnia & ſingula: propter hãc geminationem requiritur ſpecificatio indiuidua, ut eſt glo. ordi. in c. Vt circa. ſuper uerbo, Omnia & ſingula. de elect. lib. vj. ¶ Hinc etiam dicit Bal. in ſuo diuino tractatu ſeu cõſilio ſchiſmatis, quòd qui bis aliquid facit non poteſt cõtra id opponere: quia ubi interuenit geminatio, ibi præſumitur plena deliberatio. & alleg. text. in auctẽ. ut nulli iudi. §. Et hoc uerè iubemus. colla. ix. & eſt glo. not. in c. Si quis iratus ſuper uerbo, iterare. ij. q. iij. quæ dicit quòd reiteratio præſupponit deliberationẽ: & alleg. d. l. Si mulier. ij. ¶ Hinc etiã dicit Bal. in procœmio digeſtorũ, in fine principij, quòd licet uerba illa (habeatur pro ciue) importẽt fictionẽ, ut habetur per Bar. in l. Si is qui pro emptore. ff. de uſucap. tamẽ ſi dicatur (ſit & habeatur pro ciue) illa geminatio importat ueritatẽ, ad quod etiã facit tex. in l. ſecũda. §. furioſum. in illis uerbis: In omnibus et ꝑ omnia, cũ ibi no. per Ang. & doc. ff. de iure codicil. ¶ Hinc etiã eſt, q̃ licet uidua nubẽs nõ ꝑdat legatũ, etiã ſi teſtator in teſtamẽto adiecerit hoc eã habere uelle, donec caſtè uixerit, ut habetur per Bar. & doc. in l. mulier. §. Cũ proponeretur. ff. ad Trebel. & per Panor. in c. ut clericorũ mores. de uita & hone. cle. & probatur in c. Nicena. xxxj. diſt. tamen ſi bis nubat perdit legatum ſecundum Ange. in. §. Hoc autem de deo. in auctẽ. quomodo oport. epiſco. colla. j. ¶ Hinc etiam eſt, quòd ſi papa committat cauſam alicui dicendo (tu tu cognoſcas) illa geminatio facit cenſeri electam eſſe induſtriã perſonæ, & ſic talis non poterit ſubdelegare: ubi aliàs poſſet. Ita ſingulariter dicit Bald. in c. fi. de offic. delega. & ibi

hoc ſequitur Card.& poſteriores. ¶ Hinc etiam eſt, quòd geminatio reſcripti habet uim clauſulæ non obſtantæ lege & uim clauſulæ ex certa ſciētia. Ita ſingulariter dicit Ant. de Bu.in c.Quæ in eccleſiarū.in pe.col.de conſti.& idē eſt de mēte Bal.in l.nec damnoſa. C.de preci.imper.offe.ubi dicit, quòd tantū operatur ſecunda iuſſio ſeu geminatio literarū principis, quantū motus proprius, & hoc dictū tamquam ſingulare & nouū refert & ſequitur Ludo.de Ro.in d.l.Si uerò.§.De uiro in xxxj.fallen. ¶ Hinc etiā eſt, quòd geminata obligatio naturalis, parit actionē ſecundum Ang. in l. fi. C.ad l. Falcid.& idem probatur de pacto nudo geminato in l.j.§.Debitū.iuncta.l.Qui autē.§.fi.ff.de conſti. pecu.cum ſimi. Vbi tamen aliâs regulariter ex nudo pacto, non oritur actio.l.Iuriſgentium.§.quinimo.ff.de pact.cum ſimi. ¶ Hinc etiā eſt, quòd licet ſimplex mora poßit purgari.l.Et ſi poſt tres.ff.ſi quis cautio. cū ſimi.tamē quando mora eſt geminata, ut quia præceßit geminata interpellatio, non admittitur purgatio more, caſus eſt ſing.ſecundum ùnam lecturā in l.Traiectitiæ.§.de illo.ff.de actio. & obli. de quo uide latius in l.Si inſulam.ff.de uerbo.oblig.per doc. moder. ¶ Hinc etiam eſt, quòd uerba futuri temporis geminata important latam ſententiam: ut ſi dicatur (irritetur irritetur) uel (irritetur & caſſetur) ubi aliâs eſſent ferendæ ſententiæ, iuxta not.per glo. & doct.in regu. in pœnis, & in regula, Odia, de regu.iuris lib.vj.& in l.in criminali. C. de iuriſdic.om.iudi.Ita notab.dicit Bal. in extrauaganti, de pace conſtantiæ ſuper uerbo, Omnia priuilegia.& Lud. de Roma in ſuis ſingularibus, ſingu.iij.de qua materia uide latißimè per Feli.in c.Rodolphus.de reſcrip. & in locis per eum commemoratis. ¶ Hinc etiam eſt, quòd licet interlocuto



cutoria quo ad iudicem, nunquam trāſeat in rem iudicatam, imò poßit quandocunq; per eum reuocari.c.Cum ceſſante. de appella.& l.Quod iußit. ff. de re iudica. cum ſi.tamen ſi eſt bis confirmata, eſt irreuocabilis. Ita dicit glo. ordi. not. in cle.fi.in uer.Super ea.in fi.& ibi Card.exclamat de app. ¶ Hinc etiā eſt, ꝙ impetratio legitimationis, in qua dictū eſt (quē natū eſſe ex adulterio nō prodeſt, ſi impetrans natus ſit ex adulterio geminato) id eſt ex duobus coniugatis. Ita ſing.dicit Oldra.in conſil.ſuo.ccxlvij.incip.Factum tale eſt.&c.Et poſt eum Ioan.Andr.in addit.ad Specu.in rubrica qui filij ſunt legiti. & Bald. in l. Eam quam.C.de fideicommiſſ. ¶ Hinc etiam eſt, quòd habens poteſtatem diſpenſandi cum ſpurio & inceſtuoſo diſiunctim non poterit diſpenſare cum ſpurio & inceſtuoſo ſimul, ut puta, cum nato ex cōſanguinea maritata: ita decidit Bar. in l.uim paſſam.§.Præſcriptione.ff.ad legē Iul. de adul.de quo uide latius per Panor.& canoni.in c.At ſi clerici.§.de adulterijs. de iudi.& per Bar.& omnes ſcribentes in l.ij. ff. de uerbo. oblig.ubi recurre. ¶ Hinc etiam eſt, quòd conſtitutio mandans carceratos ob reuerentiam alicuius ſancti uel feſti, aut propter intronifationem principis relaxari uel liberari de carceribus: non habet locum in caſu, quo quis inciderit in carcerationem geminatam.text.eſt nota.in l. iij.iunctis ibidem notatis per Guillel.de Cunio, Cy.Bald.Pau.de Caſt. & doc.C.de epiſco.audien. Vbi eſt caſus, quòd ſi aliquis commiſit delictum, propter quod fuit carceribus mancipatus, & depoſt ob reuerentiam paßionis Chriſti relaxatus, uel crimen per eum commiſſum eſt ſibi per principem remiſſum (ut fieri conſueuit) ſi talis reiteret delictum & denuò incarceretur non debebit uirtute dictæ conſtitutio-

M 4 nis

nis relaxari: imò ſi impetret remißionem à principe tacito de alio delicto, & remißione deſuper impetrata, talis impetratio tanquã ſurreptitia non debebit ſibi ſuffragari: ut ibi uolunt præfati doct. Et eſt ratio, quia princeps non ita faciliter conceßiſſet, ſi expreſſum fuiſſet: nam delicta geminata ſunt grauius puniẽda. l. ſeruos & ibi not. C. ad leg. Iul. de ui publi. & præall. l. iij. ubi reperies plures concordantias. ¶ Et hinc ſing. dixit Bar. in l. Si cui. §. Cum ſacrilegium. ff. de accuſa. & ſequitur Sali. in præalleg. l. Seruos. quòd licet pro delicto alibi cõmiſſo non poſſet quis hîc puniri: tamen ſi alibi fecit plura furta, & hinc cõmiſit ſolum unũ furtũ, quãuis non poſſet ex forma ſtatuti pro uno furto ſuſpendi: tamẽ propter furta alibi cõmiſſa poterit aggrauari pœna, & ſuſpendi. & idẽ uult Io. de Pla. in l. Omnes. C. de delato. li. x. quẽ omnino uide, quia pulchrè loquitur. Imò quod fortius eſt, propter conſuetudinẽ delinquendi poteſt quis puniri pœna mortis, ubi aliâs non poſſet puniri niſi pecuniariter. tex. eſt not. in l. Vnica. C. de ſuperexac. lib. x. & ibi per Ang. & Alex. hoc not. quod tene mẽti. ¶ Hoc tamẽ uolo te ſcire, quòd effectus & uirtutes geminationis, de quibus ſuprà procedunt quando actus geminatus eſt ex interuallo. Ita probãt d. l. Quinquaginta. d. l. Si mulier. ij. & d. aucten. Siue à me. & præal. l. Cum ſcimus. Si autẽ actus eſſet geminatus incõtinenti: tũc debet diſtingui, uel eſt geminatus uiua uoce tantũ, & tunc talis geminatio nihil operatur, imò dicitur actus unicus ſeu ſimultaneus. Ita dicit gloſ. ord. not. ponens exemplũ quotidianũ in l. iiij. ff. de pign. act. & glo. not. in c. Ab eo, ponens duo alia exẽpla, de appel. lib. vj. & Bal. in l. Cum fidem. C. de non nume. pe. quem omnino uide. ¶ Et hinc eſt, ꝙ licet ille qui ſoluit canonẽ per triennium, præſu



præſumitur retrò in perpetuũ ſoluiſſe: ut eſt tex. ſing. in l. Quicunq;. C. de apo. publ. lib. x. & uult glo. & doct. in l. ij. C. de iure emphyt. tamen ſi una & eadẽ die quis ſoluat pro triennio præterito, nõ præſumitur retrò ſolutũ ex iſto unico actu. Ita ſing. dicit Bal. in l. ij. C. de dot. promiſ. & eſt de mente Cy. ibidẽ. Et hoc dictum tanquã ſingulare refert & ſequitur Iaſon in l. j. C. de fideicõ. & in l. Si certis annis. C. de pac. quod tene perpetuò menti. Aut uerba ſcribunt[illegible] minata in aliqua lege uel canone, bulla, reſcripto uel [illegible] uoluntate: & tunc procedunt dicti effectus ſeu uirtut[illegible] geminationis: quia uidentur tunc ſeriosè & cum miſterio repetita, & non ex lubrico ſeu labilitate linguæ. ita probat d. l. Baliſta. quæ ad hoc eſt ſingu. & ita ſaluari poteſt dictum Bal. in præall. c. fi. de offi. deleg. & plura alia dicta, de quibus ſuprà: quod tene menti. ¶ Hinc etiã eſt, ꝙ quãdo in una lege uel canone pluries exprimitur & repetitur idẽ uerbũ: tunc de mẽte legis uel canonis exorbitantis uel pœnalis eſt, quòd non fiat extẽſio legis uel canonis ad aliũ caſum, quàm ad nominatum in lege uel canone: licet materia de ſui natura eſſet proportionabilis alijs. de hoc eſt glo. ordin. ſing. in cle. j. ſuper uerbo, Diœceſanis. de iure patr. quam refert & ſequitur Domi. in c. Duobus. ſuper glo. in uer. Primo præſentauerit. de reſcrip. li. vj. ubi per hoc dicit ſe cõſuluiſſe cõtra dominos de Rota in una ardua & quotidianißima q. ad quẽ breuitatis gratia te remitto, & cum eo tranſit ibi Philip. Franc. quæ omnia tene menti tanquam pulchra, &c.

## LOCVS À TOLERATIONE INCONVENIENTIS. XCII.

PRæterea habemus in iure locũ à toleratione inconuenientis,

nientis: à quo ſumptũ argumentũ eſt forte, frequens & utile. Et formatur hoc modo. Duo ſpecialia nõ poſſunt cõcurrere circa idem. tex. eſt not. in l. j. iuncta glo. ſi. in ſi. C. de dotis promiſ. & bonus tex. in l. Cum poſt. §. Gener. iuncta ſua not. glo. ff. de iure dot. ¶ Ut tamen habeas clarã reſolutionem iſtius pulchri & quotidiani articuli, & ne paralogizeris, diſtingue hoc modo, Aut plures ſpecialitates ſunt circa idem uel ex eodẽ facto procedũt, aut ſunt circa diuerſa, uel ex diuerſis factis procedunt. ¶ Primo caſu ſubdiſtingue. Aut una ſpecialitas uenit principaliter, & alia conſecutiuè ex illa. Aut ambo ueniũt æquè principaliter. ¶ Primo caſu plura ſpecialia tolerantur & admittuntur, ſicut plures fictiones. §. Sed ſi ab hoſtibus. Inſti. quibus mod. ius patriæ poteſt. ſolui. & l. Sub cõditione. ff. de ſolu. & l. Cum duæ. ff. de capt. Permiſſo enim antecedenti, cenſentur etiam permiſſa ea quæ ſequuntur ex illo. l. Qui procuratorẽ dat. ff. de procur. & l. ij. ff. de iuriſdict. omnium iudic. cum ſimi. ¶ Secundo caſu quando ambæ ſpecialitates ueniunt æquè principaliter, tunc nõ admittuntur neq; tolerantur. d. l. j. & præalleg. §. Gener. cum utrobiq; notatis per glo. & docto. Et hinc eſt quòd licet hodie donatio perficiatur nudo pacto. l. Si quis argentum. §. fi. C. de dona. tamen hoc eſt uerũ, quando cauſa donationis eſt ſignanter expreſſa: ſecus autẽ ſi tantummodo quærimus de cauſa præſumptiua: ne duo ſpecialia concurrant circa idem. ita ſingu. dicit Bar. in l. Iuriſgentium. §. Sed cum nulla. ff. de pactis. & ualde exclamat Ange. in l. ij. in. §. Circa. ff. de doli excep. quod tene menti. ¶ Secundo caſu principali quãdo plures ſpecialitates concurrunt circa diuerſa, uel oriuntur ex diuerſis factis: tunc bene tolerantur. l. ſingularia. ff. ſi cer. pet. cum ſimi. De quo uide



uide pulchrè per Salice. in præalleg. l. j. & faciunt not. per Bart. in repeti. l. Si quis pro emptore. in ulti. q. ff. de uſuca. & not. per Cardi. in clemen. quod circa. de elect. quod tene menti: quia eſt utile & quotidianum: & uide quod dixi ſuprà in loco à ſpeciali.

## LOCVS À SVRROGATIONE XCIII.

PRæterea habemus in iure locũ à ſurrogatione, à quo ſumptũ argumentũ eſt forte, frequẽs & utile. Et formatur hoc modo. Surrogatũ ſapit naturã eius, in cuius locum ſurrogatur. tex. eſt not. in l. j. §. hæc actio. & ibi Bart. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſ. fue. & bonus tex. in l. Si eũ. §. qui iniuriarũ. & ibi Bar. Bal. Ang. & doc. ff. ſi quis cautio. & bonus tex. in l. unica. §. j. & ibi Cy. Bal. Sali. & doc. C. de rei uxo. act. & bonus tex. in. §. fuerat. & ibi Io. Fab. in ult. col. & Iaſ. in ij. col. Inſti. de act. & bo. tex. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. j. & ibi Henric. Boic. & doc. cano. ut lit. pend. cum ſimi. de quibus infrà. Et iſtud eſt adeò uerũ, quòd etiã cõſtitutio declaratoria cõſtitutionis pœnalis, extẽditur ad ſurrogatũ ad euitandũ pœnam. glo. eſt ord. ſing. in cle. ij. ſuper uerb. Epiſcopi. de reſcrip. quæ ſing. dicit ꝙ diſpoſitio d. clemen. ij. loquentis in officiali epiſcopi habet etiam locum in officiali capituli ſede uacante: quia ſede uacante capitulum ſurrogatur loco epiſcopi, & ſurrogatũ debet ſapere naturam eius, in cuius locũ ſurrogatur, iuribus ſuprà alleg. De quo uide quod dixi latius ſuprà in loco à ratione legis larga, ampla, ſeu generali ad extẽſionẽ ipſius legis, in iij. caſu prin. ubi recurre. ¶ Et iſte arguẽdi modus à ſurrogatione, ut dixi, eſt frequẽs & utilis ſeruiẽs ad multa. Et gratia exẽpli

pli pro inſtructione iuuenũ, iſtud primò facit ad hoc, quòd ſurrogatus in officio uel collegio loco alterius utitur iure illius in cuius locũ ſurrogatur tam quo ad incõmodũ, quàm quo ad cõmodum. l. Vnica. C. de colleg. & chartopa. lib. xj. & ergo emens locũ alicuius, quẽ habet in aliquo collegio de conſenſu principis (ut ſæpius fieri uidi) uti & gaudere debet iure & priuilegio illius, in cuius locũ ſurrogatus eſt. Et ſimiliter ſi tali officio empto imponatur onus (prout aliquãdo cõtingit) tale onus ſuſtinebit ſurrogatus ſicut ſuſtinuiſſet ille in cuius locũ ſurrogatus eſt, ſi non fuiſſet facta trãslatio officij. ita not. dicũt Bar. Io. de Plat. & doct. in d. l. Vnica. ¶ Hinc etiam uidemus obſeruari de cõſuetudine, quòd canonicus intrans aliquod collegiũ uia permutationis, ſtatim efficitur plenus ubi aliud obſeruaretur ſi intraret per mortẽ alicuius: cuius nõ eſt alia ratio, niſi quòd ſurrogatũ ſapit naturã eius, in cuius locum ſurrogatur, iuribus ſuprà in prin. alleg. quod tene mẽti, quia quotidie cõtingit. ¶ Hinc etiã eſt, quòd noua inueſtitura facta per dominũ uirtute antiquæ nõ tollit uigorẽ uenientẽ ex antiqua. tex. eſt not. in c. Vnico. de uaſal. decre. æta. in uſi. feu. & ibi Alua. no. adducẽs pro ratione regulã ante tactã, ſurrogatũ, &c. & aliqua ex iurib. ſuprà alle. ¶ Hinc etiã eſt, quòd ille qui eſt ſurrogandus in locũ alterius, debet eſſe eiuſdẽ iuris et cõditionis, cuius eſt ille in cuius locũ ſurrogatur, et debet eſſe talis qui à principio potuiſſet ad talẽ actũ eligi. ita ſing. dicit Bal. in l. Parabolani. per illũ tex. quẽ ad hoc reputat aureũ. C. de epiſ. & cler. quod facit ſecundũ eũ cõtra iudices & aſſeſſores regni, ut ibi uidere poteris per eũ. Itẽ ex hoc ſeqtur qd' rector iſtius præclaræ uniuerſitatis Louanieñ. nõ poſſet in ſua abſentia ſubſtituere uel loco ſui ſurrogare cõiugatũ, cũ talis ab initio





tio ex ſtatuto uniuerſitatis ad dignitatẽ rectoralẽ eligi non poſſet per d. l. Parabolani. cũ ibi no. per Bal. ille tamẽ q fuit legitimè electus rector, ſi poſtea durante rectoratu ducat uxorẽ, nõ perdit dignitatẽ rectoralẽ. ar. l. j. §. quãuis. in fi. ff. de poſtu. & l. Cæcus. cũ ibi no. ff. de iud. cũ ſi. Et ita uidi obſeruari in perſona præclariſſimi uiri do. Petri Lapoſtolæ utriuſq; iuris facilè monarchæ cõpatris mei chariſſimi: qd' tene menti. ¶ Hinc etiã dicit Bar. in l. j. per illum text. C. de præpo. agen. in reb. lib. xij. quòd quãdo aliquis uult ſeruire per ſubſtitutũ uel aliquem loco ſuo ſurrogari debet ſurrogare eum qui ſit æqualis cõditionis & in moribus, & in ſciẽtia, & in peritia. Et propterea ſecũdũ eũ doctor nõ poteſt ſurrogare ſcholarẽ ad legendum, quãuis ſit ſufficiẽs: nec miles tyronẽ, ut ibi latius per eũ. Et eſt de mẽte glo. quæ loquitur in ſcriptore, in l. ſtipulationes cõmodiſſimum. & ibi habetur per Ang. & Io. de Imo. ff. de uerbo. obliga. & habetur per eundẽ Ioan. de Imo. in l. Cõtinuus. §. Si ab eo. ff. eo. tit. quem omnino uide, quia magiſtraliter loquitur. & idẽ eſt de mẽte glo. & Bar. in l. j. C. de man. & colo. pa. li. xj. Vbi etiã dicit Bar. quòd coloni qui faciunt putare arbores uel uineas, uel arari terras per ineruditos in cultura, ſi prædia ex hoc ſint effecta deteriora tenẽtur: quia imputatur eis cur ineruditos miſerũt ad culturã: de qua materia ultra paſſus ſuprà commemoratos, uide per Bar. & omnes in l. nemo eſt q neſciat. ff. de duo. reis. & per Panor. & doc. cano. in c. j. de ſum. tri. & fi. cath. ¶ Hinc etiã dicit Lud. de Ro. in ſuis ſingularibus, ſingul. lxvj. & ſingu. lxxvj. quod abſens neceſſariò etiã ſi illa abſentia cauſetur ex delicto, poteſt per ſubſtitutũ explicare actũ, per tex. not. in l. De pollicitationibus. ff. de pollici. quod tene mẽti. ¶ Hinc etiã dicit Bar. in l. Si quis filiũ. in fi.

in fi.C.de inoffi.teſta. quòd quemadmodũ querela inofficio
ſi finitur quinquennio ( ut ibi) ita & ius agendi ad ſupple=
mentum, quod ſuccedit in locum querelæ, per dictã regulã
ſurrogatũ.& c.de quo uide ibi latius per eum, & poſterio=
res, & pleniſsimè per Iaſo. & nouißimos in l.certi cõditio.
in prin.ff.ſi cer.peta.¶ Hinc etiã eſt, ꝙ epiſcopus qui ſuc=
cedit in locũ executoris ordinati à teſtatore, eo nõ exequẽ=
te intra annũ, qui ad hoc datur à iure.l. Nulli. C.de epiſ.&
cler.& c.ſi hæredes.de teſta.cum ſimi.debet ſeruare formã
impoſitam à teſtatore executori per eum ordinato.ita not.
dicit Bal.in l.fi.in bona lectura. C.ſi mancip.ita fue.alie.ne
manumit.¶ Hinc etiã eſt, quòd ſi certis ciuibus datũ ſit ar=
bitrium eligendi poteſtatẽ in certo loco, intra certũ tẽpus,
dum tamẽ eligant de illa terra, quo tempore effluxo deuol=
uatur poteſtas eligendi ad baliuũ uel ſcultetũ loci, certè ci=
uibus non eligendibus intra tẽpus præfixũ, poteſtas eligen=
di deuoluitur ad baliuum uel ſcultetũ qui habebit eligere de
illa terra: quia ius eligendi tranſit in baliuum uel ſcultetum
cum eadẽ qualitate. Ita ſing.dicit Ioã. And.in reg. Cõtra eũ.
de reg.iu.li.vj.in mercuria. quẽ omnino uide.¶ Et pro iſta
deciſione eſt hodie caſus in cle.unica de ſupplẽ.neglig.præ=
la.& uult Lud.de Ro.in ſuis ſingularibus, ſing.cccclxxxij.
incip.Pone quod arbitriũ.& c.¶ Hinc etiã ſing.dicit Ioã.
And.in c.Publicato.de elec.quòd ſi facta eſt electio per uiã
ſcrutinij, & maior pars cõſenſerit in certũ, alij autẽ debẽ=
tes eligere neglexerũt ius ſuum: ſuperior ad quẽ deuoluitur
ius eligendi debebit eligere illũ, in quẽ maior pars cõſenſit:
quod tene menti.¶ Hinc etiã eſt, ꝙ proteſtatio quæ ſubſi=
ſtente metu ſurrogatur in locum appellationis. c. Si iuſtus
metus.de appella.& l.ij.C.de his qui per met.iud.nõ appel.
fieri



fieri debet intra tempus, intra quod eſt apppellandũ & ſic
intra decendium. Ita ſing.dicit Bal. in d.c.ſi iuſtus metus.in
prin.per illũ tex. & poſt eũ Præpoſi.& alij ibidẽ: quod te
ne menti.¶ Hinc etiã eſt, ꝙ ille qui emit gabellã à cõmuni,
& ſoluit de ſuo cõmuni, poteſt debitores non ſoluentes ca=
pere, & eorũ bona ſubhaſtare, & uẽdere ſicut poterat cõ=
mune uel fiſcus in cuius locũ ſucceßit.tex.eſt not. & menti
tenendus in l.creditor.in prin.& ibi Bar. & Pau. de Caſt.
no.et ualde exclamãt.ff.de actio.emp.¶ Hinc etiã eſt, quòd
reddituarij uel receptores principis, ꝙ ſoluũt pro alijs quos
nondũ exegerũt, poſſunt exigere debitores pro ſe eodẽ mo=
do, quo poſſent exigere pro fiſco, ſcilicet, capiẽdo perſonã
& bona. Nam cum ſuccedant in locũ fiſci poſtquam de ſuo
ſoluerũt fiſco: utũtur eodẽ iure, quo fiſcus. Ita ſing.determi
nat Io.de Pla.in l.mißi opinatores.circa fin.C.de exac. tri=
bu.li.x.per tex.in d.l.creditor: qđ tene mẽti, quia eſt quoti=
dianũ.¶ Hinc etiã ſing.dicit Bal.in l.j.§.Editiones.circa fi.
ff.de edend.quòd ſicut reus tenetur edere fiſco inſtrumentũ
cõtractus, ad fundandã intentionẽ ſuã, ſuper petitione ga=
bellæ debitæ ratione cõtractus.l.nec quiſquã.ff.de eden. Ita
etiã reus tenetur edere inſtrumentũ cõtractus emptoribus
gabellarũ, cũ ſuccedãt in locũ fiſci: et ſurrogatũ ſapit natu
ram eius, in cuius locũ ſurrogatur, iuribus ſuprà alleg. qđ
tene menti.¶ Hinc etiã ſing.dicit Panor.in c.j.in pe.col.de
mutuis petitiõibus, quòd in certis caſibus, de quibus ibi per
eũ, locũ habet recõuentio in cauſa appellationis, ſicut fieri
potuiſſet in prima inſtãtia corã iudice à quo: quia ex quo
iudex appellationis ſuccedit loco iudicis à quo, debet ſuc=
cedere cum omnibus appenditijs & qualitatibus ſuis, ut ſic
ſurrogatum ſapiat naturã eius in cuius locum ſurrogatur.
De quo

De quo ibi latius per eum: quod tene mẽti, quia eſt pulchrũ & quotidianũ. ¶ Item iſtud facit ad unum aliud ſingulare: uidelicet, ꝙ ſicut accuſationes criminales regulariter non durant niſi xx. annis (ut eſt tex. ſingularis in l. Querela. cũ ibi not. C. ad l. Corneliã. de falſis) ita nec officium iudicis ad inquirendum de delicto debebit durare ultra uiginti annos. Et ratio eſt, quia inquiſitio quæ fit officio iudicis ſuccedit loco accuſationis deficientis, ut eſt tex. in l. Reſcripto. §. Si quis accuſatorẽ non habet. ff. de munerib. & hono. & bonus tex. in c. Qualiter & quãdo. ij. de accuſa. ergo debet ſapere naturã accuſationis: in cuius locũ ſurrogatur, iuribus ſuprà alleg. & ita expreßè decidunt Bart. Salice. & doc. in præal. l. querela. quod tene menti. ¶ Contrariũ tamẽ in hoc pulchro & quotidiano articulo tenet glo. ordi. ſingu. per uerbũ Forte, in d. l. Querela. dicens ꝙ licet accuſatio de crimine duret ſolũ xx. annis regulariter: officiũ tamen iudicis durat xxx. annis: & idẽ eſt de mẽte glo. in l. Sicut. ſuper uerbo, Perſecutione. C. de præſcrip. xxx. uel xl. anno. & ſequitur utrobiq; Ang. ut latius uidere poteris per eum, qui magiſtraliter ſaluat dictas duas gl. ¶ Et ad multa alia pulchra & quotidiana ex præmißis, & alijs iuribus colligibilia, induci poteſt hæc argumentatio à ſurrogatione, quæ breuitatis gratia omitto, & ſtudioſo in rebus publicis non occupato, indagãda relinquo. ¶ Iſtud tamen generale, ſurrogatum. &c. inter alia limitatur ſingulariter procedere, quo ad naturã primordialẽ: ſed non procedit quo ad naturã accidentalem Exempli gratia. actio legis Aquiliæ, de ſui natura datur ad ſimplũ: ex poſtfacto autem propter inficiationem, accidentaliter creſcit in duplum l. Contra negantẽ. C. ad l. Aquil. certè hanc naturam incrementi, quæ accidentaliter



liter ſuperuenit, nõ ſaperet actio ſurrogata in locũ actionis l. Aquiliæ: quia illud incrementũ non ineſt actioni l. Aquiliæ ex ſua præmordiali natura. Ita ſing. dicit glo. ordi. in præal. l. Certi cõditio. in prin. in gl. magna, in uerbo, ex omni cauſa, circa fi. & ibi Bar. Sali. Alex. & doc. eam multũ exclamant: illam glo. etiam dicit eſſe ſing. Bal. in d. l. Vnica. §. j. Et pro ea eſt bonus tex. in l. Item ueniunt. §. Cum prædiximus. ff. de peti. hæredi. quem etiam allegat. d. glo. quod eſt ſummè notandum: quia eſt in frequenti & quotidiano uſu, ſecundum Salice. in d. l. Certi conditio. ubi poſt Bart. ex hoc infert ad deciſionẽ unius quotidianæ quæſtionis, ad quẽ breuitatis gratia te remitto. ¶ Et ſi uolueris plenè inſtrui, an actio ſurrogata loco alterius, illius naturam aſſumat: & an res loco alterius ſurrogata illius naturam aſſumat: & an perſona loco alterius ſurrogata illius naturam aſſumat, uide Ioan. Fab. in d. §. Fuerat. in ulti. colum. & Iaſon. ibidem in primo not. & Bal. Ange. Lamber. de Ramponi. & doc. in præall. §. Qui iniuriarum. & Cy. Salice. & doct. in d. l. Vnica. & Bar. in præall. l. j. §. Hæc actio. & Henric. Boic in d. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. In quibus locis reperies ſatis plenè: quæ omnia tene menti tanquam pulchra. &c.

## LOCVS À CONCESSIONE ANTECEDENTIS. XCIIII.

PRæterea habemus in iure locum à cõceßione antecedentis, à quo ſumptũ argumentũ eſt forte, frequẽs & utile, & formatur ſic. Cõceßo antecedẽti, cõceditur & cõſequẽs. l. j. §. j. ff. ſi uſufr. peta. & l. iij. §. qui habet. & ibi Pau. de Caſt. ff. de ſerui. ruſti. præd. & l. Refectionis gratia. & ibi gl. ff. cõmu. præd. Vel ſic. Cui conceditur antecedẽs, cõcedi

ceditur & conſequens : cùm eadem eſt ratio concedendi:
tex.eſt not.in l.ij.& ibi Cy.Bar.Bal.Lambert. de Rampo.
& doc.no.ff.de iuriſdic.om.iudi.& bonus tex.in l.qui pro-
curatorẽ dat.ff.de procur.& bonus tex. in c. Præterea. de
offi.deleg. Et ſi cui cõceditur aliquid, intelliguntur cõceſſa
omnia,ſine quibus illud explicari non poteſt,iuribus præal.
& l.fi.in fi.ff.de offi.eius cui manda.eſt iuriſdi.& l.iij.in fi.
ff.de pe.lega.& l.Veteres.cum ibi not.per glo.Bar.& doc.
ff.de itin.actuq; priua. ¶ Et iſtud facit ad multa.Et gratia
exempli pro inſtructione iuuenũ,iſtud primò facit ad hoc,
quòd monachus exiſtẽs in ſtudio de licentia ſuperioris, niſi
aliud in datione licentiæ actum fuerit poterit monaſterium
pro neceſsitatibus ſtudij obligare: quia data licentia mona-
cho ſtudẽdi,omnia uidẽtur cõceſſa ſine quibus in ſtudio cõ-
modè eſſe nõ poteſt: ita dicit Archid. in c.cũ paſtores.ij.q.
vij.& Panor.in c.Venientes.de iureiu.& not.per doc.in c.
Ex parte.de accuſa.& eſt glo.in l.Si longius.ff. de iudi.&
iſta eſt cõmunis concluſio doc.ſecundum Panor.in conſilio
lxxxviij.j.uolu.incip.Facti contingentia ſic proponitur.
¶ Secundò iſtud facit ad hoc,quòd epiſcopus qui habet iu-
riſdictionẽ in laicos in certis caſibus, iuxta ea quæ habẽtur
notantur in c.Cũ ſit generale.de foro compe. poteſt in illis
caſibus incarcerare laicos.de quo tamẽ uide latius per Ioã.
And.in addi.ad Spec.in rub.de offi.ord.& per Oldr.in cõ-
ſilio lxxxvj.incip.Quæritur an eccleſia.& per Io. de Imo.
Domini.& Phili.Fran.in c.Cũ epiſcopus.de offi.ord.li.vj.
& per Pe.de Anch.in repeti.regulæ.Ea quæ.in xj.q.de reg.
iur.eo.li.ubi expreſsè tenet ꝙ epiſcopus non poteſt capere
uel incarcerare laicũ pro eccleſiaſtico crimine, niſi in cri-
mine hæreſis,ubi recurre. ¶ Iſtud etiam facit ad multa alia
pulch



pulchra quotidiana dicta, collecta magiſtraliter per Iaſo.
in præal.l.ij.& per And.Sic.Feli. & alios nouiſsimos in d.
c. Præterea.ad quos, quia ab omnibus habentur, breuitatis
gratia te remitto.Et iſtud eſt adeò uerũ,quòd etiã cõmiſſa-
rius cui aliquid principaliter eſt cõmiſſum poteſt cognoſce
re nõ ſolũ de eo quod uenit acceſſoriè ad cauſam ſibi prin-
cipaliter commiſſam:ſed etiã poteſt cognoſcere de eo quod
uenit acceſſoriè ad acceſſorium cauſæ ſibi cõmiſſæ.tex. eſt
not.& menti tenẽdus in c.prudentiã. §. Si uerò.& ibi hoc
not.Panor.de offi.deleg.quod tene mẽti:quia uidi in cõtin-
gentia facti multũ de hoc dubitari.¶ Illud tamen quod dixi
ſuprà,uidelicet,ꝙ cui cõceditur aliquid,intelligũtur cõceſsa
omnia,ſine quibus illud explicari non poteſt,debet limitari
multis modis. ¶ Primò ut nõ procedat in iuriſdictiõe præ-
ſcripta,in qua nõ tranſit modica cohertio nec poteſtas co-
hercẽdi,niſi hæc etiã ſint præſcripta,quãuis ſine iſtis iuriſ-
dictio uideatur quaſi inutilis & illuſoria.text. eſt not.in c.
Cũ contingat.& ibi Panor.in v.col.de foro cõpe.& uolũt
Alex.Iaſon & doc.in d.l.ij.Et ratio iſtius eſt,quia tantum
præſcriptũ quantũ poſſeſſum,& nõ plus.l.j.§. Si quis hoc
interdicto. & ibi pulchrè per Bar.ff.de itine.actuq; priua.
& c.cũ olim.de præſcrip.et c.dilecto.de offi.Archid. cũ ſi.
¶ Et hinc eſt,ꝙ ſi abbas uel prælatus inferior præſcripſe-
rit uiſitationẽ,& nõ recepit procurationẽ, cõpleta præſcri
ptione uiſitationis,nõ poterit exigere ꝓcurationẽ: qa præ-
ſcriptio extẽdi nõ debet per iura ſuprà alleg. ¶ Ita dicit gl.
ord.nò in reg.Odia.de re.iu.li.vj.et uolũt Hoſt.Io. de Imo.
& doc.in c.cũ ex officij. de præſcri. ¶ Hinc etiã eſt,ꝙ qui
præſcripſit decimas in aliquo loco,nõ uidetur præſcripſiſſe
decimas noualium.tex.eſt not.in c.Cum contingat. de deci.

 Hinc

¶ Hinc etiam eſt, quòd ille qui præſcripſit inſtitutionē uel ius inſtituendi non uidetur præſcripſiſſe ius deſtituēdi, licet inter ea ſit quædam communio. Ita ſing. uolunt Hoſtien. Io. And. Panor. Feli. & doc. in c. Cum ex iniuncto. de hære. & Panor. in c. Accepta in fi. de reſti. ſpo. & Card. in cle. unica. de renun. quod tene menti: quia ſeruit ad multa. ¶ Hinc etiā dixi in quæſtione de facto occurrēte, quòd Præpo. ſeu Archid. qui præſcripſit ferè omnia iura epiſcopalia, non tamē cōſueuit recipere charitatiuū ſubſidiū quod recipit epiſcopus. c. Cū apoſtolus. de cēſi. nō poterit exigere à clero inuito charitatiuū ſubſidiū ſeu iocūdū aduētū: qa nō plus præſcriptū quàm poſſeſſum: & præſcriptio in uno nō extenditur ad reliquū, etiam ſi inter ea detur quædam cōmunio, per iura ſupra alle. Certum autē eſt, quòd de iure cōmuni prælati inferiores epiſcopis non ſunt fundati ad petēdum charitatiuum ſubſidium, uel ad faciendum collectam. Et ergo debent ſuccumbere, niſi habeant priuilegiū, uel niſi iuuentur quo ad hoc cōſuetudine iam præſcripta. Ita ſing. dicūt Hoſtien. Ioā. And. Panor. & doc. in d. c. Cum apoſtolus. circa fi. quod tene menti: quia eſt quotidianū & ita fuit iudicatū. ¶ Secundò iſtud limitatur, ut non procedat quando ille cui aliquid committitur, bene eſt capax principalis, ſed nō acceſſorij ſecundū Ang. Pau. de Caſt. Iaſon. & alios in præal. l. ij. & poteſt poni exemplū in caſu. c. Tuā. de ord. cogn. & iuncto. c. Lator. qui filij ſunt legit. ¶ Tertiò iſtud limitatur nō procedere, quādo acceſſoria ſunt maioris iuriſdictionis quàm ea quæ principaliter committuntur ſecundū Bar. & alios in d. l. ij. ¶ Quartò iſtud limitatur non procedere in reſeruatis ſpecialiter ſummo pontifici, text. eſt not. in d. c. Prudentiam. §. Sexta. & ibi Panor. & facit tex. in c. Quòd tranſ



tranſlationem. de offic. lega. & uult Iaſon in d. l. ij. & Feli. in d. c. Præterea. ¶ Quintò iſtud limitatur multùm ſing. ut quamuis ea intelligantur commiſſa, ſine quibus commiſsio nullo modo expediri poteſt (ut in iuribus ſuprà allega.) tamen ea non ueniunt ſine quibus expediri poteſt, ſed non ita commodè & faciliter. de hoc eſt glo. ordi. ſing. in c. Solet. in prin. ſuper uerbo, Superiorem. de ſenten. excom. lib. vj. quæ ſingu. uult, quòd delegatus papæ non poteſt abſoluere ad cautelā, niſi id ſpecialiter ſibi ſit commiſſum, quāuis ea impenſa magis commodè procedi poſſet in negotio principali. & illam glo. ſequuntur ibi Dominicus Philipp. Fran. & doc. De hoc tamen uidetur dubitare Iaſon in præalle. l. ij. & eius opinio uidetur de iure uerior, cum de nullo uel modico præiudicio partis aduerſæ agatur, ſed in dubio non eſt à cōmuni opinione recedendum, ſaltem in iudicando: quod tene menti. ¶ Sed iſtud limitatur uerum niſi ea, ſine quibus non poteſt negocium expediri, ſint alio iure prohibita. ita notab. dicit Domini. poſt Ioan. de Imo. in c. Quicunq;. in princ. ante fi. de hære. lib. vj. & ſequitur Feli. in d. c. Præterea. in fi. An autem aſſerens ſe procuratorem, & habere mandatum, uideatur aſſerere omnia illa ſine quibus non poteſt eſſe procurator, ut quòd eſt maior xxv. annis. l. Minor. ff. de procura. & ſimilia. Ita quòd ei incumbat onus probandi, Vel an aduerſario obijcienti quòd eſt minor incumbat onus probandi: uide pulchrè per Pau. de Caſt. in l. Cum te. in fi. C. de proba. Vbi poſt Petr. & alios tenet quòd excipienti incumbat onus probandi, ut latius uidere poteris per eum: quæ omnia tene menti tanquam pulchra, ſingularia, utilia, & quotidiana.

N 3 Locus

## LOCVS A' CONCESSIONE CONSEQVENTIS. XCV.

Præterea habemus in iure locũ à cõceßione cõſequẽtis, à quo ſumptũ argumentũ eſt forte, frequens, & utile. Et formatur dupliciter ad duplicẽ effectum, uno modo ſic. Cui cõceditur conſequens, conceditur omne illud per quod peruenitur ad illud. tex. eſt not. in l. Ad rem mobilem. & ibi not. per glo. ff. de procu. & bonus tex. in l. ad legatũ. illo eo. ti. & bonus tex. in. §. idẽ iuris. & ibi not. per glo. inſti. qui & ex quibus cauſis manu. nõ poſ. & pulcher tex. in c. quoniã. de ſen. excõ. li. vj. cũ ſimi. Cõceſſo enim fine, uidẽtur cõceſſa omnia per quæ deuenitur ad finẽ. iuribus ſuprà alleg. & eſt tex. pulcher in c. cũ infirmitas. de pœn. & remiſ. per quẽ tex. dicit ibi ſing. Panor. ꝗ quando papa diſponit in finem ſalutis animarum, poteſt diſponere nedum circa laicos quos intẽdit cõſtringere, ſed etiã circa alios laicos, ſicut in caſu. d. c. cũ infirmitas. papa pro ſalute animarũ ægrotãtiũ diſponit circa medicos laicos. ¶ Hinc etiã uidemus ꝗ quãdo cõceditur aliquibus officialibus poteſtas prouidendi ſuper ſtatu ciuitatis, ſeu ſuper politia eiuſdẽ: omnia extrinſeca uidẽtur cõceſſa per quæ peruenitur ad expreßè cõmiſſum. Ita ſing. uult Bar. in l. ambitioſa. in ij. & iij. col. ff. de decre. ab ord. facien. quẽ omnino uide. ¶ Hinc etiã eſt quòd licet diſpenſationes, quæ ſunt cõtra ius ſint odioſæ & reſtringẽdæ. c. j. & ij. de fil. preſby. lib. vj. tamen ſi eſt diſpenſatũ cum illegitimo, quod poßit habere epiſcopatum, intelligitur in neceſſariũ antecedens diſpenſatum cum eo quòd etiã poßit preſbyterari: quia ſine ſacerdotio non poſſet eſſe epiſcopus. c. ex literis. de exceſ. præla. Ita not. dicit Pet. de Anch. in cle. j. in ix. col. in v. oppo. de cõceſ. præben. & Panor. in c. ex parte.



parte. iij. de deci. & ſequitur Iaſ. in l. j. in ij. col. ff. de trãſac. & idẽ Iaſ. in l. ſi cauſa cognita. C. de trãſac. quod tene mẽti. ¶ Hinc etiã eſt, ꝗ quando mãdatur alicui executio alicuius negotij, q d' princeps nõ examinauit, uidetur etiã eidẽ cõmiſſa cognitio, ut præambulũ & antecedens. l. Et ſi cognitio. C. de preci. imper. offe. & c. De cætero. cũ utrobiq; not. de re iud. de quo uide plenè per Bar. in l. A' diuo pio. in prin. ff. de re iudi. ad quẽ breuitatis gratia te remitto. ¶ Illud tamẽ quod dixi ſuprà uidelicet, quòd cui conceditur cõſequens, conceditur antecedẽs: & omne illud per q d' peruenitur ad illud, debet limitari dupliciter. ¶ Primò, ut ꝓcedat niſi antecedẽs ſit maius ipſo cõſequẽti. ar. l. pe. §. Illo. C. de neceſ. ſer. hære. inſti. & arg. not. per Bar. in l. ij. in j. col. in fi. ff. de iuriſdi. om. iudi. ¶ Secundò iſtud limitatur uerũ, niſi ille cui cõceditur cõſequens, uellet ſibi ius dicere pro conſequendo antecedẽs uel præparatoriũ. Nam tũc permiſſo cõſequenti non permittitur præparatoriũ uel antecedẽs. Ita ſing. colligitur ex conſi. Oldr. lxxxij. & ex no. per Card. in cle. dudũ. §. Huiuſmodi. circa fi. de ſepul. in quibus locis præfati doc. multùm ſing. uolunt, quòd licet fratribus mendicantibus ſit permiſſa liberè ſepultura eorum qui apud eos eligunt ſepeliri d. cle. dudum. tamen ipſi fratres non poſſunt inuito curato proceßionaliter cum cruce intrare eius parrochiam & accipere funus: quia ſic ſibi ius dicerent, quòd non licet. l. Si quis in tantam. C. unde ui. & l. Extat. ff. quod metus cau. cum ſi. & licet idem Oldra. teneat contrarium in conſilio ſuo ccxxv. in ij. dubio & Petr. de Anch. in d. cle. dudum. tamen prima opinio tutior eſt, ne detur materia rixæ, & ita obſeruatur ſecundũ Card. in præal. §. Huiuſmodi. quod tene menti. ¶ Hinc etiam dixit glo. ordi. ſingu. in d. cle. dudum.

§.Verum. ſuper uerbo, Integre, quòd quando electa eſt ſepultura apud fratres: funus primò portandũ eſt ad eccleſiã parrochialem, & ibi celebranda eſt Miſſa: ut ſic recipiat ibi ultimũ uale. Et ita in pluribus locis ſeruatur, & me cõſulente ita ſeruatũ fuit in funere nobilis & generoſæ dominæ Barbaræ de nouo caſtro, uxoris do. Gerardi de pleynes ſepultæ Mechliniæ apud Carmelitas: quæ recepit ultimum uale in eccleſia ſua parrochiali ſancti Rumoldi: quod tene menti. Secundò iſtud argumẽ. poteſt formari aliter, ſic. Qui petit uel uult cõſequẽs, uidetur etiã petere & uelle antecedens: hoc eſt, omnia ſine quibus illud non poteſt procedere, tex. eſt not. in l. illud. & ibi Bar. Pau. de Caſt. & doct. ff. de acqui. hære. & eſt tex. ualde ſing. in c. ex parte. cum ibi not. per Anto. de But. Panor. Ioan. de Liſura, Præpoſi. & alios Canon. de ſponſa. ¶ Et hinc eſt, quòd procedit libellus in quo actor ſimpliciter petit reũ cogi & compelli ad ſoluẽdum x. licet non petat cum condemnari: quia qui petit conſequens, uidetur etiã petere antecedẽs, iuribus ſuprà alleg. & ita not. Panor. in c. Olim cauſam. per illum tex. de cenſi. ita etiam expreſſè determinat Ant. de But. & poſt eum Io. de Imo. in c. examinata. in fi. de iudi. & idem Io. de Imo. in l. In ſumma. in prin. ff. de re iud. Nam petita executione uidetur prius petita condemnatio, ex quo narratio eſt clara & aperta. Cautius tamẽ eſt petere eum condemnari, uel ſaltem ſubijcere illã clauſulã generalem. Super quibus omnibus & ſingulis, peto mihi ius dici, & iuſtitiã miniſtrari: quia tunc ſine aliquo ſcrupulo procedit libellus ſecundũ Io. de Imo. in d. l. In ſumma. & uoluit idẽ Ioã. de Imo. in l. Si cum nulla. ff. de re iudica. de qua clauſula uide, & hîc repete quæ dixi ſuprà in loco ab effectu eorũ quæ ſimul requiruntur ad eſſe.

Hinc



¶ Hinc etiam eſt, quòd ſi agens petitione hæreditatis non petat ſe hæredem declarari, uel ſi agẽs rei uendicatione, non petat ſe dominum declarari, ſed ſolùm petat alium cogi & compelli ad dimittẽdum & reſtituendũ hæreditatẽ uel bona per eum poſſeſſa, nihilominus ualet libellus. arg. d. l. Illud cũ ſimi. & ita not. dicit Bar. in l. Ex diuerſo. §. j. circa prin. ff. de rei uendi. & ſequitur Alex. de Imo. in l. ij. in. §. Prius. circa fi. ff. de uulg. & pupi. ¶ Hinc etiam dicit ſing. Bal. in auctẽ. dos data. ad fi. in noua lect. C. de dona. ante nup. quòd procedit libellus, in quo mulier petit ſibi donationem propter nuptias tradi: & libellus, in quo aduocatus petit cliẽtulum ad ſoluendum ſalarium condemnari: licet mulier & aduocatus non petant donationem uel ſalarium ſibi conſtitui: quia effectus libelli & rei debet conſiderari ſecundum eum. Semper enim conari debemus, ut ſuſtineatur libellus ſi fieri poteſt: ut not. Inno. pater iuris in præal. c. Examinata. circa fi. & Bar. Iaſ. & doc. in l. Sed & ſi poſſeſſori. §. Itẽ ſi iurauero. ff. de iureiu. ¶ Hinc etiã dixit ſing. Ange. in l. Si aliquã rem. ff. de acqui. poſ. quòd ſi in inſtrumento dicatur. Talis ſciens ſe dominum & poſſeſſorem talis fundi conduxit eum à Titio locante eum ſibi, uidetur translatum dominium & poſſeſſio in ipſum Titium, ex mente cõtrahentium, & ex ui cuiuſdam neceſſariæ conſequentiæ. Nam ex quo contrahentes uoluerunt facere dictum cõtractum, qui non poteſt iniri ſtante dominio conductoris, uidentur uoluiſſe omnia quæ ſunt neceſſaria ad ſubſiſtẽtiam ipſius contractus argu. d. l. Illud. de quo uide latè per Ioan. de Imo. Franc. de Aretio, & poſteriores in præall. l. Si aliquam. ¶ Hinc etiam dixit notabiliter Bal. in l. Cõuenticulã. in pe. col. C. de epiſ. & cler. quòd quando ad poſitionem rationis

N 5 ſequi

ſequitur poſitio dicti, tūc teſtis probat. ut ibi latius per eū. ¶ Hinc etiam ſing. dicunt Cy. & Sali. in l. Pacta nouiſsima. in fine. C. de pact. quòd ſi debitor meus habet exceptionem rei iudicatæ, & ultra hoc exceptionē pacti de non petēdo: ſi poſteà indigens auxilio meo fecit mihi pactum de petendo, uidetur renunciare utriq; exceptioni, quia qui uult unū, uult omnia ſine quibus illud procedere nō poteſt. d. l. Illud. Et qui uult unū, cenſetur uelle aliud ſine quo illud eſſet inutile: ut eſt tex. no. iuncta ſua ſing. glo. in l. Quāuis. C. de ſideicō. & uult Pau. de Caſt. in d. l. Illud. in ſi. quod tene menti: quia eſt pulchrum & quotidianū. ¶ Circa præmiſſa tamen uolo te ſcire, quòd dicta regula, Qui petit uel uult cōſequens, uidetur etiam petere & uelle antecedēs, limitatur multipliciter. ¶ Primò ut procedat in his, quæ pendent ex noſtra uoluntate, ut in exēplis ſuprà poſitis, & in caſu d. l. Illud. Sed in alijs non dependentibus ex noſtra uoluntate, ad poſitionem cōſequentis, non ſequitur poſitio antecedentis. Vnde licet probetur quē fuiſſe promotū ad preſbyteratū. nō tamē ſequitur per hoc, q; talis fuerit promotus ad priores ordines: licet hoc neceſſariò requiratur. Et ergo debet oſtendere literas de quolibet ordine. c. ij. & ibi hoc not. Innocen. de cle. pereg. & probatur in ti. de cler. per ſal. promo. ¶ Item poſito quòd producatur ſentētia, non tamē per hoc ſequitur quòd præceſſerunt acta: niſi aliter probetur, licet hoc requiratur. c. Quoniam contra falſam. & ibi not. per glo. & doc. Cano. de proba. & per Legiſtas in l. Prolatam. C. de ſen. Ita not. dicūt Bar. Pau. de Caſt. & doc. in d. l. Illud. ¶ Secundò dicta regula limitatur ut non procedat, quando antecedens eſt maius ipſo conſequenti. tex. eſt not. in præal. l. penul. §. Illo. ubi de hoc eſt caſus. ¶ Tertiò iſtud limi



limitatur ut non procedat, quando ex hoc ſequeretur uel præſupponeretur renunciatio iuris liquidi, ut rei iudicatæ uel inſtrumenti. Ita limitat Iaſon in præall. l. j. ff. de tranſac. & dicit quòd eſt ſua noua limitatio per aliquas leges per eum illic allegatas. Sed iſta limitatio mihi non placet per ea quæ no. Pe. Cy. & Sali. in d. l. Pacta nouiſsima. & ad leges per Iaſo. alleg. facilis eſt reſponſio: quia loquuntur in caſu particulari, ex quo non poteſt fieri regula generalis. c. In geneſi. cum ibi no. per doc. de elect. & contrariū eius quod tenet Iaſon in d. l. j. reperio uelle Rapha. Fulg. in conſil. ſuo cxix. incip. Proponitur quod Federicus. &c. ubi ſing. dicit quòd licet ſuper re iudicata non poſſet tranſigi iuribus per Iaſo. alleg. tamen ſuper re tranſactione uel iureiurando deciſa & ſuper eo, de quo cōſtat per inſtrumentum publicū, tranſigi poterit, cum hoc nullibi reperiatur prohibitū ſecundū eum, ad quē breuitatis gratia te remitto, quia ſingulariter loquitur. de qua materia etiā uidere poteris ſatis latè per Alex. de Imo. in præalle. l. Si cauſa cognita. ubi ponit plures limitationes ad regulam traditam in l. Eleganter. §. j. ff. de condi. indeb. & uide Bar. Sali. & doct. in d. l. Eleganter. quæ omnia tene menti, tanquam pulchra, utilia, &c.

## LOCVS À DESTRVCTIONE ANTECEDENTIS. XCVI.

PRæterea habemus in iure locū à deſtructione antecedentis, ſeu ab antecedēti deſtructio. tex. habes & exēplum in c. Cum ex officij. de præſcrip. à quo ſumptū argu. tūc demū procedit, quādo termini ſunt cōuertibiles, ut ſunt rationale & homo: bene enim ſequitur, Non eſt animal rationale, ergo non eſt homo. Item bene ſequitur, Contra uiſitationem

ſitationem non præſcribitur, ergo nec cõtra procurationẽ ratione uiſitationis debitã.d.c.cum ex officij. Quando enim antecedẽs ſeu principale eſt impræſcriptibile, tunc etiã cõſequens acceſſoriũ uel cõnexũ non poteſt præſcribi ſecundum Panor.in d.c.Cũ ex officij. & hoc eſt quod dicit Bal. in l.Conuẽticulã.C.de epiſ.& cle.dum dicit q; ſi antecedens tenet,tenet & cõſequẽs.& alleg.d.c.Cũ ex officij.¶ Hinc etiã eſt,q; archiepiſcopus,cui regulariter nõ cõpetit iuriſdictio in ſubditũ ſui ſuffraganei,non poteſt eum cõpellere ad ſuſcipiẽdũ delegationẽ cauſæ ad ſe per appellationẽ deuolutæ.tex.eſt not.in c.Paſtoralis.in prin.de offi.or.Quia cõpellere dependet à iuriſdictione.Deſtructo ergo antecedenti,deſtruitur cõſequens cõuertibile.l.fi. ff.de iuriſdi.om. iudi.cum ſi.Sed quãdo termini nõ ſunt cõuertibiles, tunc argumentatio non procedit.ita ſentit gloſ.ordi.in l.Eũ qui.in prin.ff.de publ.& ita ſaluãda eſt gl.or.in l. Quidã tabularum.in prin.ff.de fur.quæ indiſtinctè dicit,q; argumentum quod fit à deſtructione antecedentis non ualet: quia debet intelligi quando termini non ſunt cõuertibiles,ut ibi: quod tene menti,quia eſt quotidianũ,& ſeruit ad multa: & poſſes faciliter decipi ſi non perpẽderes.

## LOCVS A' DESTRVCTIONE CONſequentis, ſeu à conſequenti deſtructo. XCVII.

PRæter ea habemus in iure locũ à deſtructione cõſequẽtis,ſeu à cõſequenti deſtructo,à quo ſumptũ argumẽtum eſt ſorte,frequẽs & utile.Et formatur dupliciter ad duplicẽ effectũ.Vno modo ſic.Deſtructo conſequenti,in quo ſtat ratio antecedẽtis,deſtruitur antecedẽs.tex.eſt no.ĩ l.ij. §.Mutui



§.Mutui datio.& ibi not.per glo.ff.ſi cer.pe. & eſt bonus tex.in l.Apud antiquos.& ibi tangitur per Cy.& Albe.de Roſa.C.de fur.& bonus tex.in c.Et ſi Chriſtus.circa med. de iureiur.& optimus tex.in c.Solitæ.& ibi Card. & Ioã. de Imo.not.de maio.& obe.& text. peculiaris in c.tuæ.& ibi Præpoſi.not.de ſponſa.& pulcher tex.iuncta gloſ.in l. j.& ibi Ioã.de Pla.not.C.de delato.lib.x.& de eo cõmemorat Bal.in l.Conuenticulã.C.de epiſ.& cle. & faciunt not. per glo.ord. uulgarem & quod ſuper ea ſcribitur per Bar. Bal.Cy.Pau.de Ca.& doc.in l.Non uidetur.C. de in integ. reſt.mino.Sicut enim ad remotionẽ generis ſequitur remotio ſpeciei(ut dixi ſuprà in loco à remotione generis)& ſicut deſtructo principali deſtruitur acceſſoriũ(l.Cũ principalis.ff.de reg.iur.& perdito principali perditur acceſſoriũ.) l.Labeo. prout ibi habetur litera affirmatiua. ff.quẽadmo.ſer.amit.& deſtructa ſeu correcta ratione legis,cẽſetur etiã correcta lex,ut dixi latè ſuprà in loco à ratione legis larga,ampla,ſeu generali ad extenſionẽ ipſius legis, circa prin.Ita etiã deſtructo cõſequenti,deſtruitur antecedẽs, ut in iuribus ſuprà alle.Circa quod uide & hîc repete quæ dixi ſuprà in loco ab abſurdo, qui fraternizat in hac parte cum iſto. ¶ Et procedit hæc argumẽtatio à cõſequẽti deſtructo tunc demũ, quando conſequens ſequitur neceſſariò ad antecedẽs:quãdo uerò cõſequens,nõ ſequitur neceſſariò ad antecedẽs,tunc non procedit hæc argumentatio, ut not. glo.in l.Quidam tabularũ.in prin.ff.de fur. & uult Ioã.de Plat.in d.l.j.C.de delato.lib.x,quod tene menti. ¶ Secundò iſtud argumentũ poteſt formari aliter, ſic. Cũ prohibetur certũ quid:uidetur etiã interdictũ omne illud,per qđ peruenitur ad illud.tex.eſt not.in c.Nam cõcupiſcentiã.de cõſti.&

ſti.& bonus tex.in.§. Quia tamen.inſti.ui bono.rapto. & tex.uulgaris,familiaris & multũ not.in l.oratio. ff.de ſpõſa. Vbi habetur quòd prohibito matrimonio, prohibentur etiam ſponſalia, per quæ peruenitur ad matrimoniũ. ¶ Et hinc eſt, quòd prohibita per ſtatutũ alienatione ſine certa ſolennitate,cenſetur etiã prohibitus cõtractus.Ita not.dicit Pau.de Caſt.in l.Si unus.per illũ tex.ff.de ſerui. ruſti. prædi.iuncta.l.Si ad reſoluendũ.C.de predi.mino. quẽ omnino uide. ¶ Hoc tamen ſcias, quòd ſi ille cui prohibetur conſequens, puta matrimoniũ, faciat aliquid de præambulis per quæ peruenitur ad illud,puta,cõtrahit ſponſalia, non propterea incurret pœnam ſtatuti uel diſpoſitionis pœnalis, prohibẽtis cõſequẽs,puta matrimoniũ,licet poſſet aliàs puniri extra ordinẽ arbitrio iudicis.Ita dicit glo.ord. ſing.in cle.unica,ſuper uer.Cõtrahere.quã multũ ibi cõmẽdat doc. de cõſan.& affi.quod tene mẽti.¶ Ne tamẽ decipiaris,uolo te ſcire,q̃ dicta regula,cũ aliquid ꝓhibetur : uidetur etiã prohibitũ illud per quod peruenitur ad illud,nõ eſt ſemper & indiſtinctè uera, ſed debes diſtinguere prout magiſtra licet diſtinguit Cy. in l. Vnica. C. ſi rector prouinciæ.hoc modo.Quoddã eſt,per quod peruenitur ad prohibitum ordinatè:quoddam eſt per quod peruenitur ad prohibitũ neceſſitate. ¶ Primo caſu ſubdiſtingue, Aut eſt eadem ratio prohibendi illud,per quod deuenitur ordinatè ad prohibitum, quæ eſt prohibendi ipſum prohibitum : aut non.Primo caſu habet locũ dicta regula, Vt cum aliquid prohibetur, cenſeatur etiam prohibitũ illud, per quod peruenitur ad illud.Excpli gratia.Senator prohibetur contrahere nuptias uel matrimonium cum liberta: & filia ſenatoris prohibetur cõtrahere matrimonium cum liberto, ut honeſtas ſerue-



ſeruetur.l. Semper.ff.de ritu nupt. quæ ratio prohibet etiã ſponſalia inter eos contrahi. Nam ſi ſenator contraheret ſponſalia cũ liberta,diceretur quòd eſſet uilis,& ergo etiã ſponſalia cenſentur ſibi interdicta. d.l.Oratio. ¶ Secundo caſu quando non eſt eadẽ ratio prohibendi, prohibito cõſequenti,permittitur antecedẽs.tex.eſt not.in l.Si quis officium.in prin.ff.de ritu nup. ubi eſt caſus quòd inter magiſtratũ & ſubditã prohibetur contrahi matrimoniũ : quia per potentiã ſuam cõtraheret cum ditiſſima,& non poſſet poſteà matrimoniũ diſſolui: ſed non prohibẽtur ſponſalia: quia illa poſſent diſſolui, ea nolẽte cum eo contrahere matrimonium depoſito officio. ¶ Secundo autem caſu principali etiã diſtingue: q̃a aut illud prohibetur de iure cõmuni : aut de iure ſpeciali. ¶ Primo caſu tunc etiã prohibetur illud per quod peruenitur ad illud.tex.eſt no.in l.q d' dictũ. ff.de pac.Vbi habetur quòd pactũ de non petẽdo à reo ſiue principali à debitore, ꝓdeſt fideiuſſori:ita q̃ fideiuſſor non poteſt cõueniri.Et eſt ratio: q̃a ſi fideiuſſor poſſet cõueniri à creditore,tũc fideiuſſor ageret actione mãdati cõtra principalẽ debitorẽ:& ſic in effectu pactũ de non petendo non ꝓdeſſet ipſi principali debitori. ¶ Secũdo caſu iterũ ſubdiſtingue,Aut ſpecialis prohibitio eſt in rẽ,uel in perſonã. Primo caſu prohibetur id per quod deuenitur ad illud.tex. eſt not.in l.fi.in fi.& ibi tangitur per Cy. C. de uſu rei iud. ubi habetur quòd induciæ quadrimeſtres,quæ cõpetũt reis cõdẽnatis cõtra iudicatũ ex ſpeciali prouiſione legis nouæ, cõpetũt etiã fideiuſſoribus.Et ſic ſicut reus prohibetur inquietari infra quadrimeſtre à tẽpore ſentẽtiæ: ita etiã fideiuſſor ꝓhibetur inq̃etari infra quadrimeſtre, per illã legẽ que ad hoc eſt not.Secundo autẽ caſu quãdo ſpecialis prohibitio

hibitio eſt in perſonam, tunc non uidetur prohibitũ id per quod deuenitur ad illud. tex. eſt not. in l. Verum. in prin. ff. pro ſocio. & in l. Si fideiuſſor. ff. de re iud. & in l. Exceptiones. ij. ff. de except. cum ſi. In quibus iuribus habetur, quòd exceptio competens ſocio uel marito, non cõpetit eorũ fideiuſſori ex quo eſt perſonale beneficium. ¶ Vel potes dicere aliter & breuius, ſic. Aut actus principalis nõ eſt perpetuo prohibitus, & tunc non eſt prohibitum antecedens. d. l. Si quis officiũ. Aut eſt perpetuò prohibitus, & tũc non ualet antecedens. d. l. Oratio. Ita ſentit Bal. in d. l. Vnica. in noua lectura, & faciũt no. à gl. in c. Tua. de ſponſ. duorum. Sed diſtinctio Cy. eſt præſtantior, quam tene mẽti. ¶ Circa præmiſſa tamen uolo te ſcire duo. Primò ꝙ extenſio principalis, ſeu conſequentis ad antecedens uenit per interpretationem extenſiuam. tex. eſt not. in d. l. Oratio. in uerb. Suppleatur, quem tex. ad hoc not. Bal. in d. l. Vnica. & inducit ad duas pulchras & quotidianas quæſtiones, quas uide per te. ¶ Secundò uolo te ſcire, quòd interdum aliquid prohibetur per uerba affirmatiua. tex. eſt not. in l. ij. & ibi Bald. not. C. de uſucapio. pro empto. Nam teſtator qui iubet rem ſeruari, loquitur uerbis affirmatiuis: & tamen per illa uerba prohibetur alienatio, ut ibi eſt caſus. Et ergo ſi quis probet quòd teſtator mandauit rem ſeruari, per hoc ſatis probatum eſt quod uetuit alienari, quia eadẽ eſt natura uerborum æquipollentiũ ſecundum Bal. in d. l. ij. Non enim eſt curandum quæ uerba fuerint prolata, dummodo priuent ſeu ſint negatiua, ut dicit glo. ord. ſing. in l. fi. in fin. & ibi Bar. & doct. ff. de doli excep. & idem Bar. in l. Inter ſtipulantẽ. in prin. ff. de uerb. oblig. & Cy. in l. Actor. C. de proba. quæ omnia tene menti tanquam pulchra, utilia, &c.

Locus



## LOCVS À FICTIONE. XCVIII.

PRæterea habemus in iure locũ à fictiõe, à quo ſumptũ argumentũ nedum eſt probabile, ſed forte, freques & ualde utile: & formatur hoc modo. Duæ fictiones non poſſunt concurrere circa idem. tex. eſt not. in l. Si uerò non remunerãdi. §. j. in uerſi. planè. ſecundum intellectum Guil. de Cun. ff. mand. & bonus tex. in l. Si quis rem. §. fi. ff. de pollici. iuncta. l. fi. C. de ſacroſan. eccle. qui tex. inducuntur hoc modo. Nam ex ſolo cõtractu transfertur dominiũ in eccleſiam, & in rem publicã. d. l. fi. Et ex ſola pollicitatione quis tenetur ſeu obligatur republicæ. l. j. de pollici. cum ſimi. Ille tamẽ qui promittit reipublicæ uel eccleſiæ per pollicitationem non transfert dominiũ d. l. ſi quis rem. §. fi. Et hoc ideo ne duæ fictiones concurrãt circa idem, ſcilicet, quòd ex ſola pollicitatione quis teneatur, & quòd ex ſolo cõtractu abſq; traditione transferatur dominiũ. ¶ Et hinc dixit not. Guil. de Cun. in l. Ab emptione. ff. de pac. ꝙ ſi ego uendidi procuratori tuo fundũ, & cõſtitui me poßidere nomine illius, uel cõduxi ab eo: aut retinui uſumfructũ, ex hoc non trãsfertur dominiũ in te. Nam quod per conſtitutũ aut actum conductionis uel reſeruationẽ uſusfructus transferatur dominiũ, eſt per fictionẽ: quia cẽſetur ficta traditio. l. quædã mulier. ff. de rei uendic. & l. Quod meo. & ibi habetur pulchrè per Fran. de Are. & alios Legiſtas. ff. de acquir. poſſ. & l. quiſquis. C. de dona. iunctis not. eleganter per glo. ordi. ſing. & Panor. in c. ij. de cõſue. & not. per gl. ſing. Bar. & doc. in d. l. ab emptione. Si ergo iſta eſt ficta traditio, ergo non recipit aliã fictionẽ: quia fictio fictionis eſſe nõ poteſt, ſicut nec ſeruitus ſeruitutis. l. j. ff. de uſufr. lega. ſecus eſt ſecundũ eum

O quan

quādo procuratori ſit realis traditio. Nam tūc bene acquiritur domino dominiū & poſſeßio. l. j. cū ibi not. C. ꝑ quas perſo. nob. ius acqu. cū ſi. Et iſtud dictū Guil. ſequitur Ang. in d. l. Ab emptione, & Cy. in præal. l. Si uerò nō remunerādi. & Io. de Imo. in l. Si is qui pro emptore. in ſi. ff. de uſuca. quod tene menti. ¶ Hinc etiā dicūt Pau. de Caſt. Io. de Imo. & cōmuniter doc. in l. Si aliquā rem. ff. de acqui. poſſ. quòd ſi rem meā tanquā meam ſcienter conducā ab alio reſpectu proprietatis, ꝙ non tenet cōtractus: nec tranſit dominiū: licet bene transferatur poſſeßio: tradentes ibidē hanc magiſtralē theoricā, ꝙ quādo ſubeſt uerus titulus & uera traditio, tūc ſine dubio transfertur dominiū. l. traditionibus. C. de pac. & idē ſi ſubeſt uerus titulus & ficta traditio, ut in d. l. quædā mulier. & in d. l. qſquis. cū alijs iuribus ſuprà alle. Et ſimiliter ecōtra quādo interuenit uera traditio & fictus titulus. l. Cuius per errorē. ff. de re. iu. Sed ubi eſſet ficta traditio: puta, per actū cōductionis uel ſimilē, & nō eſt uerus titulus, ut in caſu ſuprà poſito, nō poſſumus ipſum fingere ad finē transferendi dominiū: quia duæ fictiones circa idem non debēt cōcurrere. & eandē theoricā ponit Cy. in l. Qui rem. in fi. C. loca. & faciūt not. per eundē Cy. in l. j. in fi. C. de dot. promiſ. & ſentit Bal. in l. Cōuenticulā. C. de epiſ. & cler. Inquantū dicit, ꝙ argumentū à fictione procedit, quādo arguitur ab extremo uero, ad fictū extremū. Sed à ficto ad fictū non procedit ſecundū eum, quia eſſent duæ fictiones. & allegat. d. l. ſi aliquā rem. & not. per glo. in præal. l. ab emptione. quod tene mēti. ¶ Et ut habeas uerā reſolutionē iſtius quotidiani articuli, & ne paralogizeris: dicas breuiter & ſuccinctè, ꝙ regula eſt, ꝙ duæ fictiones non poſſunt concurrere circa idē, ut in iuribus ſuprà in prin. alleg. Sed



¶ Sed iſta regula fallit in duobus caſibus. Primò quando una fictio uenit in cōſequentiā alterius: nam tūc poßent cōcurrere. tex. eſt not. in. §. Sed ſi ab hoſtibus. inſti. quib. mo. ius patriæ pote. ſol. iuncta l. Cū duæ. ff. de capt. & eſt bonus tex. in l. ſub cōditione. ff. de ſol. ¶ Secundò fallit, quādo duæ fictiones etiā æquè principales deſcendūt ex diuerſo fonte æquitatis: quod declara per multa pulchra & quotidiana exēpla, ut declarat Bar. in repeti. d. l. Si is qui pro emptore. in ulti. q. ubi plenè tangit materiam fictionis, ad quē recurre. Et iſtam eadē theoricam ponit Ioā. de Imo. in l. Si ſeruus cōmunis metus & Meuij. ff. de ſtipula. ſeruo. & ibi aliquid tangitur per glo. & idē uult Io. de Imo. in d. l. Si aliquā rem. & in præall. l. Si is qui pro emptore. circa fi. & Cardi. in cle. quod circa. de elec. ubi pulchrè & ſuccinctè tangit materiam fictionis, ad quem recurre. ¶ Circa præmiſſa tamen uolo te ſcire duo. Primò quòd aliud eſt fictio, & aliud eſt præſumptio: differūt enim in multis. ¶ Primò in hoc, quia fictio iuris eſt ſuper certo: præſumptio autem iuris, eſt ſuper dubio & ueriſimili: ita dicit glo. ordi. not. in l. Vnica. §. accedit. ſuper uerbo, Præſumatur. C. de rei uxo. actione. & ſentit glo. in l. Non eſt ueriſimile. ante medium magnæ glo. ff. quod met. cauſa. ¶ Secundò in hoc, quia fictio propriè eſt cōtra ueritatē, et fundatur ſuper falſo: ut patet in poſtliminio, & lege Cornelia. d. §. Sed ſi ab hoſtibus. & . §. fi. inſti. qui. nō eſt permiſ. fa. teſt. & in c. Non dicatis. xij. q. j. & in c. ij. de arbit. lib. vj. cum ſimi. In quibus iuribus patet, quòd lex uel canon fingit aliquem mortuum uel præſentem, qui in ueritate mortuus uel præſens non fuit, & fingit non captiuum, qui uerè captiuus fuit: præſumptio autē eſt ſuper dubio. Ita dicit Anto. de Butr. in c. Literas. in fin. de tempo. ordi.

ord.& colligitur ex deſcriptione fictionis, quæ eſt hæc. Fictio eſt in re certa contraria ueritati pro ueritate aſſumptio, uel hæc. Fictio eſt contra ueritatẽ rei quæ fuit uel eſt poßibilis à iure ex bono et æquo pro ueritate aſſumptio, de qua uide per Sali. plenè declarãtẽ per exẽpla, in l. Siue poſſidetis. C. de proba. ¶ Tertiò differunt in hoc, quia contra præſumptionẽ iuris admittitur probatio in cõtrariũ. d. l. nõ eſt ueriſimile. & præal. l. Siue poßidetis. cum utrobiq; not. Sed cõtra fictionẽ iuris non admittitur probatio in cõtrarium. ut eſt tex. in c. accuſatus. §. j. de hære. li. vj. cum ſimi. & uult glo. ordi. Pau. de Caſt. & doc. in d. l. Siue poßidetis. & Domini. in c. Ferrũ. 50. diſt. Ex quo ſequitur quòd diſtincta eſt hæc argumentatio à fictione, ab illa quæ fit à præſumptione, de qua dixi ſatis plenè ſuprà, in loco à ueriſimili: ubi recurre. ¶ Secũdò uolo te ſcire, q; quẽadmodũ præſumptio iuris cadit & reperitur in x. prædicamentis Ariſtotelis, ut declaraui plenè ſuprà in loco à tẽpore ad tempus. Et quẽadmodũ teſtis poteſt deponere falſum in x. prædicamentis Ariſtotelis, ut pulchrè declarat Bal. in l. data opera. C. de accuſa. Ita etiã fictio reperitur tam à canone, quàm à lege in x. prædicamẽtis Ariſtotelis, quod quia eſt utile & quotidianum in practica: declarandũ duxi per exempla. ¶ Et primò de prædicamento ſubſtantiæ patet exemplũ ſecundum canones in Euangelio, ubi Chriſtus loquens de Ioanne, dicit Helias eſt iſte: Matthæi. xj. c. Et habetur trãſumptiuè in. §. Itẽ opponitur. xxij. q. ij. Item ſecundũ leges de prædicamento ſubſtantiæ, patet exemplum in eo qui in utero eſt, qui tamen habetur pro iam nato, quotiens de cõmodo uel fauore eius agitur. l. Qui in utero. ff. de ſtatu ho. & §. Cum autem. inſti. de tute. Patet etiã exemplum in eo qui ex honeſtißima

cauſa:



cauſa: puta prælij initi reipub. cauſa, deſit eſſe in rerũ natura: & tamẽ reputatur & habetur pro uiuo, ut proſit patri ad excuſationẽ à tutela: ut eſt tex. inſti. de excuſa. tuto. poſt prin. Item patet exemplũ in eo qui natus eſt: fingitur tamẽ non natus, ut in caſu ſingulari. l. Titius teſtamẽto. §. Lucius. ff. de libe. & poſthu. Patet etiã exemplũ in eo qui naſcitur, & tamẽ fingitur non cõceptus, ut in l. qui mortui. ff. de uerbo. ſig. Ecce de fictione in prædicamento ſubſtantiæ. ¶ De prædicamento autẽ quantitatis patet exemplũ ſecundũ canones, in c. quanquã. iuncta ſua gl. ſing. ij. q. vij. & in Euangelio Marci x. c. Ibi quicunq; uoluerit fieri maior, erit ueſter miniſter, &c. & habetur tranſumptiuè in c. diaconi. xciij. diſt. & ſecundũ leges patet exẽplũ. Nam interdũ leges fingunt aliquid eſſe plus ratione tẽporis, quod non eſt plus ratione quãtitatis: ut patet Inſti. de actio. §. Plus autẽ. Fingũt etiã plus ſolui, cùm nihil debetur, & minus ſolui, cũ nihil ſoluitur, ut patet in l. minus. ff. de uerb. ſig. Patet etiam exẽplũ in l. hæc adiectio. ff. de uerb. ſig. Vbi habetur quòd aliquid fingitur non eſſe plus, quod eſt plus, referẽdo & reſtringẽdo uerbũ (plus) ad modicã quãtitatẽ. Ecce de fictione in prædicamẽto quãtitatis. ¶ De prædicamẽto qualitatis patet exẽplũ ſecundũ canones in præal. c. Ferrũ. 50. diſt. ubi poſt peractã pœnitentiã, prælatus criminoſus nõ fingitur criminoſus. Patet etiã exemplũ in c. aliter. xxx. q. v. & in c. ſi homicidiũ. xxiij. q. v. In quibus locis præſumitur adulter, qui non eſt, & non homicida, qui eſt. Patet etiã exẽplũ ſecundũ leges: quia interdũ lex interpretatur purũ, quod eſt cõditionale, & ecõuerſo. Exemplũ primi ut in. §. impoßibilis. inſti. de hæred. inſti. & in l. reprehendẽda. C. de inſti. & ſubſti. ſub cõdit. fac. Quando ſcilicet conditio appoſita eſt



turpis

turpis uel impoßibilis. Exemplũ ſecũdi, ut in caſu ſingulari.l.Generaliter.§. cum autem. C.de inſti.& ſubſti.ſub cõdit.fac.& in caſu ſingulari.l.Cum acutißimi. C.de fideicõ. & in l.Cũ auus.ff.de condit.& demon. Ecce de fictione in prædicamento qualitatis.¶ De prædicamẽto autẽ relationis ſeu ad aliquid, patet exemplũ ſecundũ canones: quia interdum fingitur pater, qui nõ eſt: ut in Euangelio Lucæ.ij. c. Ego & pater tuus dolentes quærebamus te. Et habetur tranſumptiuè in c.Inſtitutũ.§.j.xxvij.q.ij. Item ſecundũ leges patet exemplum, cùm quis fingitur filius, qui non eſt, & ecõtra, cùm talis per ſententiã declaratus eſt.l.j.§.fi.& l.ij.& iij.ff.de libe.agnoſ.Ecce de fictione in prædicamento relationis.¶ De prædicamento autem ubi, quod locum deſignat, patet exemplum ſecundũ canones: quia trãslatus de uno epiſcopatu ad alium, exigente cõmuni utilitate uel neceßitate, fingitur eſſe in primo loco: ubi tamẽ uerè nõ eſt: ut eſt tex.in c.Mutationes.vij.q.j.Et ſecundũ leges patet exemplum in eo qui præſumitur eſſe præſens quo ad incommodum ſuum, cùm ſit abſens, ut in contumace.ut eſt tex. in. §. Si igitur. circa fi.in aucten. ut omnes obedi.iudici. prouin. coll.v.patet etiã exemplum in abſente cauſa reipublicæ, qui quo ad cõmodũ fingitur præſens, licet re uera ſit abſens, ut eſt text.in l.Si quis Titio.ff.ex quib.cauſ.maio.Patet etiam exemplũ in furioſo, qui licet ſit corporaliter præſens, tamẽ fingitur abſens ratione furoris, ut eſt tex. in l.diẽ proferre. §.pe.ff.de arbi.& in l.furioſo.ff.de re iudi.Ecce de fictione in prædicamento ubi.¶ De prædicamento autem quando, quod tempus deſignat, patet exemplũ ſecundum canones: quia aliquid fingitur eſſe eo tẽpore, quo non eſt: ut eſt pulcher tex.in c.Periculoſo.de pœni.diſt.j. Patet etiam de hoc exemp



exemplum ſecundũ leges in actu cõditionali, qui primò ſortitur effectũ extante cõditione, & tamẽ quia cõditio retrotrahitur, fingitur dudum antè fuiſſe: ut eſt tex.in l.Quod ſi pendẽte.ff.de peric.& cõmo.rei uẽ.& in l.Potior.in prin. ff.qui potio.in pigno.habean.cum ſimi. Patet etiam de hoc exemplũ in ratihabitione quæ retrotrahitur.l.fi.C.ad Macedoni.& regula, ratihabitionem, cum ibi not. per glo.& doc.de reg.iur.lib.vj. Patet etiã de hoc exemplum in l.fi.ff. commu.prædi.iuncta.l.Per fundum. ff. de ſerui. ruſti.prædi. ubi econtra fingitur nunc primò fieri, quod dudum factum eſt: ut cum plures ſunt domini eiuſdẽ prædij, & unus primò & alter poſteà imponit ſeruitutem: nam cùm ultimus cedit, prior cedere uidetur, ut prima ceßio trahatur ad tempus ſecundæ. Ecce de fictione in prædicamento quãdo. ¶ De prædicamento autẽ actionis, patet exemplũ ſecundũ Canones in c.Mulieres.& in c.quãtæ.de ſen.excõ.ubi fingitur agere, qui illud non egit. Patet etiã exemplum ſecundũ leges, quæ interpretantur aliquem agere uel egiſſe, qui per aliũ agit uel egit: ſiue erat procurator, ſiue geſtor, ſi poſtmodũ ratum habuit: ut eſt tex.not.in l.licet. ff.de iudi. Item interpretatur aliquẽ exemiße uel feciße, qui per alium exemit uel fecit, ut eſt tex.in l.ſi per aliũ.in prin.ff.ne quis eum qui in ius uoc.eſt ui eximat. Itẽ fingunt eum qui nihil fecit: quia omiſit officiũ pietatis, feciße & occidere, ut eſt tex.no. in l.Necare.ff.de lib.agno.& pulcher tex.in d.c.quãtæ. Itẽ fingunt eum qui tradit inſtrumẽtũ prædij tradere prædiũ. ut eſt tex.not.in l.j. C.de dona. Itẽ fingunt eum qui retinet uſumfructũ in re uẽdita uel donat transferre dominium. ut eſt tex. ſing. in præal.l. Quiſquis. Item fingunt eum loqui, qui non loquitur, ut in tacitis ſtupulationibus: de quibus ui

 de in

de in l.his uerbis.ff.de adoptio.& in præal.l.unica.in prin. & ibi bona gl. Fingunt etiã eum non loqui, qui loquitur: ut cùm aliud dixit, quàm uoluit. ut eſt text. in l. In ambiguo.ff. de reb.dub. & non agere, qui agit. Vt ſi legatarius legatum ſibi relictũ in diem, petat ante diẽ, ut eſt tex. in l.unica.in fi. ff.quando dies uſufruc.cedit. Vel ſi furioſus uel infans occidat. ut eſt text. in l.Infans.ff.ad l.Cornel. de ſicar.& in cle. unica.de homici. Ecce de fictione in prædicamẽto actionis. ¶ De prædicamento autẽ paßionis patet exemplũ ſecundum canones in c.Propoſito.& ſeq.xxxij.q. v.ubi fingitur pati, qui non patitur, & econtra. Patet etiã exemplũ ſecũdum leges, quæ fingunt patrẽ pati iniuriã uerberato filio, ut eſt tex.in.§.Patitur.inſti. de iniur. Ecce de fictione in prædicamento paßionis. ¶ De prædicamento autẽ ſitus patet exẽplũ ſecũdũ canones in c. Nerui teſticulorũ. & in c.duo mala.xiij.diſt. Vbi fingitur ſitũ eſſe, quod non eſt. Patet etiã exemplũ ſecundũ leges in præſcriptionibus non currẽtibus contra minores. Nam finguntur ſtare & eſſe in pendẽti: ut eſt tex.pulcher in l.fi.C.in quib.cauſ. in integ.reſt. non eſt neceſ.iũcta l.Sicut.C.de præſcrip.xxx.uel.xl.anno. Et hinc dicimus quotidie in practica, quòd præſcriptio interdum non currit, interdũ autẽ currit, ſed interrũpitur, & interdum currit, ſed ſuperueniente impedimento, abſq; interruptione dormit, inter quæ eſt magna differẽtia, ut uidere poteris per Panor.& canon. in c.Cum non liceat.& in c.Ex tranſmiſſa.de præſcrip.& per Bar. & legiſtas in l. Naturaliter.ff.de uſucap. Ecce de fictione in prædicamẽto ſitus. ¶ De prædicamento autẽ habitus patet exemplũ ſecundũ canones in c.Lex cõtinentiæ xxxj.diſt.& in c.Coniugatus. & in c.Vxoratus.& per totum. de conuer.cõiug. Vbi cõiuga



iugatus fingitur non habere uxorem. Patet etiã exemplum ſecundum leges, quæ interpretantur eum habere, qui non habet, ut in l.Qui actionẽ.ff.de reg.iur. & eum non habere poſſeßionẽ, qui habet: ut cùm poteſt de iure ab eo auocari.l.Nemo.cum ibi not.per glo.C.de acquir.poſſ.& eum non habere dominiũ, uel rem cui preciũ abeſt, uel qui tantũdem eſt præſtaturus: ut eſt tex.not.in l.Planè.j.§.quòd ſi rẽ. ff.de leg.j. De quo uide per Laurẽ.Archid. Domi. Præpo. & alios doc.in d.c.Ferrum.& per Azo.in prin. ſuæ ſummæ ſuper.C. cætera uerò de materia fictionis pulchra, ſubtili & quotidiana, uide per Bar.in d.l. Si is qui pro emptore.& per Cardi.in d.cle.quod circa.& per Salice.& alios legiſtas, in præalleg. l. Siue poßidetis. quæ omnia tene mẽti tanquam pulchra, utilia, & in practica quotidiana.

## LOCVS À PLENITVDINE POTESTATIS. XCIX.

PRæterea habemus in iure locũ à plenitudine poteſtatis, à quo ſumptũ argumẽtum nedũ eſt probabile, ſed forte, frequẽs & utile, quando ſumitur ut debet, & formatur dupliciter ad duplicẽ effectũ. Vno modo ſic. Nemo poteſt ſibi legem imponere, à qua nõ liceat ei reſidere.l.Si quis in principio teſtamenti.& ibi Bar.& doc.ff.de lega.iij.& l.j.C.de ſacroſan.eccl.cum ſi. ¶ Sed hoc limitatur, ut procedat in ultimis uoluntatibus quæ ſunt ambulatoriæ uſq; ad ultimum uitæ ſpiritũ.l.iij.in fi.cum.l.ſeq.ff.de alimen. lega. & c.Cum marthæ.de celeb.miſ.cum ſi. Sed non procedit in contractibus, qui à principio regulariter ſunt uolũtatis: ſed ex poſtfacto ſunt neceßitatis.l. Sicut ab initio, cum ibi not. per glo.& doc.C.de actio.& obli. Vbi Bar.in effectu loco

ſummarij pônit illud gñale. Verba ligãt homines, taurorũ cornua funes, et ſic intelligitur regula, Quod ſemel placuit amplius diſplicere nõ poteſt. de reg. iu. li. vj. De quo uide latius per gl. & doc. in paßibus ſuprà alleg. & per Bal. Pau. de Caſt. et doc. in l. ſi cũ dotẽ. §. eo autẽ tẽpore. ff. ſol. ma. ubi plenè reperies. ¶ Secũdò dictũ argumentũ poteſt formari aliter, ſic. In papa & imperatore eſt plenitudo poteſtatis, non enim ſubſunt legibus, ſed ſunt ſupra legẽ. l. digna uox. C. de legi. l. princeps. ff. de legi. l. ex imperfecto. ff. de lega. iij. c. ad honorẽ. de aucto. & uſu pallij. c. Illa quotidiana. de elec. & c. ꝓpoſuit. de cõceſ. præbẽ. cũ ſi. quod tamẽ debet limitari dupliciter. ¶ Primò ut ꝓcedat, intelligẽdo de lege poſitiua: nã illi Papa & Imperator nõ ſubſunt: ſed legi diuinæ ambo ſubſunt, ut filij eccleſiæ, iuxta not. ꝑ gl. in auct. ad hæc. C. de uſu. & eſt tex. pulcherrimus in c. Sunt quidã. xxv. q. j. Hoc tamẽ declara, ut declarat gl. ord. ſing. in c. poſt trãslationẽ. in fi. de renũ. & ibi omnino uide Io. An. qui inter alia dicit, ꝙ papa nihil poteſt cõtra euangelia, quatenus cõcernit fidẽ, et ea quæ ad eã pertinẽt. In alijs autẽ anima ſua eſt in manica ſua: quia eſt ſuper oĩa cõcilia ſecundũ eũ, & allegat. c. ſignificaſti. de elec. quod tene mẽti. ¶ Secũdò hoc debet limitari, ut nõ ꝓcedat quo ad legẽ cõtractus. Imò uterq; eorũ obligatur ex cõtractu. c. j. & ibi oẽs doc. de proba. & c. j. & ibi Bal. de nat. feu. in uſi. feu. & uolũt Cy. Pau. de Ca. & doc. in d. l. digna uox. aliàs ut dicit Bal. in d. l. princeps. et in l. ij. C. de ſerui. & aqua. qui eſt omniũ præſul eßet tanquã exul. Et ſi in hoc principes uellẽt uti plenitudine poteſtatis diceretur ea abuti, & eßet potius plenitudo tẽpeſtatis, quã poteſtatis. Pro cuius articuli pleniori notitia, uolo te ſcire plura pulchra. ¶ Primò ꝙ cõtractus principis habent uim legis,



legis, & poßũt allegari ſicut lex. l. Donationes. & ibi Bar. & Bal. C. de dona. inter uirũ uxo. et uult idẽ Bar. in l. Cæſar. ff. de public. & idẽ Bar. in l. Ciuitas. ff. ſi cer. pet. & in pluribus alijs paßibus, quos cõmemorare magis eſſet laborioſum, quàm ſubtile. ¶ Et hinc quotidie allegamus tractatus pacis initos cũ principibus. Hinc etiã glo. in auct. de defen. ciui. coll. ij. in uerbo, Iuriſdictione. in fi. allegat pacem Conſtantiæ quã fecit Federicus ſecũdus cum Lombardis & ciuitatibus Italiæ. ¶ Secundò uolo te ſcire & perpetuò mẽti cõmendare, quòd licet papa & imperator teneantur ſeruare pacta & contractus (ut ſuprà dixi) ſucceſſores tamen eorum non tenentur, niſi conuenta eſſent de natura uel cõſuetudine ſuæ dignitatis, prout eſt infeudare. Et eſt ratio: quia ſucceſſor nõ habet cauſam à defuncto, ſed uterq; tam papa quàm imperator eligitur: de papa patet in c. Licet. de elec. & in c. ubi periculũ. eo. ti. li. vj. de imperatore patet in c. Venerabilẽ. de elec. & in c. ad apoſtolicæ. in fi. de re iudi. lib. vj. cũ ſi. ita ſing. dicit Bal. in l. j. & ſequitur ibi Iaſ. ff. de cõſti. prin. Sed aliud eſt in regibus, ducibus, marchionibus, comitibus, & ſimi. quia talia deferuntur per ſucceßionem. c. Licet. de uoto. cum ibi not. per doct. Et ergo nedum ipſi, ſed etiam eorũ ſucceſſores tenentur ſeruare pacta & conuentiones ſeu contractus per generalitatem regulæ. l. Cum à matre. C. de rei uendic. & eſt bonus tex. in c. Abbate ſanè. de re iudica. lib. vj. niſi rex, dux, marchio, comes, uel baro alienaret aliqua, quorum alienatio tenderet in magnam diminutionem iuriſdictionis regalis, ducatus, marchionatus, comitatus, uel baroniæ: quia tunc non ualeret, etiam ſi interueniret iuramentum. c. Intellecto. & ibi doct. de iureiuran. niſi fieret alienatio in eccleſiam: ut uideri poteſt in donatio

natione Cõſtantini,de qua in c.Conſtantinus.& ibi pulchrè per Præpoſi.xcvj.diſt.& in c.Fundamenta.de elec.li.vj.& in cle.Romani.de iureiu.& habetur per Bar.Bal.& omnes in prooemio. ff. ueteris. de qua materia uide pulchrè per Bar.in l.Prohibere.§.Planè.ff.quod ui aut clã. & per Bal. in extrauaganti.de pace conſtan.& per eundẽ in l. pe.C.de bo.quæ libe.& per Pau.de Caſt.in d.l.digna uox. quod tene menti, quia uidi plures in hoc errare. ¶ Tertiò uolo te ſcire,quòd dicti duo principes differũt inter ſe:quia in papa uerè & propriè dicitur eſſe plenitudo poteſtatis : quia ipſe habet utrãq; iuriſdictionẽ,unã in actu,& aliam in habitu.iuxta not.per doc.in c.Nouit.de iudi.& in c. Licet ex ſuſcepto.de foro compe.& in c.Cauſamq;.& in c.Per uenerabilẽ.qui filij ſunt legit.Imperator autẽ ſolũ habet iuriſdictionẽ temporalẽ,quæ per papã impediri non debet.d.c. Cauſamq;. & Papam eſſe maiorẽ Imperatore patet ex eo: quia eum cõfirmat uel reprobat.d.c.Venerabilem. & ſemel admiſſum deponit rationabili cauſa ſubſiſtente:præal.c.Ad apoſtolicæ.cum utrobiq; not.Licet enim ambo ſint luminaria magna,unũ tamẽ eſt maius:ut eſt tex.not.in c. Solitæ.de maio.& obe.cum alijs uulg.¶ Quartò uolo te ſcire, quòd quamuis non liceat diſputare cũ principe de potẽtia, in his quæ ſpectant ad ſuã iuriſdictionẽ,ut in d.l.j.& in l.ij.& ibi glo.Sali.& doc.C.de cri.ſacrile.& in c.Si quis ſuadẽte diabolo.§. Qui autẽ. xvij.q.iiij. Et habetur pulchrè per cano. in d.c.Propoſuit.& in c.Literas.de reſti.ſpol. & per legiſtas in l.fi.C.ſi contra ius uel utili.publi. tamẽ de ſciẽtia ſua bene licet diſputare,quia quãdoq; errat:ut eſt tex. in l.ij.ff. de ſupel.lega.& ſimiliter de uoluntate ſua.l.Ex facto. ff. de uulga.& pupil.Et nullam iniuriã per hoc facimus principi:ſed



eum reputamus bonum & æquum. Imò maieſtas ſua per illa duo nomina cõſeruatur in eſſe. d. l. Ex facto. Vnde omnia mandata & reſcripta principis debẽt intelligi cum iuſtitia,& ſaluo iure tertij.Et hinc eſt,quòd quotidie uidemus in practica,contra reſcripta principũ opponi de ſurreptione & obreptione:quia in eis debet ſubintelligi clauſula,ſi preces ueritate nitãtur.c.ij.& c.ſuper literis.et quaſi per totũ.de reſcrip.& l.ij.& quaſi per totũ.C.ſi contra ius uel uti.pub.cum ſi.ita no.dicit Archid.in d.§. Qui autẽ. & Io.And.in c.à nobis.ij.de ſen.excõ.& Bal. in d. l. j.ff.de cõſti.princ.quod tene mẽti,quia eſt quotidianũ.¶ Quintò uolo te ſcire,quòd papa non debet paßim & indiſtinctè uti plenitudine poteſtatis: ſed rarò & ſubſiſtente cauſa. Et in dubio nõ præſumitur uti poteſtate abſoluta, ſed ordinaria. ita ſing.dicit Inno.in c.Innotuit.de elec.& ſequitur Panor. in d.c.Illa quotidiana.& Feli.in c.Cum inter.in iiij.colũ.de excep. quod tene menti. ¶ Sextò uolo te ſcire,ꝙ ſine cauſa rationabili & alijs not.non eſt papa ſuſtinendus,ſi aliquid attentare uelit cõtra uniuerſalẽ ſtatum eccleſiæ.Imò in hoc caſu eccleſia uniuerſalis uel conciliũ generale eccleſiam repræſentans poteſt reſiſtere papæ:licet etiã non ueniat contra fidem.Ita ſing.uult Inno.in c.quãto.& ſequitur ibi Panor.de cõſue.& ita practicatũ fuit in cõcilio Conſtantiẽ. ut ex geſtis in illo ſolẽni cõcilio uideri poteſt: ad quod etiã faciũt not.per Inno.in c.Inquiſitioni.de ſen.excõ.quod tene mẽti.¶ Septimò uolo te ſcire,ꝙ clauſula(de plenitudine poteſtatis)& clauſula(ex certa ſciẽtia) idẽ importãt.ita ſing. uult glo.ord.& poſt eam Panor.Feli.& doc.in c. Ad hæc. de reſcrip.& ſentit Innoc.in d.c.Innotuit.& Bal.in l.Eos. in prin.C.de appel.& Ludo.de Roma in ſuis ſingularibus, ſing

ſingul.dcclx.incip.Dixi aliâs,&c.¶ Octauò uolo te ſcire, quòd etiã ubi Papa in bulla uel reſcripto inſerit clauſulam ex certa ſcientia uel de plenitudine poteſtatis, ſi in parendo imminet ſcandalũ, poteſt ſuperſederi, nec eſt reprehendendus, imò laudandus qui eo caſu ſuperſedet. Ita ſingul.uolunt Card.& Io.de Imo.in c.Si quando.de reſcrip. & idẽ Card. in conſi.ccxlij.incip.Sanctiſsimus dominus noſter. & Pet. de Ancha.in conſil.ſuo ccxl.incip.Per prædicta ſubtiliter. & Feli.in d.c.Si quando.& in c.ij.eo.tit. quod tene menti, quia uidi ſæpius practicari.¶ Nonò uolo te ſcire, ꝙ Papæ præcipienti aliquid iniuſtum laico circa temporalia, nõ eſt obtemperandum. Ita ſingul.uult Inno. & ſequuntur omnes doc.in præal.c.Inquiſitioni.de ſen. excom.quod tene menti.

¶ Decimò uolo te ſcire, ꝙ Papæ uel principi nõ licet ceſſante cauſa legitima alicui auferre dominiũ: & cauſa ſubſiſtente adhuc nõ licet, niſi data recõpenſa rationabili. Ita ſing.dicit Archid in c.per principalem.ix.q.iij.& Paul.de Caſt.in d.l.Digna uox.& pro hoc dicto eſt bonus tex.in l. ſerui.C.pro quibus cauſ.ſer.præ.liber.acci. & ibi expreſsè Bal.& eſt bonus tex.in l.Venditor.§.ſi conſtat.& ibi Pau. de Caſt.ff.cõmu.præd.& hoc tene: quicquid dicit Ang.in l. Item ſi uerberatum.§.j.per illum tex.ff.de rei uẽd. Pro quo etiã bene facit ſingulare dictum Inno.in c. Niſi cum pridẽ. de renun. Vbi eleganter dicit ꝙ, epiſcopo, qui cauſa uitandi ſcandali cogitur renunciare epiſcopatui, debet dari bonum cambium. In pace tamen uidetur ſpeciale ut recõpenſa alia non detur, quaſi pax ipſa ſit ſufficiens recõpẽſa: ut uidetur probari in c.In noſtra.de iniur.ubi meo iudicio eſt tex.ſing. & facit l.j.in prin.C.de cad.toll. & uidetur de mẽte Card. in conſil.ſuo lxxxv.incip.Caſus promiſsionis factæ,&c.de

qua



qua materia pulchra, ſubtili & periculoſa, remitto ad doctores legiſtas in procemio digeſtorum, & ad no. per eoſdem in d.l.Item ſi uerberatum.§.j.& in l.bene à zenone.C. de quadr.præſcrip.& in præal.l.fi. C.ſi contra ius uel util. pub.& ad plenè not.per Panor.Feli.& canoni.in c. Quæ in eccleſiarum.de conſtitu.& in d.c.In noſtra.de iniurijs.

¶ Vndecimò uolo te ſcire, ꝙ plenitudo quã habet Papa cõtra ius difficilius extẽditur ad cõſtitutiones cõſiliorũ, quàm ad alias: quia licet conſtitutionibus papalibus cenſeatur derogatũ per generalẽ clauſulam, non obſtante quibuſcunq; conſtitutionibus apoſtolicis, &c.non tamẽ per dictã clauſulã generalẽ cenſetur derogatũ cõſtitutionibus cõciliorũ: ſed requiritur ſpecialis derogatio. Ita ſing.dicit Bal.in l.Humanum.C.de legi.poſt Archid.in c.j.de conſti.lib.vj.& ſequitur Iac.de Alua.in ti.conſtitutiones feudales domini Lotharij imperatoris, in uſi.feud. De quo uide plenè per Feli. in c.Nõnulli.de reſcrip.ubi reperies plures concordantias.

¶ Duodecimò uolo te ſcire, ꝙ licet poteſtas papæ ſit ampliſsima: tamen in arduis nihil debet facere ſine cõſilio cardinaliũ. Ita ſing.dicit Ioan.Mona.in c. Super eo. de hæreti. lib.vj.& Hoſti.in c.ij.de cler.nõ reſid. Si tamen contrarium fecerit, actus nihilominus ualebit. Ita ſing. dicit Præpoſi.in c.j.in prin.in ti.epiſcopũ uel abbatẽ feudum dare non poſſe in uſib.feud.quem omnino uide: & uide omnino Panor. Io.de Imo.& alios in d.c.ij.de cler.non reſi.& gl.& doct. in cle.ne Romani.de elec.¶ Poſtremò uolo te nõ ignorare quòd plura ſunt ſpecialia in principe: quæ uidere poteris magiſtraliter collecta per Bal.& poſteriores legiſtas, in l. reſcripta.C.de preci.impe.offẽ.per glo.& cano.in c. quod translationẽ.de offi.lega.& in d.c. Propoſuit. & pleniſsimè

mè

mè per Spec.in ti.de lega.in.§. Nunc oſtendendũ. & plenè per Iac.de Aluaro.in tit.quis dicatur dux,marchio,comes. circa vj.col.& copioſiſſimè per do.Iacob.de ſancto Georgio in ſuo not.tract.inueſtituræ.in uer. Princeps pedemontiũ.in quibus locis reperies infinita pulchra & ſingularia priuilegia ſummi principis,tam ſecularis quàm eccleſiaſtici,in practica quotidie occurrẽtia propter eorũ ſingulares & mirabiles effectus: ubi recurre, quæ omnia tene menti tanquam pulchra,ſingularia,utilia,& quotidiana.

## LOCVS A' VIRTVTE FINIS. C.

PRæterea habemus in iure locum à uirtute finis, à quo ſumptũ argumẽ.eſt forte,frequens & utile ſeruiẽs ad multa.Et formatur hoc modo.Si finis bonus eſt,ipſũ quoq; bonũ eſt.Exitus enim acta probat:& finis non pugna coronat.tex.eſt not.in c.qualis.in prin.xxv. diſt. & pulcher tex.in l.Rem nõ nouã.in fi.ibi cauſæ etenim terminus. &c. C.de iudic. & à fine denominatur res: unde inſpiciẽdus eſt finis non initiũ.tex.eſt not.in c.cõmiſſa.in prin.de elec.lib. vj.& bonus tex.in l.ſi ſtipulatus eſſem abs te.& in l.Inſulã intra bienniũ.ff.de uerb.oblig.cum pluribus concor.poſitis per glo.ord.in c.dudũ.j.de elec.& per glo.in c.ſcientes.de cenſi.Et hinc diuus Hierony.in li.ad Furiã,dicit ꝙ in Chriſtianis non quæruntur initia,ſed finis.Paulus enim malè incepit,ſed bene finiuit: econtra autẽ Iudæ laudãtur exordia, ſed finis proditionis dãnatur.Hinc etiã dicit ſing.Bal.in l.j. in ij.col.ff.quod cuiuſq; uniuer.nomi.ꝙ ex fine,ad quẽ fiũt ligæ ſeu cõfœderationes terrarũ & baronũ:ligæ ſeu cõfœderationes iudicãtur licitæ uel illicitæ: quia ſi fiũt ad licitã defenſionẽ,iudicãtur licitæ: ſi autẽ ad illicitam defenſionẽ,





iudicantur illicitæ,per glo.d.l.j.in prin.ſuper uerbo aliorũ. Et probatur in l.Si à reo.§.fi.in fi.ubi eſt tex.ſing. ff. de fideiuſſ.Hinc etiã dicit idẽ Bal.in præal.l.j. ꝙ pœnæ quæ imponuntur facientibus illicitam conuenticulã ſeu congregationẽ, ſunt diuerſæ ſecundũ diuerſos fines, ad quos iſtæ cõgregationes fiunt.Nam ſi fiũt ad monopoliũ faciendũ,congregantes puniũtur pœna exilij.l.j.C.de monopo.Si autem fiũt ad ſeditionẽ uel publici ſtatus perturbationẽ,puniũtur pœna capitis.l.j.& ij.C.de ſedi.cũ ſi.quod tene mẽti. Hinc etiã eſt, quòd oblatio quæ poteſt fieri ad multiplicẽ finem, operatur alium & aliũ effectum,ſecundũ finẽ ad quẽ fit:ut magiſtraliter declarat Henricus Boic in c.Cõſtitutus.de in integ.reſt.quẽ omnino uide:quia magiſtraliter loquitur,& ſeruit quotidie in practica: poteſt & ad multa alia induci hæc argumẽtatio,à uirtute finis:quæ ſtudioſo,in rebus publicis non occupato,indaganda & perquirenda relinquo.

¶ Sed quia multa ſunt iura, uolentia initiũ eſſe ſpectãdum, & plura dicẽtia mediũ eſſe ſpectandũ, enumerata per glo. in d.c.Dudũ.j.& per glo.in præal.c. ſcientes. Idcirco pro cõcordia huiuſmodi iurium, ſaluis alijs ſolutionibus,poſſet dici generaliter hoc modo, ꝙ quædã ſunt res uel actus habentes extenſiuã & ſuſpenſiuã productionẽ: & tunc ſpectatur non tantũ initiũ,ſed mediũ & finis. exemplũ in iudicio quod requirit ꝙ iudex in qualibet parte habeat iuriſdictionẽ non ligatã: & quòd perſonæ ſtantes in iudicio ſint habiles,ut habetur pulchrè per Innoc. & alios canoniſtas in c.Prudentiã.de offi.deleg.Item poteſt poni exemplum in præſcriptione, in qua debet eſſe bona fides omni tẽpore de iure canonico,cui ſtandum eſt etiam inter laicos & in foro ſeculari. c.fi.de præſcrip. cum ibi not. ¶ Quædã autẽ ſunt

res uel actus momentanei uel quaſi: & tunc eſt ſubdiſtinguendũ: quia aut producunt effectũ momẽtaneũ in ſui productione & creatione: & tunc initiũ tantũ ſpectatur, hoc eſt tẽpus illius effectus producti. Exemplũ in reo cõuento in iudicio, à quo exigitur cautio de ſtãdo iuri: qui ſi tẽpore exactæ huiuſmodi cautionis poßidet immobilia, releuatur ab ea: ſpectandũ enim eſt hoc caſu tẽpus cautionis. l. Sciendum. in prin. & .§. fi. ff. qui ſatiſd. cog. Aut producũt effectum ſuſpenſiuũ & dilatatũ: & tunc inſpicitur finis illius effectus producẽdi, ſeu tẽpus quo ille effectus totaliter ſit productus: & de hoc uideri poterũt plura exẽpla in l. ij. §. fi. cum l. ſeq. ff. de cõdi. indeb. Et ſic etiã poteſt intelligi l. Si is à quo. §. fi. cũ l. ſeq. ff. ut in poſſeſ. lega. & l. Si quo tẽpore. ff. de pet. hære. licet gl. utrobiq; uacillet. Si tamẽ uelis exactius perſcrutari, & ſcire qñ inſpiciendũ eſt initiũ, quãdo mediũ, & quãdo finis, uide latißimè per Hẽri. Boic in præal. c. dudũ. j. Vbi in effectu ponit: & per infinita iura tã canonica quàm ciuilia, probat tres concluſ. ¶ Quarũ prima eſt iſta: Quãdo res uel actus, de qua ſeu quo agitur, licet fuerit ab initio ualida uel ualidus deuenit ad caſum totaliter deſtructiuũ, perẽptiuũ, ſeu annullatiuũ: tũc nõ inſpicitur initium, ſed finis: ſeu caſus ille annullatiuus ſeu deſtructiuus.

¶ Secunda eſt iſta: Quãdo res inualida ſeu actus inualidus ab initio deuenit poſteà ad caſum totaliter cõſtructiuũ, reparatiuũ ſeu reintegratiuũ: tũc ſimiliter nõ ſpectatur initium, ſed finis, ſeu caſus ille conſtructiuus ſeu reparatiuus.

¶ Tertia eſt iſta: Quãdo actus nõ deuenit, ad caſum totaliter deſtructiuũ, ſeu perẽptiuũ, nec ad caſum totaliter cõſtructiuũ, ſeu reparatiuũ: tunc ſi habet retrotractum, ſpectatur initiũ. Si uerò habet tractũ poſt ad futurũ, inſpicitur finis. Si uerò non habet tractum retrò nec tractũ poſt, tũc ſubdiſtinguit. Aut agitur de reſcriptis, aut de ultimis uolũtatib. aut de cõtractibus inter uiuos uel quaſi, aut de matrimonijs uel ſpõſalibus, aut de criminibus ſiue delictis, aut de iudicijs, aut de muneribus indicẽdis, aut de iuris quæſiti retẽtiõe, aut de uſucapione ſeu præſcriptiõe, aut de libertate, aut de alijs rebus ſeu actibus, & quodlibet mẽbrũ lucuľẽter proſequitur, ut uidere poteris per eũ, quẽ nõ refero: qa ab omnibus habetur. Si tamẽ bene ꝓſpiciatur, neq; cõcluſio prima per eum poſita procedit indiſtinctè: neq; etiã ſecũda, nõ prima, qa furor uel aliud impedimẽtũ ſuperueniẽs nõ perimit actũ prius legitimè geſtũ & ꝑfectũ: ut eſt tex. in l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. & in. § . Itẽ furioſi. cũ ſeq. inſti. quibus nõ eſt permiſ. fa. teſt. cũ infinitis ſimi. unde pro reſolutiõe illius articuli & ueritate. d. j. cõcluſ. uidẽda ſunt no. per Bar. in l. pluribus. §. et ſi placet. ff. de uer. obl. & no. per Io. Fa. Ang. & alios in. § . ecõtrario. inſti. de leg. not. per Dy. in reg. Factũ legitimè. de reg. iu. li. vj. & no. per Bal. & Sali. in l. ſi gaudẽtius. C. de cõtrah. emp. & uen. Nõ etiã procedit ſecunda eius cõcluſio: quia actus ab initio inualidus, ſi duret cauſa impediẽs, uel ſi ceſſet, & nõ ſuperueniat cauſa cõfirmãs, non cõfirmatur tractu tẽporis, etiã ſi deueniat ad eũ caſum à quo potuit legitimè inchoari l. quod in initio. et l. pe. cũ utrobiq; not. ff. reg. iu. Vnde ꝓ ueritate d. ij. cõcluſ. uidẽda ſunt no. per Dy. in regula nõ firmatur. de reg. iu. lib. vj. & pariformiter ĩpugnari poſſet ex multis tertia cõcluſio eiuſdẽ: ut diligẽs ſtudioſus per ſe uidere poterit. ¶ Nec poteſt in hoc ar. brocardico dari certa regula uel doctrina, ſed ſecundũ diuerſitatẽ caſuũ quãdoq; inſpiciẽdũ eſt initiũ, quãdoq; mediũ, & quãdoq; finis, quia quæcũq; regula uel ſolutio

lutio generalis detur ſemper poterit impugnari quãdo quis uellet inſiſtere, et pertinaciter inhærere. Nihilominus tamẽ ultra reſolutionẽ generalẽ, quã dedi ſuprà in prin. poßet et aliter generaliter et intrepidè dici hoc modo. Aut actus recipit eſſentiã uel ualiditatẽ in initio, et debet ſpectari initiũ. Aut actus recipit eſſentiã uel ualiditatẽ in medio, & debet ſpectari mediũ. Aut actus recipit eſſentiã ſubſtantiã uel ualiditatẽ in fine, et tũc inſpicitur finis. Ita notabiliter dicit Io. Cald. in præal. c. dudũ. j. & eſt de mente Ant. de Bu. Panor. & Io. de Imo. ibidẽ. & faciunt not. per Bar. in l. Cõſtitutionibus. ff. ad municipa. & ſecundũ hoc cõcordãda ſunt iura diuerſimodè, in hac materia loquẽtia: quod tene mẽti. Et ꝑ præmiſſa Io. An. in reg. Obſcuris. de reg. iu. li. vj. in Mercu. decidit quæſtionẽ illã notabilẽ & quotidianã. Exẽptus ſtãs in loco exẽpto, proiecit lapidẽ per quẽ percußit ſtãtẽ in loco nõ exẽpto, dubitatur an ordinarius loci, an uerò prælatus ipſius exempti huius delicti ſit iudex, an uerò uterq;, an neuter? & cõcludit ꝙ uterq; poteſt de dicto delicto cognoſcere, habito reſpectu tam ad initiũ, q̃ ad finẽ: de quo ibi latius per eum, & Panor. & cano. in c. j. de præſum. & per Bar. & legiſtas in l. libellorũ. ff. de accuſa. & per eundẽ & alios in l. ſi ut proponitur. ff. de fideiuſ. & aliquid per Pau. de Caſ. in l. uni. C. ubi de poſ. agi opor. quod tene mẽti. prædicta etiã induci poſſent ad illã quæſtionẽ pulchrã & quotidianam. Cui eccleſiæ debeãtur decimæ de porris, primò ſeminatis in parochia eccleſiæ ſancti Petri, & poſteà trãſplãtatis in parochia eccleſiæ ſancti Iacobi: de qua uide plenè per Io. An. in regula, Qui prior. de reg. iu. li. vj. in Mercur. ad quẽ breuitatis gratia te remitto: quia talia & ſimilia ſtudio camerali ſunt relinquenda. Deo gratias.



POſſent & plures alij argumẽtãdi modi ſeu loci legales, ſi ſupereſſet ociũ, ꝑ me hic adduci et cumulari: ſed hi tanq̃ principaliores, utiliores & magis quotidiani ꝓ iuuenibus ſufficiãt. Reliq uerò, ſi libet, uideãtur ꝑ Alb. de Ro. in dictionario, in uer. argumẽtũ. & ꝑ Spe. in ti. de diſpu. & alle. in. §. poſt hoc. & ꝑ fratrẽ Arnol. in ſuo remiß. & ꝑ Cicer. in ſua Top. q tamẽ ſub aliquo præmiſſorũ uel cõtinẽtur uel ſaltẽ reduci poßũt, ſi ſingula bene põderẽtur. Nũc autẽ calamo ſilentiũ imponã non inopia ſermonis: qa multũ adhuc reſtat operis, multũq; reſtabit, ſed occupatio quotidiana. Teſte enim Horat. Opere in lõgo fas eſt obrepere ſomnũ. Et licet ſciã, ꝙ qui ſcribit, multos ſumit iudices: quodq; omnis diffinitio in iure periculoſa eſt, cũ parũ ſit qđ nõ ſubuerti poßit: nec ignorẽ ĩ ſcripturis reprehẽſibile eſſe omne nimis ſiue ſit lõgitudini, ſiue breuitati obnoxiũ, cum primũ ſenſus legẽtiũ oneret, ſecũdũ uerò præcidit ſtudioſorũ deſideriũ: tamẽ & hoc ſcio ꝙ oris apertio eſt in Dei, nõ in hominis ptãte: ꝑ qđ cõſtat me nõ plus potuiſſe, q̃ ingenioli à Deo largiti paterẽtur anguſtiæ: maximè in materia tã ſubtili et brocardica, ĩ qua ferè tot ſunt ſenſus, quot capita: et in qua caligat ſcrutiniũ: nec ſufficit ingeniũ tã ardua rimari. Propter qđ oẽs ſcholaſticos, huius Cẽtiloquij mei lectores, q ꝑſpicacioris ſunt ĩgenij, uel quos minus impedit occupatio, apprimè exoratos uelim, quatenus ſi qd in eo malè dictũ inuenerint (inuidia & detractione ceßãtibus) fraterna charitate benignè corrigãt et emẽdẽt: qa cũ beato Auguſt. à puero etiã anniculo paratus ſum edoceri: bene ſcripta uerò (ſi quæ fuerint) nõ mihi, ſed omnipotẽti Deo (à quo donũ omne deſcẽdit, & q dat omnibus afflueter & nõ improperat) attribuãtur, eiq; gratiæ referãtur, q uiuit & regnat in ſecula benedictus. Amen.

# INDEX ALPHABETICA elementorum ſerie contextus, ſelectas aliquot è ſingulis Legalibus locis materias complectens.

De litera A

ABBAS ſi ſit habens monachum & fratrē carnalem in ſeculo, & quidam tertius relinquat fratri talis abbatis decem ducatos: tale legatum intelligitur relictum fratri ſanguinis, & non fratri religionis, quia ita uulgus intelligit Pagina 108
Abſurdum quid ſit Pagina 119
Abſurdum nimis eſſet dicere quòd propter abuſiuum modum loquendi perſonarum illiteratarum deberet recedi à propria ſignificatione uocabuli 113
Accreſcendi ius quemadmodum regulariter non habet locū in contractibus, ita nec in feudis 79
Actio ciuilis inter quos nō poteſt eſſe, nec etiam actio criminalis 485
Actus plures fuiſſe celebratos ubi in inſtrumēto reperitur, ſemper fingitur ille actus præceßiſſe qui reddit actum ualidum 25
Actus ſpectantes ad uoluntariam iuriſdictionem ſicut poſſunt fieri tempore feriato, ita etiam poſſunt fieri in loco ſacro uel conſecrato 312
Aduocatus illius contra quem allegatur aliqua eſſe ſimilia debet eſſe uigil ad oſtendendum dißimilitudinem 130
Aequipollentiū eadē eſt diſciplina, & idem iudicium 397

Aequum



Aequum eſt illud cuius contrarium eſt abſurdum 119
Alienatio ſicut per ſententiam iudicis cum cauſæ cognitione latam poteſt impediri, & translatio dominij: ita etiā poteſt impediri alienatio ꝑ teſtatorē in teſtamēto 465
Alluuionis incremētū an accreſcat emphyteotæ ſicut uſufructuario 299, & 300
Antecedens ſi tenet, tenet & conſequens 566
Antecedenti conceſſo, conceditur & conſequens 555
Antecedenti permiſſo, cenſentur etiam permiſſa ea quæ ex illo ſequuntur 548
Appellari non poteſt à ſententia arbitri compromiſſarij qui ex uoluntate partium aſſumitur 51
Applicandæ ſunt leges ad caſus occurrentes 70
Arbitri iuris an non eligātur niſi in caſibus in iure expreſſis, & quot ſunt 50
Arguere an liceat à feudo ad emphyteoſim, ſeu ad aliā materiam 146
Arguere nō licet etiā directè ex uerbis narratiuis legis 68
Arguere licitum eſt ex omnibus uerbis Clementinarum 68
Arguitur in Iure tripliciter, ſcilicet lege, rōne, et exēplo 11
Argumentū ab ultimis uolūtatibus ad beneficia fundatum in loco à minori ualidum eſt 469
Argumēta oīa ut facilè poßint ſolui quæ ſint attēdēda 13
Argumentatio à ceſſatione modi quādo uideatur licita 69
Argumentatio à feudo ad emphyteoſim quando procedat, & quando non 144
Argumentatio à partium enumeratione eſt optima, quando partes ſufficienter enumeratur 383
Argumētatio à ſimili, uel à cōnexis licet ſit multū freques, utilis & probabilis, nō ꝓcedit tamē in decē caſibus 133

 Argu

Argumentatio à conſequēti deſtructo quādo procedat 567
Argumentatio ab autoritate, ſeu exemplo maiorum procedit nedum in exemplis Chriſtianorū, ſed etiam in exemplis Paganorum 350
Argumentum ab actu quotidiano eſt ualidum in iure 433
Argumentū à contrario ſenſu eſt fortiſſimū, & quare 59
Argumentum à cōtrario ſenſu ſi ſumatur ut debet ſemper tenet & eſt neceſſarium 60
Argumentum à contrario ſenſu procedit in uerbis legis & canonis 61
Argumentum à contrario ſenſu eſt tacitus & ſubauditus intellectus 62
Argumentum à contrario ſenſu an habeat locum in uerbis reſcripti 81. 82
Argumentum à contrario ſenſu an habeat locum in priuilegijs 82
Argumentum à contrario ſenſu an habeat locum in ſentētijs aut uerbis ſententiarum 82
Argumentum à contrario ſenſu an habeat locum in mandatis 82. 83
Argumentū à cōtrario ſenſu an habeat locū in ſtatutis 73
Argumentū à contrario ſenſu uenit per coniecturam 74
Argumentum à contrario ſenſu an habeat locum in dictis, ſeu depoſitionibus teſtium. 84
Argumentum à cōtrario ſenſu an habeat locum in ultimis uoluntatibus. 85
Argumentum à contrario ſenſu an procedat in uerbis ultimæ uoluntatis conditionalibus 86
Argumētū à cōtrario ſenſu nō debet ſumi ex uerbis 87
Argumentum à contrario ſenſu an habeat locum in pactis ſeu contractibus, aut uerbis contrahentium 76
Argumentum à contrario ſenſu ita bene procedit in uerbis diſpoſitionis negatiuæ, ſicut in uerbis diſpoſitionis affirmatiuæ 77
Argumentum à contrario ſenſu licet ex uerbis inueſtituræ feudi licitè ſumatur: in conſtitutionibus tamen feudalibus non ſumitur argumentum à contrario ſenſu 80
Argumentum ab effectu poteſt formari quadrupliciter ad quadruplicem effectum 122
Argumentum ab etymologia nominis proprij, aut appellatiui an ſit ualidum 100
Argumento ab etymologia uocabuli multi utuntur, & qui 99
Argumentum ab etymologia uocabuli affirmatiuè an ualeat 102. & an negatiuè 103
Argumentum ab etymologia uocabuli non procedit, quando in ipſa etymologia uerbi datur exceſſus in aliquo 104
Argumentum ab etymologia uocabuli eſt ualidum & efficax in tribus caſibus 105
Argumentum à minori fortius eſt quàm argumentum à ſimili 447
Argumentum à minori habet locum in ſtatutis permiſſiuis 447
Argumentum à rubro ad nigrum poteſt formari quadrupliciter ad quadruplicem effectum 332
Argumentū à ſimili, uel ab identitate rationis non cadit in ſenſum teſtis, ſicut nec argumētū à cōtrario ſenſu 136
Argumentum à ſimili uel ab æquipollentibus quando ſumatur, non autem à contrario 66
Argumentum à ſimili ut procedat requiruntur duo extrema

ma habilia 133
Argumentum à toto ad partem formatur dupliciter ad duplicem effectum 507
Argumentum à ſimili procedit in pœnis maleficiorum & ſtatutis 131
Argumentum quemadmodum eſt bonum à cõtractibus ad quaſi contractus: ita etiam econtra bonum eſt argumẽtum à quaſi contractibus ad contractus 172
Argumentum reſumere in propria forma non eſt neceſſarium, ſed ſufficit quòd reſumatur quo ad ſenſum, mentẽ, intellectum, ſententiam, ſeu effectum 12
Argumentum ſumptum à contractibus ad ultimas uoluntates nedum eſt probabile, ſed freq̃ues & multùm forte, quando eadem eſt ratio in utroq; 170
Argumentum ſumptum à perſona ad res procedit quando eadem eſt ratio in uno quæ in alio, aliàs ſecus 310
Argumentum ſumptum ab abſurdo ſeu à uitatione abſurditatis, inhumanitatis uel inconuenientis eſt ualidiſsimũ, cum ſumatur à diſcretione naturali 114
Argumentum ab abſurdo procedit etiam ſi non allegetur autoritas 115
Argumentum ualidius & magis urgens in fine reſeruandum eſt 12
Autoritatem legitimam qui habet in cõtractu, habet etiam in diſtractu 178

B

BAldus nihil ignorabat 122
Laudatur unà cum alijs iuris luminibus 363
Beneficium quis cogitur acceptare inuitus 233
Beneficiorum ſtatus iure poſitiuo eſt inductus 236

Beneſi



Beneficia duo curata habentem diſpenſatione papæ ſufficit in altero reſidere 271

C

CAſus prouiſus & expreſſus facit ſilere & ceſſare tacitum 133
Cauſa impulſiua reſcripti ceſſante, corruit etiam reſcriptũ in odium materiæ beneficialis propter ambitionẽ reprimendam 72
Circunſtantiæ cõtractuum ſicut poſſunt tolli per pactum: ita etiam circunſtãtiæ actus poſsunt tolli per legem, ſtatutum uel conſuetudinem 535
Clerici magna neceſsitate inſtante ſicut uigilare debent pro tutella ciuium, nec excuſantur ab excubijs: ita etiam inſtante magna neceſsitate poſſunt fortificari & incaſtellari eccleſiæ pro defenſione ciuium 313
Cognito uno de cõtrarijs, cognoſcitur & reliquum 473
Commodum & precarium conueniunt in multis 158
& in multis differunt 159.160.& 161
Comparatiuus præſupponit ſuum poſitiuum, & eum infert in ſe & in alio 533
Conditio quæ tacitè ineſt, expreſſa licet non reddat actum conditionalem, impedit tamen ortum actionis & obligationis ſicut conditio expreſſa 83
Conductor qui ſuſcepit in ſe periculum caſuum fortuitorũ aliquibus expreſsis, & duobus caſibus fortuitis dũtaxat exceptis, ſcilicet guerræ & peſtis generalis, nõ tenetur de caſu ſiccitatis extraordinariæ & inſolitæ, quæ communi opinione hominum nunquã uiſa fuit, etiam ſi interuenit iuramentum. 44
Contractus ex quibus transfertur utile dominium retento

dominio

dominio directo ſunt ſex. 148
Contractus ſuperficiarij quæ ſit natura. 149
Contractus cõductionis ad longũ tempus qui dicatur ibid.
Contractus emphyteoticus qui dicatur, & qui libellarius, 150. qui contractus precariæ, & qui contractus feudalis 151
Contractus emphyteoticus & contractus cenſualis in quo adinuicem conueniant, 152. & in quo differant, 153.& 154
Conſtitutio uel bulla Apoſtolica tollens pactum uel ſtatutum non cenſetur tollere pactum uel ſtatutum iuratum, uel alia qualitate uallatum 305
Conſtitutio noua quandocunq; loquitur in materia iuris communis & aliquos caſus excipit,non per hoc firmat regulam in non numeratis contra ius cõmune antiquũ, imò in caſibus nõ exceptis ſuppletur à iure cõmuni 49
Conſtituto in dignitate multùm refert an cauſa committatur à ſede Apoſtolica ſub nomine dignitatis uel appellatiuo,an ſub nomine proprio. 515
Conſenſus geminatus tantum operatur, quantum conſenſus iuratus. 540
Conſequens cui conceditur,omne illud cõceditur per quod peruenitur ad illud,ſed debet hoc limitari dupliciter 560.& 561
Conſuetudo unius patriæ, puta regni Angliæ, ſi diſponat primogenitum debere ſuccedere in omnibus bonis,ſaluo quòd ille teneatur ſuos fratres & ſorores intertenere & alimentare an ſit ualida 500
Correlatiuum quid ſit 480
Correlatiuorum uno deſtructo,deſtruitur & reliquũ 481
Copula auget,ampliat ſeu adducit ad præcedentia 375
Currens ad brauium ſi impediatur ab aliquo non conſequitur brauium 123

D

DEo quàm Cæſari prius eſt obediendum 33
Decem ſi mihi promiſiſti ſi uicero te in ludo, licitum eſt tibi impedire implementum huius conditionis, & taliter ludere, quòd te non uincam, quia ſic uidetur tacitè actum 452
Decimas qui præſcripſit in aliquo loco, non uidetur præſcripſiſſe decimas noualium 557
Dictio implicatiua ubi ponitur in lege uel canone,non poteſt ualidè ſumi argumentum à contrario ſenſu 520
Dictio niſi quando ſequitur orationẽ affirmatiuam eſt exceptiua,& excipit ſeu priuat. Quando uerò dictio niſi ſequitur orationem negatiuam,regulariter ponit 78
Dictio plerũq; ſi reperiatur in lege uel canone: ex hoc denotatur quòd lex uel canon ponit regulam,& quòd regula ita ſe habet 57
Dictio interdum,uel dictio aliquando,ubi in lege uel canone reperitur, denotatur illud eſſe caſuale, & regulam eſſe in contrarium 57
Dictio ſemper ex ſui natura denotat caſuũ regularitatẽ 57
Dictiones excluſiuæ ſeu taxatiuæ poſitæ negatiuè poſitum affirmant,& implicãt aliud de quo maius erat dubium, & de quo minus putabatur 459
Differentia eſt inter copulam Et,& copulam Cum 377
Differentia magna eſt inter uerbum generaliter, & uerbũ regulariter 58
Diffinitio debet euacuare diffinitum ſecundum genus & ſubſtan

ſubſtantiales differentias, aliàs non eſt bona 331
Diffinitio eſſentiam, deſcriptio uerò rei intelligentiam claudit 331
Diſcordia ordinum uenenum eſt Reipublicæ 27
Diſpoſitio generalis pro euitanda abſurditate 116
Diſpoſitionis unius quando ſunt duæ cauſæ, quarum quælibet ſufficit, tunc non licet arguere à defectu unius 67
Diſpoſitum uel ordinatum ad unum finem non debet eius contrarium operari 413
Diuerſitas factorum ſequitur à diuerſitate temporum 529
Doctor non poteſt ſurrogare ſcholarē ad legendū quamuis ſit ſufficiens, nec miles tyronem 551
Dos & alimenta æquiparantur 215
Dos & pia cauſa æquiparantur à iure 199

E

Ecclesia fungitur iure minoris 211
Eccleſia quælibet collegiata ex etymologia uocabuli poteſt dici conuentualis 100
Eccleſiæ uel pio loco ſi quis pecuniam legauerit ſub modo, ut ex ea emat ſibi fundum. Eccleſia nunquam poterit dictum fundum alienare 71
Effectus denotat cauſam 124
Emphyteoſi finita per generationem finitam deſcendentes poſſunt petere eis emphyteoſim confirmari, de faciliq; debent impetrare: & eſt iniuria, ſi eis non fiat confirmatio 140
Emphyteota an propter guerram liberetur à præſtatione canonis ſeu penſionis 311
Emphyteota ueniendo contra pacta non ſoluendo canonem ſicut



ſicut cadit à iure ſuo: ita etiam uaſallo uenienti contra pacta & recuſanti præſtare ſeruitium poteſt auferri feudum eadem ratione 145
Etymologia, alluſio, deriuatio, & deſcriptio ſynonyma ſunt & idem importantia. 100
Etymologia dat uerbis proprium ſignificatum quando diffinitio non repugnat 98
Etymologiæ deſcriptio, & unde dicatur Etymologia. 98
Euentus poſterior formatur ex primordio ſeu origine tituli uel cauſæ 120
Exceptio debet eſſe de regula 53
Exceptio ubi ponitur poſt plures caſus, & non poteſt de iure adaptari niſi ad alterum tantùm, debet ſic intelligi ut excipiat ſolùm ab illo caſu cui eſt adaptabilis. 58
Executio alicuius negotij quod princeps non examinauit quando mandatur alicui, uidetur etiam eidem commiſſa cognitio ut præambulum & antecedens. 561
Executor ad pias cauſas non poteſt alienare niſi præſenti pecunia 201
Experimentum uerorum ſermonum eſt ut concordent cum rebus ſenſatis uel ueriſimilibus 92
Exprimere uel proponere aliquid in genere non ſufficit, quando quælibet ſpecies contenta ſub genere non operatur illum effectum ad quem exprimitur uel proponitur 41.42
Extenſio principalis, ſeu conſequentis ad antecedens uenit per interpretationem extenſiuam. 570

F

Falcidia ceſſat tam in teſtamento militis, quàm in relicto ad pias cauſas 208

Fallacia

Fallacia amphibologiæ quando committatur, & quando habeat locum 15.& 16
Fallacia accidentis quando committatur, & quando fallacia conſequentis 17
Feudum conceſſum alicui & ſuis hæredibus, intelligitur ſolùm conceſſum deſcendentibus illius cui conceditur, & non hæredibus tranſuerſalibus ſeu extraneis 139
Fictio aliud eſt, & aliud præſumptio 573
Fictio reperitur tam à canone, quàm à lege in decem prædicamentis Ariſtotelis 574
Fides & induſtria, literataq; militia in capitaneo eligendo potius eſt inſpicienda, quàm probitas & ſtrenuitas 33
Filiusfamiliâs de conſenſu patris poteſt teſtari ad pias cauſas de his bonis in quibus pater habet uſumfructũ, ipſe autem proprietatem 55
Finis inſpiciendus eſt, non initium 586
Finis non pugna coronat ibidem
Fœminæ non admittuntur in feudis, niſi deficientibus maſculis 147
Formæ defectus maior eſt, quàm defectus materiæ 387
G
Generalitas in omni diſpoſitione reſtringitur ad intellectum iuris communis 38
Genus à quocunq; remouetur, & remouetur quælibet eius ſpecies. 431
H
Hæreticus paratus corrigi licet non tradatur curiæ ſeculari, tamen ſi geminata uice labitur in hæreſim, puta binies uel trinies non auditur 541
Hypotheca expreſſa quemadmodum trahitur & extenditur ad futura, ita etiã hypotheca tacita à lege inducta trahitur & extenditur ad futura 125
I
Identitate rationis concurrente conſtitutio ſeu ſtatutum loquens in contractu habet etiam locum in diſtractu 174.& 175
Initia in Chriſtianis non quæruntur, ſed finis 586
Inſpiciendum eſt quo nomine aliquid fiat, quo reſpectu, & qua contemplatione 489.& 490
Interpretatio ſemper fieri debet ut actus ualeat, & uerba aliquid operentur 45
Interpretatio ſumitur duobus modis 252
Iudex laicus ſicut non poteſt ferre ſententiam in eccleſiam, & ſi ibi ferat ſentẽtiam, illa eſt nulla: ita etiam eſt in arbitro dicendum 127
Iudex quando eligit pœnam debet adhibere cauſæ cognitionem, & ſic debet ſedere, non ſtare 367
Iuramentum præſtitum ſuper actu à lege infirmato tantum operatur quantum conſenſus geminatus 138
Iuriſdictio quando generaliter non competit in aliquos, ſed ſolùm in certis caſibus: illi caſus ſunt in citatorio exprimendi, aliâs citatus non tenetur comparere 57
Iuris pœnalis fit extẽſio, ubi tractatur de ſalute animæ 267
Iuriſta inquirit de iuſto uel iniuſto, ſicut grammaticus de congruo uel incongruo, & logicus de uero uel falſo 12
Iuſsio ſecunda, ſeu geminatio literarum principis tantum operatur, quantum motus proprius 136
L
Legare quicunque poteſt, fideicommittere poteſt, & econtra 162

Legatus de latere poteſt prouidere in genere de omnibus beneficijs infra limites ſuæ legationis uacantibus 64
Legatum ſi relinquatur militibus & doctoribus, includitur ſimplex miles, & ſimplex doctor 375
Legis ratione ceſſante, ceſſat lex ſeu diſpoſitio 526
Lex corrigens in actore, extenditur ut etiam corrigat in reo 481
Lex ſcripta ubi non reperiretur, recurrendum eſt ad ſimile conſuetudinis: & illo deficiente ad ſimile legis 81
Lex ubi ceſſat, erubeſcimus loqui 441
Lex ubicunq; aliquid ſtatuit uel diſponit fauore alimentorum, illa lex etiam locum habet in pia cauſa, dummodo eadem ratio ſit in utroq; 194
Libertus ingratus erga patronum ſicut reuocari poteſt in ſeruitutem: ita etiam uaſallus propter ingratitudinẽ ſeu feloniam commiſſam in dominum priuari poteſt feudo 421
Licet in tempore, quod licet in rebus 210
Limitatio duplex ad regulam quæ habet, quòd caſus omiſſus à ſtatuto relinquitur diſpoſitioni iuris cõmunis 75
Locus à cõmuniter accidentibus concludit in materia probationum 408
Locus ab opinione uulgi ſeu uulgari ualet ad coniecturandum mẽtem ſeu uoluntatem defuncti, Item ad ſciendum ſtatum ſeu qualitatem rei 107

M

MAiori quod non licet, non licet minori 449
Maioritas delicti regulariter arguitur ex genere pœnæ 121
Maleficium ſi committatur in confinio: & homo reperiatur proſtratus, ita quòd tangat de utroq; cõfinio: uterq; dominus poterit procedere contra malefactorem 523
Malum unum cui aduenit, illud non adueniet ſolum 120
Malus ſemel præſumitur ſemp malus in eodẽ gñe mali 316
Mandato ſuperioris non obtemperans excuſatur: quando ex hoc ſequeretur abſurditas, ſcandalum, uel inconueniens 115.116
Materia impetrationis beneficiorũ & diſpenſationis contra ius eſt odioſa, ambitioſa, & reſtringenda 37
Matrimonium carnale rite contractum ſicut non diſſoluitur per inferiorem à Papa, ſed per ſolum papam qui uicem Dei gerit in terris: ita nec etiam matrimonium ſpirituale 228
Medium ſapit naturam extremorum 523
Memoriam omnium habere diuinitatis magis eſt quàm humanitatis 122
Mentio quando fit de morte, intelligitur de naturali, non de ciuili 401
Modus efficaciſsimus conuincendi aliquem eſt per retorquutionem & legem propriam 13
Modus optimus tollendi argumentum à ſimili eſt per dationem inſtantiæ 134
Mulier licet ſuperſtes quæ aliàs ex ſtatuto uel cõſuetudine patriæ lucratur tertiam uel quartam bonorum mariti prædefuncti, non lucretur tertiam uel quartã in feudis, in re tamen emphyteotica habebit tertiam uel quartam ſecundũ formam conſuetudinis uel ſtatutum 148
Mulieri quando relinquitur legatum annuum donec caſtè uixerit, intelligitur ex communi uſu loquendi donec ad ſecunda uota non tranſierit 109

Mutatio in dictione quãdo fit penes ſignificatum, committitur fallacia æquiuocationis 15

N

NAtura dictionis taxatiuæ eſt negare reſiduum 463
Natura non permittit ut uno impetu & inſtãti duo naſci poßint 458
Nemo cõpelli poteſt facere quitantias, uel liberationes generales 35
Nomina & uerba tranſpoſita idem ſignificant 23
Nomina ſi deberẽt emi, deberẽt capi pulchra & bona 101

O

OBligatio naturalis geminata parit actionem 544
Occaſionẽ dãni qui dat damnũ dediſſe uidetur 450
Omißio uel præpoſteratio ordinis actum uitiat, ſi conſtet ordinem eſſe ſubſtantialem, uel datum pro forma 30
Opinio ſingularis pro matrimonio præfertur cõmuni cõtra matrimonium 88
Opponẽs quis in eadẽ ſcriptura primò cõtra actorẽ quòd ſit excõmunicatus maiori excõmunicatione & ſic non admittendus ad agendum, & ſecundò opponat contra iudicem, & eius iuriſdictionẽ, exceptio contra iudicem primò uidetur oppoſita ſecundũ ordinẽ intellectus 26
Ordo triplex eſt 32
Ordo ſi ponatur gratia exempli non curatur 34
Ordinis magna eſt uirtus 22
Ordinis peruerſio an & quando reddat actum nullum 23
Ordinem non curamus, ubi conſtat de intentione legislatoris, uel alterius diſponentis 31

P

PApa & Imperator licet teneantur ſeruare pacta & contractus: ſucceſſores tamen eorum non tenentur: niſi conuenta eſſent de natura uel conſuetudine ſuæ dignitatis, prout eſt infeudare 581
Papa & Imperator inter ſe differũt: & Papa habet utrãque iuriſdictionem 582
Papa non eſt ſuſtinendus ſine cauſa rationabili, ſi uelit aliquid attentare contra uniuerſalem ſtatum eccleſiæ 583
Papæ poteſtas licet ſit amplißima, tamen in arduis nihil facere debet ſine conſilio cardinalium 585
Papæ præcipienti aliquid iniuſtum laico circa temporalia non eſt obtemperandum 584
Papæ uel principi non licet ceſſante cauſa legitima alicui auferre dominium, & cauſa ſubſiſtẽte adhuc non licet, niſi data recompenſa rationabili 584
Par in parem non habet imperium 329
Paupertas probatur per opinionem uulgi 107
Pecuniam capere à iudicibus, uel alijs officiarijs pro commiſſa adminiſtratione cui iuriſdictio eſt annexa cur non liceat 119
Penum omnem ſi lego alicui excepto uino quod habeo Romæ, per hanc exceptionem uideor ſolùm legare penum quam habeo Romæ, & non quæ eſt in alijs locis 54
Penum ſi lego præter uinum, uenit omnis penus excepto uino 42
Perſonæ plures quando adinuicem ſubordinantur per copulam, ut quia priuilegium datur alicui & ſucceſſoribus ſuis, talis copula non coniungit eas ut concurrant & ſimul uocentur 29
Pluralitas in dubio non præſumitur niſi probetur 527
Pluralitas reſoluitur in ſingularitates 391

Pluralitas ubi eſt de forma uel eſſentia actus, ibi non poteſt fieri reſolutio pluralitatis in ſingularitates 393
Præceptum iudicis continens impoßibile eſt ipſo iure nullum, etiam ſi iudex hoc ignoret 487
Poëtarum dicta licitum eſt allegare, ubi iuri non contradicunt 445
Pœna priuationis nõ imponitur niſi lex expreßè dicat 135
Præſumere non debemus translatum eſſe omne dominũ per concedentem, ubi poſſumus præſumere duntaxat eſſe translatum utile dominium: niſi aliud appareat 155
Præſumptiones ubi duæ ſunt, quarũ una non præponderat alteri, tunc inuicem ſe confundunt: ubi autem altera eſt potentior, tunc fortior tollit debiliorem 92
Præſumptio aliud eſt, aliud autem fictio 70
Præſumptio bona oritur ex bono nomine, & ex turpi nomine oritur ſiniſtra ſuſpitio 101
Præſumptionis iuris & de iure magnus eſt effectus 94
Præſumptio duplex eſt, iuris ſcilicet, & hominis 93
Præteritio filij facta à matre ſine cauſa hodie reddit teſtamentum nullum, ex quo non eſt ſeruata forma legis 388
Princeps ſi confirmaret generaliter priuilegia, & exciperet unum quod eſt cõtra ius: talis exceptio facit ut princeps intelligatur confirmaſſe omnia alia priuilegia quæ ſunt contra iùs ad hoc ut exceptio ſit bona 46
Priuatio præſupponit habitũ, nec poteſt dici liberatus, qui nunquàm ſinit obligatus 426
Priuilegia omnia conceſſa minoribus extendũtur ad furioſos, mentecaptos, ſeu dementes 220
Priuilegia omnia conceſſa à iure militibus armatæ militiæ competunt etiam militibus cœleſtis militiæ: & nedum illis, ſed etiam militibus iuſtitiæ, quales ſunt doctores & aduocati 181. & 182
Probatio in contrarium per confeßionẽ aduerſarij admittitur contra præſumptionem iuris & de iure, licet non per alias ſpecies probationis 96
Procedendum eſt aliter contra clericum ſimplex homicidiũ committentem, & aliter contra clericum committentẽ homicidium qualificatum 305
Promiſiſti mihi ſoluere decẽ intra mẽſem, uel dare pignus, aut fideiuſſorẽ: elapſo menſe uolo te cogere ad ſoluendũ decem: tu uerò uis dare pignus uel fideiuſſorem: quæritur quid iuris? 368
Promittens aliquam ducere in uxorem, ſi eum ad copulam admiſerit: uel ei dare mille, habet electionem, an uelit eam ducere in uxorem, uel an uelit dare mille 365
Proportionale unum ſicut ſe habet ad aliud, ita aliud ad reliquum 470
Prudens nemo naſcitur: nemo oritur literatus, cum iſti ſint habitus acquiſiti, non innati 83

Q

Quadrageſimali tempore an ſolùm ſemel comedendum ſit in die 53
Quæſtio perplexa & quodammodo indiſſolubilis apud dialecticos uocatur tractatus 521

R

Ratio cuiuſcunq; diſpoſitionis reſtringit diſpoſitionem ſeu dictum ad limites ipſius rationis 237
Ratio legis uel canonis ubicunq; eſt amplior uel generalior dicto ſeu diſpoſito, tunc ad amplitudinem rationis extendi

tenditur ipſa diſpoſitio 251.
Ratio uel æquitas ubicunq; eſt eadem, ibi debet eſſe eadem iurisdiſpoſitio 125
Ratione ſubiectæ materiæ uerba impropriantur 339.340
Rationem quærere ubi habemus ſenſum eſt infirmitas, ſeu debilitas intellectus. 121
Regula hæc, Duæ fictiones non poſſunt concurrere circa idem, fallit in duobus caſibus 573
Regula propriè non eſt quæ non patitur exceptionē 58
Regulæ legiſtarum ſicut dialecticorum fallunt in perplexis, ſeu implicitis. 521
Regulæ ſunt tenaciter cuſtodiendæ & ſeruandæ, niſi in contrarium appareat diſpoſitio ſpecialis. 56
Rex ſuperiorem non recognoſcens poteſt cum filijs ſuis ſpurijs diſpenſare, ut ſuccedant, & ſint capaces ſucceſſionis: quia non cenſetur talem actum exercere tanquā pater cum filijs, ſed tanquam princeps cum ſubditis 491

S

Scholaris debet eſſe cautus in diſputationibus 19
Scholaris ex mora in ſtudio per decennium præſumitur ibi morari non cauſa ſtudij, ſed cauſa ſortiendi domicilium 53
Scholares intrantes ſcholas, & non attendentes nec ſtudentes non debent gaudere priuilegio ſcholarium. 106
Scholaſticus debet eſſe humilis 20
Scholaſticus non ſit nouarum opinionū inuentor, nec aliorum facilis reprehenſor. 21
Scholaſticus præcipuè debet conſiderare, an argumentum peccet penes aliquam fallaciam 14





Scientia ſine experientia parum ualet 71
Sententia diffinitiua lata contra pupillum, uel minorem indefenſum ſicut eſt nulla ipſo iure: ita etiam ſententia lata contra rempublicam alicuius ciuitatis indefenſam eſt nulla ipſo iure 212.& 213
Sententia debet eſſe conformis libello in tribus, ſcilicet in re, in cauſa, & in actione 538
Sententia lata ſuper inepto libello eſt ipſo iure nulla 538
Sententiam ſuam non omnis iudex poteſt interpretari, ſed duntaxat iudices ordinarij maiores 128
Separatio quo ad thorum poteſt fieri propter alium caſum quàm propter fornicationem, nempe ob nimiam ſæuitiam uiri, contra quam mulieri idoneè caueri non poteſt 48
Separatio matrimonij quo ad thorum fieri poteſt propter crimen Sodomiticum ſicut propter fornicationem 52
Seruus ſicut acquirit domino: ita etiam monachus acquirit monaſterio etiam ſi ſit fugitiuus 418
Similia ubi duo ſunt, magis ſimile eſt eligendum. 132
Similitudo quandoq; eſt probabilis & neceſſaria: quādoq; autem eſt probabilis tantùm 131
Similitudo ſumi debet à pari ratione, uel maiori, non autem à minori 129
Similitudo quid ſit 130
Similitudinem allegans debet hoc probare ſaltem coloratè. 130
Solennitas eadem requiritur in alienationibus rerum hoſpitalis uel pij loci, quæ requiritur in alienatione rerum eccleſiæ 227
Solutio eadē non operatur liberationē & repetitionē 413

Solutio nunquam recipienda eſt, quæ dicitur aliquid ſpeciale, niſi aßignetur ratio ſpecialitatis: quæ ſi non aßignetur, habebit locum contra ſic reſpondentem argumentum à ſimili. 454
Specialia duo non poſſunt concurrere circa idem 548
Specialia plura quando tolerentur, & quando non ibidē
Specie poſita neceſſario ponitur ſuum genus, quod illi ſpeciei præeſt, ſed non econtra 430
Species præcedens reſtringit genus ſequens 36
Sponſus debet primò interrogari in deſponſatione, & deinde ſponſa 29
Stante ſtatuto quòd omnes artifices poſſent eſſe priores uel ſcabini, præter nobiles ciuitatis Peruſij: artifices comitatus poterunt eſſe priores ſeu ſcabini 56
Statutum diſponens idem quod ius commune an debeat limitari & reſtringi ſecundum ius commune, an uerò debeat intelligi generaliter 249
Statuta & conſuetudines recipiunt interpretationem reſtrictiuam à iure communi. 118
Statutum generaliter & indiſtinctè diſponens quòd homicida occidatur uel pœna capitis puniatur, reſtringi debet ad dolosè occidentē, nec habet locum in eo qui per laſciuiam uel petulantiam occidit 117
Statutum non poteſt uerificari niſi in materia reducibili ad certam ſummam 47
Statutum ſi mandat exequi inſtrumentum nulla exceptione obſtante niſi ſolutionis, nullæ aliæ exceptiones poterunt opponi 43
Statuto quòd nemo ex magnatibus ingrediatur palatium, intrare tamen poterit medicus, uel artifex neceſſarius pro



pro illic exiſtentibus, licet ſit de magnatibus 118
Statuto ſtante quòd mulier non habens filios poßit teſtari de ſua dote, licitè arguitur à contrario ſenſu, quòd ſi habet filios non poßit teſtari de ſua dote: licet hoc ſit contra ius commune 63
Stipulatus ſum à te decē cùm Titius morietur: an poſſum illa petere ſi Titius fuerit occiſus? 400
Stipulatio ubi eſt obſcura, ita quòd poteſt interpretari pro actore & pro reo, ſtatur interpretationi rei 157
Subſtitutio compendioſa facta à pagano per uerbum commune, ſicut eſt uerbum ſubſtituo, an ualeat omni tempore tam intra pubertatem, quàm poſteà iure fideicommißi, nec'ne 308
Surrogandus ille qui eſt in locum alterius debet eſſe eiuſdē iuris & conditionis, cuius eſt ille in cuius locū ſurrogatur: & debet eſſe talis qui à principio potuiſſet ad talē actum eligi 550
Surrogatū ſapit naturā eius in cuius locū ſurrogatur 549

T

Tale eſt unumquodq;, quale denominatur ab appellatiuis 514
Tempore feriarū ſicut proceditur in cauſa tributi: ita etiā procedi poſſet tempore feriarū in cauſa decimarū 466
Teſtator poteſt in ſuo teſtamento diſponere, quòd uxor ſecundò nubens non incidat in pœnam ſecundarum nuptiarum 385
Teſtator quod poteſt, iudex & poteſt 180
Teſtator ſicuti poteſt hodie prohibere Falcidiam, ita etiam poterit prohibere Trebellianicam 168
Teſtis unus ſi probet ueritatem articuli: & ipſe idem teſtis

ſtis & alius probant formam: coniunctis iſtis probationibus efficitur efficax probatio in cauſa ciuili, in qua duæ minus plenæ probationes cõiunguntur ad effectum plenæ probationis 137
Theorica hæc, Communis uſus loquendi præferendus eſt propriæ ſignificationi uocabuli plures notabiles declarationes, fallentias, ſeu limitationes recipit 113
Totum multiplex eſt 510
Totum ſemper infert quanlibet ſuam partem 514
Tranſactio ſicut efficaciter non ualet inter ſeruum & dominum: ita nec ualet efficaciter tranſactio inter monachum & abbatem. 417

V

VAſallus negans ſcienter rem eſſe feudalẽ ſicut perdit feudum: ita etiam emphyteota negans ſcienter rem eſſe emphyteoticam perdit eam 142
Vaſallus ſicut non poteſt renunciare feudo, & ſe liberare à ſeruitio debito ratione feudi inuito domino, ita nec emphyteota eadem ratione 143
Vaſallo diſponente de feudo ſuo per uiam legati ſicut non debetur nec res, nec æſtimatio: ita etam emphyteota diſponente de emphyteoſi quæ per eius mortẽ finitur nihil debetur eadem ratione 143
Vaſalli ſicut poſſunt inter ſe diuidere rem feudalem irrequiſito dominos, ita etiam emphyteotæ poſſunt eadem ratione 141
Verba generalia quãdo non poſſunt reſtringi ſalua ratione recti ſermonis, quia ſunt nimis ampla, & generalia, tamen in quatuor notabilibus caſibus non intelliguntur generaliter ut iacent 39

Verba



Verba illa, habere ſperat, debent intelligi ſcilicet ex cauſa de præſenti 40
Verba in ſtatutis debent capi propriè: niſi appareat uerba in ſtatutis poſita ex communi uſu loquendi aliud ſignificare quàm per proprium ſignificatum eorum importatur 111
Verba non debent intelligi ſophiſticè, ſed debent capi in ea ſignificatione quam ſolent rectè intelligentibus generare 108
Verba pluralis numeri non uerificantur in uno 390
Verba ſententiæ impropriantur, ut ſaluetur mẽs iudicantis 340
Verba ut habeãt efficaciam, & actus ſortiantur effectum, recedimus à ſubiecta materia 347
Voluntas diſponentis ubi refragatur, non fit reſolutio pluralis ſermonis in ſingularem 393
Voluntas diſponentis præſumitur ex ordine uerborum 28
Vſus communis loquendi attendi debet, non propria ſignificatio uocabuli in ſtatuto puniente lacerantem ueſtes alterius 100
Vſus communis loquendi cum conſiſtat in facto non præſumitur, articulari ergo probariq́; debet 112
Vulneratus ſi abſq; lõgo interuallo decedit præſumitur ex uulnere decedere: niſi ex aduerſo articuletur quòd mors ſequuta eſt ex adiuncta culpa uulnerati 124

FINIS.

FINIVNT CENTVM
loci Legales magna cura editi à celeber-
rimo viro D. Nicolao Euerardo de Mi-
delburgo Louanienſis Academiæ Iuris
vtriuſq; Doct. quos excudebat Lugdu-
ni Ioannes Pullonus Tridinas Anno
à ſalutifero Virginis partu mil-
leſimo quingenteſimo
quadrageſimo
quinto.

UNIVERSITARIA